


~~7-99=A~~ 39=6

109-5

1103371

100-4769



BUSQUEDA CAPITAL	
MEXICO	
Sala:	A
Historia:	32
Numero:	332



2 400 40



15

R. 1202

IVLII CAESARIS  
SCALIGERI IN LIBROS  
DVOS, QUI INSCRIBVNTVR  
DE PLANTIS, ARISTOTELE  
AVTORE, LIBRI DVO.



LVTETIAE,

Ex officina Michaëlis Vascofani, uia Iacobæa,  
ad insigne Fontis.

M. D. LVI.

EX PRIVILEGIO REGIS.



IVLII CAESARIS SCALIGERI  
IN LIBROS DE PLANTIS,  
FALSO ARISTOTELEI ATTRIBVTOS,  
PRAEFATIO,

AD GABRIELEM MINVTIVM  
PRAEFECTVM PRAETVRAE RVTENORVM.

PRIVILEGIUM.

CAVTVM est auctoritate Regia, ne quis alius præ-  
ter Vascofanum, hosce Iulij Caesaris Scaligeri in lib. duos de  
Plantis, Aristotele autore, lib. duos, ante decennium à die  
impressionis, in hoc Francia regno imprimat, nèue alibi im-  
pressos uendat: sub pœna in sanctione æstimata, ac libro-  
rum amissione. Lutetia Parisiorum, VII. Idus Feb.  
M. D. LIII.

Ex mandato HENRICI. II. Francorum Regis,  
D. Renato Bailler, libellorum supplicum in Regia  
Magistro, præfente.

Mahieu.

Impressum Lutetia, Mense Iulio, M. D. LVI.



Uita uersantur in opinione ho-  
minum, Gabriel Minuti, quo-  
rum partim obscura sunt pro-  
pter excellentiam nobilitatis,  
cuius fulgori comparatus intel-  
lectus penè tenebrosus est: alia  
contra, latent nos propter exi-  
guitatem naturæ suæ, quæ nul-  
lam penè sui speciem creare pos-  
sunt in animis nostris. Illorum exemplum capiendum est  
ab iis substantiis, quæ nullis commistæ materiis longinquæ  
sunt à sensibus humanis. Idea uerò materiæ primæ nullis æ-  
què pictæ accidentibus à mortalium cognitione tam lon-  
gè sita est, uix ut olim cognita, unius Aristotelis cultu sera  
ceperit incrementa: quæ haud scio, an etiam nunc adeptæ  
sint ultimam perfectionem. Atque horum quidem natura  
talis fuit. Ea uerò philosophiæ pars, quæ plantarum at-  
que animalium complectitur explicationem, cum per se esset  
difficilis, quòd uariis distitas res terrarum spatiis, simul  
cum populorum mutatione, quæ quotidie penè contingit,  
necesse fuit etiam nomina commutare: tum est facta moro-  
a ij

sior, ne dicam odiosa, uel prisorum ignauia, uel posteriorum  
 negligentia simul, & temeritate. Illi enim, quæ sua tempe-  
 state pro cognitis habebant, describere aggressi, tanquã de  
 æternis, atque incorruptilibus agerent, pauca sæpè, non  
 rarò nulla signa apposuerunt, quibus à successoribus recogno-  
 scerentur. Hi ad primam quanque uel leuissimam interdum  
 notam certas digesserunt ignotarum formarum classes, alie-  
 nis suppositis, atque etiam contrariis aliquando: adeo ut  
 nocentissima uenena quoque, uice salubrium medicamen-  
 torum inuexerint impudenter. Nonnulli dum nihil non  
 scisse uideri uolunt, aggestis in unum uerè chaos, atque  
 indecorè coagmentatis omnibus, eam tentarunt molitionem,  
 quæ importuna opulencia sua facile ostentaret inopiã. Cõ-  
 trã, horum odio exacerbati ij, quos uel metus culpæ, uel  
 imbecillitatis conscientia, uel prouinciæ perplexitas abster-  
 rebat, uniuersum consilium, quod ad id negotij spectabat,  
 ita putarunt abiiciendum, ut summam scientiam in ea sta-  
 tuerent securitate, quæ per alieni regni contemptum suæ ma-  
 gnitudinis faceret opinionem. Neque horum longè à primis  
 seculis exempla sunt petenda. etiamnum hodie uiget utra-  
 que factio: & ea, quæ tribus herbulis, ac potius tribus  
 uerbulis populariter, atque etiam seditiose iubet, ut à se no-  
 bis satisfieri posse censeamus: & ea, quæ nisi Germanicas  
 herbas quoque pro Syris, atque Africanis subdat, uniuersam  
 operam nostram perditam ducat in re medicamentaria.  
 Quorum, Minuti, uelitationes haud tam ex mea recensione  
 cognoscens, quam ex tuo iudicio perpendens (quanuis inssu  
 regio & armis te oportet tueri præturam tuã, & iudiciis  
 publicis eius omnes ordines in officio continere) mecum tamẽ  
 mirari sæpè solitus es. Neque uerò extrema hæc abs te pro-  
 bari,

bari, scilicet uel ambitionem satagendi, uel ignauos, fastuo-  
 sosque cõtemptus, sed utrosque decere temperari: horum de-  
 sidiam inuidioribus disquisitionibus, illorum precipites cu-  
 piditates metis iis, quibus humanorum commodorum ratio  
 præscriberetur. Ad cuius tam prudentis sententiæ confirma-  
 tionem addebas ea, quæ nullis obiectionibus labefactari  
 posse uiderentur. Nã tametsi unam quampiam ad egritu-  
 dinem profligãdam unius plantæ speciem posse facere scri-  
 ptum est: tamẽ cum in Natura nihil esse frustra fateamur,  
 & sub eodem genere, proxima facie, ac uiribus, plures cer-  
 tis factis periculis explorata sint: tum sæpenumero, quæ ita  
 cõueniunt in illo ambitu similitudinis, inter se priuatis fa-  
 cultatibus dissimiles reperiãtur: nõ ab re factum uidetur,  
 si ab iis, qui & scientiæ nomẽ, & sapientiæ opinionem sunt  
 consequuti, receptæ, atque adiunctæ sint ad illã primo co-  
 gnitam: hæc quoque alia, quæ postea sese uel obtulerunt casu,  
 uel ab aliis iudicata dicerentur. Quocirca sæpè contigit, ut  
 quas priorum uicarias putabamus, inuẽtæ multis, uariis,  
 exquisitis experimentis utiliores illis, reponi mererentur in  
 prima cõmendatione. Ne nunc depugnemus illud, omnino  
 id penè in omnibus euenire: ut secundaria ope hac addatur  
 protagonistis (ut ita dicam) illis aliquid supplementi, quod  
 sine controuersia desideretur. Ita è contrario. Quia nequa-  
 quam congiarium damus, sed ut ueteres Latini loqueban-  
 tur, præbia modicis haustibus: efficacissima quæque seligẽ-  
 da sunt ab ignauioribus, atque ad nostram operã tam fe-  
 liciter, quam prudenter transferẽda. Qua moderatione fiet,  
 ut etiam nescisse quedã, non sit flagitio ascribendũ. Plerun-  
 que enim à Natura id elaboratum est, ut quãdo non sit ad

manus, quod in ultima Aethiopia suis illa indigenis apparuit: non negarit cōmunis utriusque loci parens in tua regione quadam, ut lenissimè dicam, minimè negligenda. Quanquam hæc pro aliis potius, quàm mea caussa dixisse uideri possum: qui iam tot annos ita uersatus in cognitione stirpium, ut meipsum euerterim, nondum etiam uel in aliorum inuentis, uel in meis iudiciis acquiescam. Cæterū quæ admodum in theoria cupidi sumus, atq; etiam haud parū iniqui nobis ipsis: ita in officiis quotidianis tale sequimur temperamentū: ut si modestia, prudētiaq; sola curatio perfici queat, nemo uideatur in prouinciis capeffendis cautior, nemo in absoluendis felicior. Atque ipsas quidem historias nostras nōdū audemus publicè profiteri, propter eas caussas, quas aliàs dixi tibi. In Theophrasti uerò libros omnes à nobis & uersos, & sectos alio modo, quā quo perperā digesti circumferebantur, cōmentarios iam pridem absolutos propediē edituri sumus. Interea uerò hosce, qui Aristotelis nomine proscripti sunt hæctenus, cū iam operariorū manus poscant, tibi mitto muneri. Ut de quibus per huius anni (quod meminisse potes) initia inter uos à Baiulio disputatū sit, cognoscas: an integra, serenāq; maneat in mutila, nebulosāq; ætate memoria, cuius in ætate meliore fueras admirator. Quod siquid exciderit (uereor enim) fortasse mihi: te illa tua, quā à Natura largā, ut aiunt, ut ego soleo, etiam utraq; manu datā, iurisprudentiæ exercitiis, humanioris literaturæ cultu, philosophicæ ac medicæ theoriæ cognitione, diuinæ scientiæ præceptis cumulatisimam fecisti, castigare, demere, addere quantum desit, atque mihi innumeris occupato negotiis, familiaribus, ciuilibus, literariis, ignoscere non pigebit.



I V L I I C A E S A R I S  
S C A L I G E R I I N L I B R O S  
D V O S , Q U I I N S C R I B V N T V R  
D E P L A N T I S , A R I S T O T E L E  
A V T O R E , L I B R I D V O .



Ontinebamur domi difficillimis hybernis tempestatibus ego, & Gabriel Minutius, qui me ut uiseret, unā cum Ioanne Baiulio, & Augerio Ferrerio, natalitiis feriis uenerat in Aquitaniam. Huius ergo tam importuna quasi solitudinis molestiam, tum literatis, iucūdisque colloquiis, tum affinium frequentia, qui ad nos officij gratia quotidie confluebant, facile debebamus. Ea præsertim dies, quæ Calendas Ianuarias antecesserat, tantis hilaritatibus consumpta est, ut non prius earum satietas obrepserit, quā intelligeremus, haud paruam tertiæ uigilia partem exactam esse. Tum in eo cuiusque discessu ego, quem pridianarum disputationum reliquiæ non mediocriter exercebant, ad meipsum haud secus atque longinqua ex pere-

grinatione quapiam redeundum ratus, eas tanta animi cō-  
 tentione, quod noctis supererat, elucubraui: ut imminens  
 somnus labenti penè corpori, neque tum satis spatij daret ad  
 sese colligendum, atque ad quietem capeffendam: neque pōst  
 ullo matutino strepitu solueretur. Quod suauissimis tandem  
 susurris experrectus, sensi hospites esse in cubiculo, atque in-  
 ter se confabulari. Baiulius, opinor, de auspicijs ineuntis an-  
 ni dixerat aliquid. Nam tum primū uisus sum excepiſſe uer-  
 ba hæc. Nolite, inquit, existimare, quicquam esse pestilētius  
 humano generi, quàm populares persuasiones: quippe quæ  
 & constantes animos interdum labefactant, & simplicio-  
 res, aut irretitos occupant uana spe temerariæ credulitatis,  
 aut per se in deteriorem partem pronos impellūt sæpenume-  
 ro ad mala facinora perpetrāda. Quid exultat uulgus, qua-  
 si noua momenta uitæ hac ipsa die suppeditentur sibi? Nam  
 uerò quidnam huiusce temporariæ possit accedere, quod non  
 de illa futura perpetua dematur nobis? Neque potius ho-  
 diernum diem de præſenti facie commendare deceat, quàm  
 metiri animo crastinum, uel hesternis incommodis, uel hoc  
 ipso, quod ille non amplius, iste nondum, hic ut absit, adest  
 nobis. Quibus ex uerbis, ut mirificam animo capiebam uo-  
 luptatem, ita, quod priora nō audissem, somno grauius suc-  
 censebam. Dum tamen aliquid additurum præterea spera-  
 rem: non equidem audebam me cōmouere. Caterum cū se-  
 cutum esset silētium (credo, quod ille satis à se factum existi-  
 maret: illi, quia grauiſſimis sententijs animo reperitis fortas-  
 se fruerētur) diducto conopeo, imò uerò, inquam, saluete uiri  
 optimi. Tum progressus ad lectulū Minutius, Quid ita, in-  
 quit, Scaliger? satin salue? cū adeo lentus es. Quid te hoc  
 diei

diei detinet in stragulis, tam alto meridie? An ceras isthic te-  
 cum habes, ut ueteres illi poëta Græci ad spondas, & parie-  
 tes grabatorum, in quas repentinas effunderent comimen-  
 tationes? an potius ab istis niuibus metuiſti? Quanquam  
 puto nescire te, quanta sunt nocte hac hesternos Aquilones  
 subsequuta. Mihi quidem, inquam, è sententia sic satis.  
 Animo tamen malè est, quod non sum maturius excitatus.  
 Nam quantum hîc ceperim quietis, me quidem pœnitet:  
 præut uellem niuibus istis interfuisse, quas de Baiulij Celo,  
 quantum licuit ex pauculis quibusdam postremis uerbis, de-  
 missas intellexi. Quem si Homerus orantem semel audiuis-  
 set, ab illo suo Heroe in hunc illam transuolare gloriam mi-  
 nimè dubitasset. Ad hæc Baiulius, Iam tu, inquit, more  
 tuo immodicus in amicis dilaudandis. Sed surge: nam re-  
 ctà hinc ego in bibliothecam, ne tuis hîc niuibus obri-  
 gescam. Vos uerò aut prætedum, aut me sequimini. In-  
 terea iste curabit corpus. Et iam prandium corrumpi-  
 tur. Illi ita fecerunt, uti dixerat Baiulius. Ego me expe-  
 diui. Mensa disposita est. Igitur euocatis è bibliotheca: tum  
 iubente Minutio, ut arcesserentur mulieres familiares: ne-  
 gauit puer, ex toto grege illo quicquam comparere. Nos  
 assedimus. Cūque haud multum obsonij afferretur, quod  
 monuerat Minutius partem suam mulieribus asseruādā:  
 Dubia, inquam, heri cœna fuit apposita: an uerò uobis ho-  
 die prandium hoc incertum dicere liceat? Habemus tamen,  
 ut uideo, Cantabricam pernam in istis assulis, quæ apud uos  
 in prouincia rarior est: è Maguntia, & Creta nulla: à Ru-  
 tenorum prætura tua, Minuti, frequentior. Verūm ut iocemur  
 inter patinas, hispidior Rutenicæ sapor est, & similior

*suis popularibus. Tum Ferrerius, Rectè tu quidem: sed semisse tantum, haud iure, potes totum persolvere. De Rutenis id sanè quod est, & scitè admodum: de Bascis tuis quid uerò tadem? Insulsam tuis ergo legibus oportet esse hanc, & alio modo, nisi fallor, acrem. De Cretensi uerò nonnihil habemus politionis literaturæ. Ut uicissim aliquid exhibeamus iis, qui nimis ineptè turgent Galenica illa toties decantata porcinae carnis commendatione. Ad cuius rhythmum atque harmoniam nō obscuros medicos, omisis etiam (tantum potuit uecordia) perdicibus, saltasse non ignoro. Quid ad hoc noui? Minutius inquit. Non equidem tibi, ait Ferrerius: cui nihil librorum intentatum est. Mihi ergo nihil dicitur istius, inquit ille: & audiens non audiam. Nihil sanè tanquam nouum, respondit Ferrerius: satis est, modò ne rancidum sit. Ne in tam recentem, ac planè musteam pernam teter sapor ullus meis hisce nugis impingatur: uè ue contrà, sibi adeò placeant isti Mosaici in suilli cibi uituperatione. Iouem Cretensis in Idae uallibus, putarūt Prgsi, pro nutrice suam habuisse. Quam ob caussam illi porculenae rem diuinam facerent eo nomine. Mihi uerò non fit ue-risimile. Nanque lupam & canem Romulo donemus, licet, ac Cyro. Conueniunt mores, qui cum lacte simul hauriuntur. Iouem è salacissima quapiam bestia, non de gulo-se ullius mamma suxisse par est. Igitur esto uel lepus, cuius fecunditas uersatur in opinione hominum: uel canis. Nihil enim cane fertur amentius in uenerem. Quanquam nec equum minus calere puto: semper enim furit mas: femina uerò sola ex iis, quæ non superfetant, pragnans admittit marem. Et aliquando mihi oblarum est in quodam*

*mercato*

*mercato Pyrenaico ternum asinorum fœdissimum spectaculum. Quare magis placeat, Masticheum (ut ait poëta) numen illud interea dum cauetur, ne sit cibus patri, habuisse tum pro cibo asinorum lac atate prima: postea cum barba simul, non tam pilum asini, quàm spurcissimos induisse mores. Nobis leniter arridentibus: Quod, inquit Minutius, hisce diebus spissius, ac quasi furtiuus horis uix captare licuit, securius, ac prolixius aliquid elegantioris eruditionis afferetur epulis hodie pro condimento. Rectè sanè, Ferrerius inquit, si isthæc pro embammate. Nam Dipnosophiste illi, aliisque Græculi conuiuæ mihi cænare uidentur uerba, non attagenem, aut acipenserem. Usque adeò sunt immodici, raroque temporis, ac loci solent habere rationem. Id quod eis à Cicerone quoque satis obiectum est, cum aiebat ineptos esse. Hæc cum dixisset, conuertit nos ad iucundissimas fabellas. Allata interea sunt anaticulae, quarum una, quæ crus alterum, nullis extantibus uestigiis, certò nunquam uideretur habuisse. Quare Minutius: hoc quidè præter naturæ morem, tametsi contigit in natura. Hanc enim esse duplicem, nostra intellectuione capiendum iubet Aristoteles. Tum addit: monstra, quæ uocat ibi φύσας παρά-βασεις, quanquam præter naturæ ordinem, haud tamen extra naturæ censum, atque œconomiam iudicanda. Factum, quia potuit: Fieri potuit, quia potuit illa facere. Cui Ferrerius: Multas more tuo gemmas illi adiungis auro, quod ex opulentissimis apothecis accepisti. Ego uerò canem quoque uidi bipedem: & eius è catellis unum modò talem, cum multos alioquin edidisset quadrupedes. De cane, inquit Minutius, nunc primum: idque præter ius illud ordinarium.*

*b ij*

De auibus, quæ uerè sunt ἀποδῆς, non ut apud Philosophum Cypseli, quia ἀποδῆς, etiam genera duo legimus ex Hispalicis nauigationibus. Quæ abs te, Caesar, puto non esse in historiarum Commentariis omiffa: quos expectant magnopere studiosi. Profectò nihil aliud quàm expectant, inquit Ferrerius. Nam quando per te fiet, ut ne amplius expectent? Hæc me respiciens, ea uultus modestia, dicebat ille: ut in suauitate, facile intelligerem, consistere tempestiuam reprehensionem. Propterea quãdo, inquam, mihi me non amplius expectare licuerit. Sedeo nanq; sto, abeo, insto, fugio, urgeo me ipsum. Vos uerò, ut uideo, nihil aliud, quàm gestare cupitis: et mihi uix ipsum ambulãdi ius reliqui factũ est. Ego uerò tuam erubescerem, Ferreri, castigationẽ, nisi senes prohiberet magnus ille dictator noster: quando tibi tãto uiro meum consilium minus probari sentio. Verum istis instigatoribus duo prius à me tollenda esse dico, quàm meas ineptias extorquere posse sperent. Quanam? inquit ille. Primum, inquam, dedecoris metum: cuius nimis securos animaduerti complures extitisse: qui sese precipites dediderunt, non in pistrinum (in eo nanque tandiu sumus, dum perstamus in sententia suppressendi) sed extra pistrinum in gurgitem exprobrationum. Alterum est, mearum editionũ pœnitentia. At isti uendibiliores suos faciunt libros, secundæ, terciæ, atque etiam, ut scitis, septimæ editionis ascriptione. Neque uerò tantum mihi sumo, ut existimem, ulla mea cunctatione à me præstari posse, ne quid in meis monumentis desideretur. Quin hoc in nullius esse hominis arbitror potestate: ut exhauriat imminentium iudiciorum expectationem. Sed danda mihi, cæterisq; omnibus cordatis

uiris

uiris opera est: ut et uerecundia mea, et diligentia, et amor tam ueritatis, quàm posteritatis, cuius commodis studemus, ueniam meruisse uideatur. Hæc me dicente aliud super aliud aggerabatur. At ea cuncta, post aliquantum silentij serijs iocis nonnunquam interruptum, iussit auferri Minutius. Et structori, Huc, inquit, aliquid bellariorum. Haud ita multò post satagentibus famulis: Ecce, inquam, uobis λῦσις fabulæ. Imò uerò δῆλον, Minutius ait. Nam quorsum tanta lancium multitudo, uarietas, ἰπιπλοκί? Iam hoc de te quaero. Quoniam hæc ἀτυμῶτα prisci perhiberent, ecquid te moueri deceat, si ijs comparaueris ἀπεψῶν? Quid hoc? An de integro alterũ prandiũ inchoandũ? Nam qui ista discutiat, nostrum hinc nactus es neminem. Non enim Lituanus sumus. Et hinc surgendum est, ut quantum præteritis non potuit diebus, præ turba multa, id ad eò hodie faciamus: atque aliqua in re frugi hoc tam pingui otio, quod Cauri, niuiũque beneficio paratum est, perfruemur. Neminem enim arbitror tam uel negotiosum, uel animo soluto, ut domo uelit efferre pedem. Et mulieribus edicemus, nobis esse negotium benè magnum, ac serium: cuius caussa me huc contulerim. Postquam consiliorum inierimus rationem: tum facti, cuius eas haud quaquam pigeat, participes facturos. Atque heus tu (unum è suis uocans) hæc illis ita relata curato, ut à nobis dicta sunt. Ille tum abiit. Alter, cuius hoc semper officium fuerat, dum placentem secat: Quid, inquam, Minuti, stomacharis? quod hinc caseoli, crustula, cremores, colostræ, fructus, condimenta tot adsunt? An excidii tibi, Saturnalibus hæc olim, missilia quæ dicerent, fuisse? Hodie sunt nobis Saturnalia, sed literata. Est enim Satur-

b iij

*nus* *fidus* *secretioris* *illius* *sapientia*: *quæ* *sempiterna* *con-*  
*stantia* *sui* *similis*, *quoniam* *nihil* *extra* *se* *habet*, *infinita* *sci-*  
*licet*, *recurrit* *in* *seipsam*. *Quapropter* *ille* *suos* *uorasse* *liberos*  
*creditus* *est*: *ut* *unde* *illi* *principium* *duceret*, *eodem* *quoque*,  
*uidelicet* *ad* *suum* *finem*, *reducerentur*. *Rhea* *perennis* *ille*  
*fluxus* *est* (quod & *nomen* *indicat*) *sui* *ipsius* *contemplatio-*  
*nis*: *ex* *qua* *gignit* *id* *ille*, *quod*, *uti* *dicebamus*, *reciprocatur* *in*  
*eundem*. *Nulla* *nanque* *in* *Deo* *rectæ* *lineæ* *sit* *designatio*,  
*quia* *caret* *extremis*. *Ne* *uerò* *circulari* *sola* *illa* *intima* *co-*  
*gnitione* *semper* *oblectaret* *se*: *quin* *eam* *proferret*, *atque*  
*produceret* *ad* *sui* *participationem*: *infinita* *bonitas* *oblata*  
*est* *ei*, *ab* *ipsa* *contemplatione*, *id* *est* *à* *Rhea*, *Babylon*. *sic* *e-*  
*nim* *lapidem* *uocant* *illum* *supposititium*. *Quocirca* *seruati*  
*sunt* *liberi* *tres*, *alius* *post* *alium*. *Primum* *igitur* *est* *rebus*  
*communicata* *uita*. *Hoc* *sanè* *Iuppiter* *agnoscitur*, *uitalis* *au-*  
*tor* *spiritus* (*omnibus* *origo* *eadem*,  $\Sigma\delta\iota\varsigma$ ,  $\xi\eta\nu$ ,  $\xi\alpha\nu$ ) *ac* *forma*  
*ipsa*. *Deinde* *Neptunus*, *qui* *esset* *materia*. *Nam* *quæ*  $\omicron\lambda\lambda\alpha$   
*Græcis* *dicitur*, *sapientibus* *Chaldeis* *priscis* *aquam* *signi-*  
*ficauit*: *cuius* *autor* *ille* *peculiari* *numine* *nuncupatur*. *Ab*  
*illis* *nanque* *totius* *arcana* *sapientia* *mysteria* *di* *manarunt*.  
*Sic* *ex* *eorum* *IOVA* *nostrum* *quoque* *IOVIS* *propaga-*  
*tum* *fuit*. *Nam* *recto* *casu* *hoc* *appellatum* *sono*, *manifestò*  
*cognoscitur* *ex* *augurum* *libris*, *in* *quibus* *illi* *duo* *uersus*:

*Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,*

*Mercurius, Iouis, Neptunus, Volcanus, Apollo.*

*Sibulum* *uerò*, *qui* *uocem* *claudit*, *nequaquam* *uacare* *exi-*  
*stimetis*. *Nempe* *ab* *intelligentia* *caelesti*  $\tau\omicron\phi\delta\iota\omicron\mu\alpha\tau\omicron\delta\epsilon\tau\eta$ , *cũ*  
*sermonem* *conderet*, *calitus* *infusum* *lumen* *reor*, *quod* *ape-*  
*rire* *deberet* *id*. *Aliquando* *elementum* *illud* *in* *admirabilis*

*nominis*

*nominis* *medio* *futurum*: *ut* *noua* *gratia*, *ueterisque* *legis*  
*nexus* *unicus*, *uniuersi* *compleret* *cui* *mysticam* *præscriptio-*  
*nem* *in* *seruatore* *nostro* *IESVA*. *Secunda* *nanque* *uoca-*  
*lis* *utrique* *una* *est* *indifferens* *prolationi*: *quæque* *auditur* *in*  
*IOVA*, & *quæ* *percipitur* *in* *IESVA*. *At* *media* *conso-*  
*nans*, *quæ* *principio* *finem* *copulauit*, *ineffabili* *nomini*, *haud*  
*sine* *magnis*, *atque* *admirabilibus* *legibus* *interposita* *fuit*. *Ea*  
*siquidem* *simplex* *interdum*, *aliàs* *duplex* *cum* *sit*, *pristina*  
*substantia* *non* *mutata*: *Ita* *Dei* *filius* *ante* *omnia* *secula* *sim-*  
*plex* *erat* *Deus*: *postquam* *Patri* *placitum* *est*, *ex* *Deo* *uero*  
*simplici*, *uero* *puro* *Homine* *factus* *est* *unus* *IESVA*. *Mis-*  
*sus* *quidem* *mittenti* *par*, *maior* *autem* *illis*, *qui* *ab* *eodem*  
*mittente* *ad* *minora* *mittuntur* *ministeria*. *Ad* *hæc* *triuer-*  
*tex* *illa* *una* *inter* *omnes* *litera* *signum* *est* *immense* *Trini-*  
*tatis* *in* *unitate*, *pro* *eiusmodi* *nomine*, *quod* *in* *cælis* *natum*,  
*ab* *illis* *per* *humanæ* *salutis* *nuncium* *delatum*, *ei* *est* *imposi-*  
*tum*, *per* *quem* *unum* *Trinitatis* *mysteris* *initiati*, *ad* *im-*  
*mortalitatem* *capeffendam* *euecti* *sumus*. *Dis* *autem* *Sa-*  
*turni* *tertia* *proles* *fuit*: *qui* *designat* *corruptibilem* *rerum*  
*consumptionem*. *Igitur* *neque* *Iouem* *deuorauit*: *id* *est* *uitam*  
*concessit* *rebus*, *ita* *extra* *se*, *ut* *ab* *illis* *non* *excludatur*: *in* *eas*  
*ita* *se* *inspirans*, *ut* *in* *illis* *non* *sit* *inclusus*. *Neque* *Neptu-*  
*num*. *Propterea* *quòd* *fluxis* *rebus* *opus* *erat* *reparatione*,  
*quæ* *humore* *subinde* *reposito* *succos* *instauraret*. *Vt* & *ad*  
*consistendum* *esset* *materia* *sub* *forma*: *id* *est*, *Neptunus* *sub*  
*Iouis* *imperio*, & *ad* *rerum* *iam* *constitutarum* *conseruatio-*  
*nem*, *deficienti* *priori* *materia* *supplementum*. *Quanquam*  
*est*, *præter* *hæc*, *nobis* *aliquid* *ex* *hoc* *profundissimo* *simul*,  
*atque* *dulcissimo* *pelago* *hauriendum*. *Quis* *enim* *non* *ui-*



det parentis sui sobolem hanc motionem illam in seipsam sese colligentem imitari? Cum enim triplex aquarum motus sit, eos omnes aliquo modo circulares esse deprehendemus. unū certò talem, alterius uerò semissem. Est motus is, quo litus alliditur: unde falsò nominis rationem ex allusione soni ueteres deducebant. At res se aliter habet. Est enim litus λιτός. Sic enim tenuem terram uocarunt Græci. Is maris impulsus ad terram ita cietur, ut in se recurrat. Hoc æstum Latini dixerunt, ut apud Horatium uidere est: propterea quòd quemadmodū quæ feruet aqua, calore sublata in ampullas, residit rursus: ita in se recipitur unda denuò, quæ sese litori applicuerit. Altera maris agitatio est, quæ de Lunæ cursu pendet. Eam nãque sub certas usque metas sequitur, quo ad relegat peractum iter. Hic est ille motus, cuius semissem, nō imitatione, ut ij, sed reuera cali more sese urgens, atque idē fugiens perpetuò rotetur. In Occidentem enim ruit semper impetus Oceani Maidegascarita. Tertia uerò gyratio adeò mirabilis est, ut à paucis cognita, multorum inscitia sit explosa. Cum tamen nihil uerius sit, quàm fluuiorum agmina, quæ sese in alueum euoluunt maris, subterraneis recepta cauernis eò subire, unde rursus demittantur. Huius tam difficultis sententiæ demonstrationem extraordinaria opera explicauimus in exotericis. Nam proprius locus est in quinto nostrarum nobilium exercitationum. Nōne uidetur uobis meritò Neptunus Iouis frater, aliqua ex parte consors imperij, referre parentis illius diuinitatem? Vita enim hæc in motu, & à motu primo. Et meministis, hæc aquas ab illis separatas. Quid? De aquis quod dicamus, nihil est præterea? Imò maxime. Nam quod de uitæ hic tum constitu-

tione,

tione, tum redintegratione dictum est, ad ea quoque spectat corpora, quorum forma nullius capax est beatitudinis. At enim uero ipsi homini, cuius gratia cuncta hæc molitus est primus opifex, ab eodem uita est duplex destinata. Vna hoc in communi templo rebus omnibus: altera in æterno illo domicilio: cuius ipsemet Sol sempiternæ lucis autor, absque ortu, absque occasu diem facit. Cuius opulentia, in tanta, ac tam uaria ciuium inæqualitate, unus, uniusmodi, unius immensitatis spiritus illius equalis est. Sic inexplicabilis illa Sapientia, posteaquam uita radiis consuluit huic primæ constitutioni, comparauit deinde perpetuitatem: quæ ut nullius egebat instaurationis, ita uoluit illa, ut opus haberet aquis, humanæ quidem caligini haudquam notis: quarum signa essent ea, quibus præest Neptunus ille: unde nomen ei quoque fuit à lotione attributum. Id enim facit in ipso νεῖων, quod in Acheloo (hoc omnes aquas Græci nominabant) λούειν. Ne uos fallat illorum autoritas, atque abducat à ueritate, qui à nando Neptunum sane quã populariter deducebant. Sed ut à uerto Vertunus, à portu Fortunus: sic à νεῖων Neptunus: à quo etiam, nitor. Neque Iouem igitur, uti dicebamus, in se resumpsit, neque Neptunum: neque uerò Ditem, quòd is rerum est earum meta ultima, quæ termino finiuntur. At ille quo, quando, quoto finiatur? Hæc me ita uestigantem attentè Minutius obseruabat. Inde cæteris tacentibus, ô Scaliger, inquit, quanto sunt suauiores aquæ istæ tuæ, quàm preciosissima uina illa, quæ dudum è Vasconia, Prouincia, Cantabria, in tuum allatis, atque de pactis uitibus, suburbanum, propinabas. Iam uerè latices sunt hi, qui adeò latuerunt hæctenus, ut ne



guttā quidē ex tot Sapientū fontibus gustare licuerit. Bone Deus, quantum iactura sit ab ijs, qui te non audiunt. Imò uerò ab ijs, qui me audiunt, inquam. Audit uerò peruersa turba colluuiēs hęc quotidie, quicum mihi nunquam potuit conuenire: nempe quando suis cuique regioni (sicut elegantissimè canit hic Augerius) genius est: quomodo aut ab istis ego, aut isti meis dictis beatiorez fiant: si cuius terra sese ridiculè iactant indigenas, ea mihi fatorum aspera, immiti, inexorabili, inuicta illa necessitate pro exilio, atque, ut uerius dicam, pro supplicio data est? Quare non, ut ille solebat, nunquam minus solus, quàm cum solus: sed ut nos, nunquam magis solus, quàm cum istis. Verùm hasce rugas è frontibus explicemus. *placeta* Gustate modò placentam: rem uobis quidem nouam, uel quod antehac nullam fortasse uideritis, uel quod eius nouum nomen à nobis excogitatum inter Aristophanea non importunè referri potest. Quid id, inquit ille, nominis est? Aristoteles, inquam, γλωττω uocat: ubi uox quæpiā certæ nationi, aut oppido peculiaris est. γλωττω hanc ego texui maritimis Liguribus ijs, qui à Nicea tractu ad Thuscum usque litus pertinent. ὀλόδιπρον, & ὀλόδορον, uocari iussi. Hoc nanque solo cibo prandium integrum, opiparam cœnam conficiunt sapè. Bene, inquit Ferrerius, sit latronibus illis: sunt enim pirata omnes, atque grassatores. Neque mare, neque terra ab illorum maleficiis tuta sunt: perfidijs commercia produnt: exceptos uiatores morte afficiunt, aut in Africam uenum transuehunt: excursionibus uicina, longinqua, hostilia, fœderata aquè, omnia infesta faciunt. Quid, inquit, ergo Minutius illis benè uis? Quia, inquit ille, suis moribus facetas efficiunt orationes.

orationes. καὶ βίαι nanque βίαιον sunt. Et suauissimi cibi, mihi quidem uidentur autores: si modò tales πλάνας cōficere norunt illi. Imò, inquam, multò elegantiores. Et clementius apud eos calum, quàm bonitatem hominibus abiurauit, in herbas maluit trāsfundere. Et uersatili, atrog; ingenio, in quod intendunt, id præclare præstant. At tu, inquit ille, quibus præsidis nunc herbulas tuas ab iniquissimi Septentrionis feritate uindicasti? An quia tuus ille popularis: tu sub eo natus, atque educatus aliquid cum ipso habeas constitutum? At tu semper, inquam, delitias facis. Artis tamen nonnihil hïc. Et est operæ precium uobis eam non nescire: saltem, ut ad acetaria etiam alienissimo tempore paratas herbas habeatis. Quî fit? inquit. Res, inquam, perfacilis. Quas tibi uelis immunes pruina, gelu, niuium, in areolam tempestiuè conijcito. Eis tentoriola ex arundinibus, & phalis excitamus. Stramine superiniecto conteguntur. Neque uerò satis. Filiceis ramis benefoliatis herba ipsa sunt internenda. Certum est hoc munimentum aduersus quaslibet iniurias hyberni celi. In asparagorum uerò puluillos, ne eorum capita, quæ illico sub terræ cuti subsunt, urantur frigore, columbinum fimum corbe incernunt. Ita etiam curatur, ut & commodius habeant, & celerius enascantur. Bene est, inquit Minutius. At tu audebis ne hodie nos accipere merenda luculenta, ex tuis herbis illis, quas tandiu dolemus latitare, neque terra potius tegi, quàm pertinacis animi dissimulatione? Nam quando nobis eas uidere licebit saltem, si gustare non licet? Non, inquam, hodie. Vides enim, quæ, quanta cæli facta sit in earum perniciem coniuratio. At hïc, inquit, ad ignem, si prodeant

ex ore tuo, nihil eis ab externis incommodis periculi. Age modò, aperi hortos istos tuos. Quin saltem, subdit Ferrerius, quando tu non uis flecti posse: adiuta nos amabò ad cogendum hunc Baiulium, ut ex hac materia promat aliquid seipso dignum. Attulit enim secum, si nescis, Aristotelis duos libros de Plantis, non antehac uulgò uisos, ut solet, pro commeatu: non sine accuratissimis, quos ego & apud eum pridè, & in bibliotheca modò, cum Minutio uidi, commentarijs. Et puto te non aspernaturum tam bellam occasionem audiendi super hac re philosophorum Principem disputantem, ex ore praesertim maximi philosophi. Ad quem ego: An mihi quicquã gratius esse queat, quàm & onus transferre disputationis in humeros ualidissimi Herculis? Et haurire de praeceptoris fontibus mihi haecenus ignota dogmata, per mundissimos alueos deriuata? Et experiri, quàm gratiosus apud Baiulium, si uobis id negauit, esse queam? Postremò, haec de illius iudicio metiri, atque perpendere, quae me distinent in ancipiti, quominus Historias meas de plantarum natura diuulgandas esse ducam? Neque profectò tanti fecerim salutationem uestram: quippe cuius frequentia creberrimis literis uestris ubertim frui licet: neque praesentem conspectum: eius enim absentiam, quandocunque lubet, abesse cogo, atque etiam iubeo perpetuis imaginibus & uirtutis, & amoris erga me uestri: quantum audire libet, doctissimum atque sapiētissimum uirum, de ijs Naturae partibus, ex admirabilis oraculi sententia differentem: quae & per se graues sint, propter inexplicabilem penè seriem, atque cōnexionem, πολυχίτων ea de causa Theophrasto appellatam: & ab autoribus effecta difficiliore, ob ignauiam

ueterum,

ueterum, recentiorum temeritatem, nominum confusiones, aut mutationes, seculorum interuallis, regionum distantia, regnorum euerfionibus. Inde conuersus ad Baiulium, orare eum, sese nobis tantillum daret: neque committeret, ut plus potuisset preces uiderentur, quàm ius & amicitia, quae habet omnia communia, & literarum necessitudo, quae uiris sapiētibus a Deo uidetur impertita: ut quod ab eo gratis acceperint, optimo cuique; reponant non inuiti. Hic ille, ut est omniū bonarū artium tuū felicissimus alumnus, tuū facillimus administrator: Mitte me, inquit, orare, ut faciã, quod ultrò facturum erã, modò id ita uobis cordi esse intelligerem. Quã obrem neutiquam postulo, hoc ab ullo uestrum gratiae apponi mihi: praesertim cui neque conducibilius ad scientiam, quam enixè quero, neque honorificētius ad gloriam, si ambitiosè quæram, euenire posse reor, quàm te in tuo regno habere mearum actionum spectatorem. Quanquam ut libens tua maximè causa facio, ita inuitus ut facerem, tuo exemplo moueri poteram. Qui enim amplius uiginti annos, nisi illi dilapsi essent, ostentare potes in huiusmodi perplexissimis disquisitionibus explicatos, comminutos, exactos: qualem animum re adimis nobis, quem uerbis addere uideris? Dicam tamen cum hoc meo libello, quid sentiam: atque in eum, siquid à uobis euaserit mihi aliorsum, atque sperabam, id incommodi refundam. Tum sic cæpit: Ego hanc philosophiae partem Musarum tripodis saepenumero solitus sum comparare. De quo Plato in quinto de legibus ita scribit, Super illo poëta cum sederit, minus esse sui compotem. Sic nobis de plantarum formis, differentiis, figuris, facultatibus, causis, generatione, uerba facturis, quid asseuerandum sit,

c iij

plerunque me nescire fateor. Sequimur enim uenatores saepenumero uestigia canum, aut negligentium, aut inertium, aut malignorum. Vestra tamen modestia fretus, atque taciturnitate (neque enim, siquid errauero, foras elaturos) audebo quam accuratissima, quamque potero simplicissima oratione, sustinere ueritatem. Sola enim hac utriusque fortunæ regina est. De qua idem in libro, quem ipse inscripsit quintum, diuinum ego uocare consueui. Quippe in eo non tam de suo dare leges, quam de caelo deducere uidetur. Sic igitur ait ibi: ἀλήθεια δὲ πάντων ἀγαθῶν ἢ γὰρ τοῦ θεοῦ. Itaque ueluti Solis lumen, sic Dei ueritas assecla est: imò ipsemet ueritas. Quòd si quando uel attentior, uel etiam paulò morosior uobis uisus fuero: ne quaeso me ad id animi uitio potius inclinari, quam propter rerum subtilitatem cogi credere uelitis. Nihil enim uiro studioso prætermittendum censeo, quod ad pleniorē sese offerat contemplationem. In memoria nanque, atque etiam in promptu semper habenda sunt illa uerba, ex eadem officina: αἰλόσφον ὡς θυμὸν πῶς σοφίας, ἢ τῆς δὲ τῆς δὲ ἢ, ἀλλὰ πᾶσι. At quæ uerba subdit? τὸν δὲ δὴ δὴ χερσὶς ἐθέλοντα πάντοσ μοι θεῖμοιτος γδύδαυ, καὶ ἀσμένως ἔσθ' ἢ μαινθάνον ἰόντα, καὶ ἀπλίστως ἔχρηται, τὸ τὸν δὲ οὐ δίκη φέουαυ αἰλόσφον εἶν. Glaucon uerò, qui suscipit orationem, non solùm euasit philosophus, sed etiam repente diuinus factus est. Ad hunc enim modum de obtrectatoribus otiosis, ac saturis nostris uaticinatus fuit, πολλοὶ ἄρα, καὶ ἄποποι ἔσονται σοι τοῖσ ῥοι. Hac iccirco dixi uobis omnibus: ut me tuerentur ab huius Caesaris iudicio, siquid acrius persequerer extra uulgatas opiniones. Et huic ipsi priuatim: ut ad suam dignitatem satis esse putaret obsequia bonorum. Quin liuoris fastidia suis uirtutibus

utibus intelligeret esse multò minora. Nam quid tibi uis? Aut quid quaeris amplius? Plus enim es apud sapientum iudicia consequutus, quam apud factiosorum inuidentiã amisisti. Habes, quod paucis bonis uiris contigit, clarum nomen: passus es, quod saepè fortissimi ciues, obtrectationem: ablatũ est, quod ignauissimi complures obtinuerē, sordidorum fauor. Ergo apud uos ita sunt mihi deponendæ sententiæ meæ, quasi quisquiliæ illæ audiant: ita sentiendum, quasi tu leges illis dare uidearis. Sic & calumniatoris nomen effugiemus, neque ueritati labes afferetur ulla. Cum adeò rotundam, scitam, circumspectam orationem, omnium nostrum assensu uideret exceptam, sic de integro auspicatus est: Ego, inquit, libros illos (duo nanque sunt) non sine maximis arumnis excussi. Cum enim, ut postea intellexi, ex Arabico in Latinum uersi primum fuerint: inde Latini facti à Græculo nescio quo, ueluti postliminio pristinae patriæ restituti, me uerò nihilo secius id ipsum ignorãtem, augusti, ac penè diuini nominis ueneratio illico perculisset: mox quasi Aristotelis legenti phrasin arriderent omnia: haud ita multò post quibusdam offendiculis lectionis cursus retardatus est. Verum uobis ingenuè fatebor: interea deuorauī nonnulla, satis acida quidem illa, atque aspera, quæ pristinae opinionis meritis, audebant sese pro genuinis ac probis, & gerere, & profiteri. Ita quæ antea barbara existimasset, cum sese offerrent nobis in ijs ambulacris, in quibus ego iam pridem aram statui elegantia, ac ueritati, non perinde atque κίβδηλα, ut ille solet, sed ut ἀτικώτατα in Commentarios meos redigebam. Tum porrò monstrosa quædam, hoc ipso nimirum, quod essent teterrima, nec boni cuiuspiam autoris nomē referre pos-

*sent, tuebar ultrò, reiiciens omne crimen in scriptorum incuriam, seculorum barbariem, temporum iniuriam: quid non? Donec eò tandem uentum est, ut non iam de ludicris, ut ille ait, ac uoculis ambigendum esset, sed de rebus ipsis certo iudicio pronunciandum. Hunc habuit exitum cæcus ille, ac factiosus amor, dum sese mihi detegit supinitas mea. Ibi quasi philosophi meam uicem miserantis uocibus reuocatus, intellexi data esse uerba mihi: ita ut impensè iubere uideretur, ne suam esse dictionem arbitrarer, sed barbari cuiuspiã, atque etiam infantis, & animaduertentem dissidium sententiarum: quando prioribus non subscriberent posteriores. Ille enim cum uiderentur ex illius officina prodijisse, has alius auctoris esse prodidit. Quid? inquit Minutius. Ain tu? Libri illi non sunt Aristotelis? Non isthuc, inquit ille. Quin potius hoc ago nunc, & curo, ut uosmetipsi iudicetis. Est apud Laërtium, duos hoc ab illo conscriptos argumento. Memineram ex quinto historiarum, suos de plantis agnoscentem libros. In primo de generatione animalium, neque scripsisse, neque non scripsisse, scribit his uerbis: τῶν δὲ πλῶντων, αὐτὰ καὶ αὐτὰ ἕξις σκεπτικόν. At in extremo eiusdem, iam à se peractum dicit: ἐσκεπτικόν, inquit. Auenrois quoque in primo Physicorum, ubi ait Philosophus, post uniuersalium cognitionem descendendum à principijs ad composita naturalia: ibi Arabs particularia docet intelligenda, cuiusmodi sunt metalla, planta, animalia. Verum de metallis, inquit, nullus extat liber: de plantis uerò habemus duos. Huic igitur anchora commendabitur interea phasellum uestrum, dū ego cursum teneo meæ disceptationis. Tum uidebitis, in eâ ne statione uobis esse tutius liceat, an conducibilius censeatis, me*

*tis, me hac, qua intendo, sequi. Ego quoad rudentes apto, Ferreri, nisi piget, affer huc libellum e bibliotheca, ubi me deposuisse meministi. Atque etiam maiorem illum alterum, scin? qui sub eo iacet patens, unde ego Latina uersionis, quã antehac nullam uideram, certo loco iudicium expiscabar. Illo abeunte surgens Baiulius obdidit ostio pessulum: deinde cum libris reuerso, sede hîc propter me, inquit, Ferreri, tanquam triarius in subsidijs. Crebra enim, ac fortassè perpetua opera tua mihi opus est. Scito sanè, tuis auribus ex ore meo sententias, oculis in tuo codice lectionem, aliquando etiam interpretationem, certè semper trepidationem assequendam esse tibi. Vbi sessum est, sic incepit ille:*

*Aristoteles cum scientiarũ orbẽ uniuersum, uel solus, uel cum paucis intellectu cõplexus esset: eaque omnia in animo haberet, tanquam altera natura, suo queque ordine digerere: tum ipsam propterea naturam certa librorum serie dispositam ordinare: coactus est aduersus philosophos quosdam extra ordinem disputare. Cuiusmodi commentationes à discipulis exceptas eius nomine circumferri uidetis. Etenim qui commentarij contra Zenonem, & Xenophanem, tanquam ab illo conscripti leguntur, illius quidem inexhausti fontis perennes aquas sapiunt, alueos tamen aliorum esse, manifestum est. Ergo cum inter philosophi ueras ac legitimas lucubrationes referat idem Laërtius, facîle conuincitur, quos recenset, non omnes perlegisse. Nam & plerosque alios ab eodem enumeratos, discipulorum exceptos ex dilatantis ore, atque confectos esse puto. Quemadmodum contra, ex nobilissimis aliquot sunt in ea recensione præteriti. Præterea uidemus eadem argumenta tum ab illo tractata*

primùm, tum ab alijs postea repetita, aut acta commentarijs. Nedum ut uererentur, quæ iniuria temporum interiiissent, quibuscunque scirent modis, instaurare. Quo in numero, plantarum item libros arbitror reponendos. Id quod ut propius, accuratiùsque uideamus, Aristotelis instituta cognoscenda sunt. Principiò illud eius diuino iudicio factum est: ut nihil usquam, nisi unum agat. Nihil enim deformius philosopho, qui ab signis discedens, à ueritate imperatrice nostra notatur ignominia. Quas ergo leges ipse præscripsit sibi, eas alijs quoque fixit. Docet hoc nos simplici præceptione in libro Poëtices, unde suum illud accepit Horatius: Sit simplex duntaxat, & unum. Ita uerò esse faciendum probat inuictis argumentis, in Posteriorum primo. Interpres Naturæ philosophus est, atque imitator. At illa nihil, nisi unum, agit. Quippe unum est, quodcunque est. Præterea cõstanter illud quoque, ut seriem disponat, & ab uniuersalibus, aut notioribus incipiēs nihil immisceat alieni. Quibus legibus, tantum abest, ut iste noster usus sit, ut uix prudentis modò uiri nomen retinere possit. Quatuor ex naturæ decretis proposita nobis sunt. Primùm, historia plantarum: quæ ueluti aurium pictura quedam est. Alterum, earum differentia, quibus species constituuntur. Tertium, causssæ, non quidem specierum: nihil enim medium est inter definitum, & definitionem: sed causssas accipimus, aut partes, ut materiam, & formam: aut partiũ, atque earũ accidentium fines. exempli gratia, quæ forma? Anima, non simplex natura. Quæ materia? Elemēta passa corruptionē, ut excellētius essent in essentia nobiliori, quòd lignum appellatur. Quare brachia, & ab ijs rami? Vt diductus humor opportuna mē-

sura

sura distribueretur ad frondes, flores, fructus: ideòque commodius accipere uim celi posset ad perficiendam. Quare sapor pungit, aut secat? Quia calidus. Quarto loco de generatione quærendum est. Quem modum, atque ordinem in naturis animalium & diligenter obseruauit, & exacte est exequutus. At iste noster exorditur à substantia, continuo dilabitur ad differentias. Neque eas cum explicat, apponit aut consilium, aut causssam: neque adiungit exempla, præter pauçilla ea quidem, atque, ut ita dicam, febricitantia. Sed & quod pessimum est, neque plenè rem exhaurit ipsam, & à propositis argumētis abhorrentia quamplurima cõmiscet. Veluti de aquarum generatione, de arenarum substantia, atque etiam, si per uos licet, de terra motu. Quæ quis nescit, in Meteoron libris iam pridem excussa esse? Hæc igitur hîc, ut ille, Plato, Theophrastus, Galenus dicere soliti sunt, ὅς τῶν ἡμῶν nobis obieci, suo quæque diligentius examinaturus. Nam ut quàm modestissime loquar, indigna uidebitis interdũ uel primis philosophiæ rudimentis. Hîc Minutius humana iudicia uehementer admiratus, Deus, inquit, bone, quàm mira narras Baiuli. Verũm ut liberaſti me ea sollicitudine; ita inieciſti scrupulum, cuius offensione animus nequit cõquiescere. Quid isthuc? inquit Baiulius. Quia enim, inquit ille, non penitus nihil fuisse reor illud, quod uiros hosce doctissimos excitarit, uel ad inscribendũ, uel ad inscribentium consilium approbandum. Ad hæc Baiulius paulò hilarior, Ergo, inquit, etiam uis me diuinare tu. Dicam tamen, quod mihi uidetur. Multorum ingenia me fuisse admiratum, iudicium in paucis inuenisse: motos tamen suspicor non pessimis rationibus. Nam cum Philosophi libri de plantis inter-

d ij

cidissent, & de numero conueniret: filum ipsum disputatio-  
 nis aduersus antiquos aliquam faceret opinionem: breuitas  
 morem, modumque diuina orationis adumbraret: boni uiri  
 uerba sibi dari facile passi sunt. Quarum rationum illa, que  
 declarabat, quemadmodum Priscorum placita diruit, tan-  
 tum potuit, ut ad eam quoties respexissem, uix pro me face-  
 rem. Consuevit enim ille, positis ueterum sententijs, atque  
 diiudicatis, tanquam ignem e collis lapidibus, sic elicere  
 ueritatem. Hoc quoque libro tam diligenter, atque acute  
 disputatur contra Pythagoram, Empedoclem, Anaxagora:  
 ut Aristotelem loqui putes ipsum, non dictare discipulum.  
 Fuit & aliud indicium satis, ut putarunt, ualidum. Quo-  
 dam enim loco refert sese ad libros suos Meteoron. Verum alij  
 quoque Meteora scripserunt. Sic enim Albertus etiam lo-  
 qui potuit in suis lucubrationibus de natura plantarum. Ha-  
 betis, opinor, argumeta, quibus & illi sunt decepti, & alios  
 fefellere. Cui Minutius, Et tu quid ad hac? Ego, inquit  
 ille, si sapientior huius esset oratio, si sententia firmiores, ad-  
 miserim haud inuitus rationes. Verum plerisque locis adeo  
 puerilis, putida, inanis illa est: ut ab inimico Aristotelis sup-  
 posita uideri possit: quo de iure illius diuinitatis, cuius incō-  
 parabili sapientia ceteris in libris sese principem ostendit,  
 aliquid hac calumnia detraberetur. Nam quod ueri libri de  
 plantis periere, communem cum alijs fortunam in eo nacti  
 sunt. Breuitas uero huius adeo breuis est: ut etiam manca  
 ac mutila, sententiam, ut ita dicam, suffocet ipsam. At di-  
 uina breuitas præceptoris cum ipso naturæ opere contendit  
 ita ut fucus addi, non res ulla, queat: deponi uerbum sine  
 rerum detrimento, sine ueritatis pernicie nequeat. Ita nihil

aufert

aufert otiosi, ut nihil omittat necessarij. Iste uero digitum  
 uix intendit: abique prius penè, quàm adeat. Ita arcescit  
 superuacanea, ut præterfugiat necessaria. Illud uero, quod  
 aduersus philosophos disputat, more totius Lycei fit. Quod  
 ex Academia mollius, atque laxius acceptum nervosius ex-  
 ercuere. Sic, inquit Minutius, existimandum est. Nam ita  
 affectus iam sum, ut propemodum putem, iacta esse semina  
 quadam assensionis meæ. Ceterum ut enatis cultus aliquid  
 adhibeatur, cedo, cuius esse censebas tu? Ad quæ Baiulius:  
 Dudum equidem conquirebar, quod me augurem agere iu-  
 beres: nunc uero etiam, uti uideo, Apollinem uis efficere. Ne-  
 que enim sine magnarum, abstrusarumque artium cogni-  
 tione diuinare possum. Diuina igitur, inquit Minutius:  
 Nam te nihil latet artium, quæ & bonum, & sapientem,  
 & diuinum efficere potuerunt. Quas non iste Græculus A-  
 pollo, sed ineffabilis ille spiritus, largissima, munificentissi-  
 mæque sua collocauit manu. Age ut uis, inquit Baiu-  
 lius. Reor è textrina Theophrasti detracta fila quadam: iis-  
 que clauos additos, tametsi neque aureos, neque purpureos.  
 Quod si protinus autorem tibi dari uis, ad Arabum diligē-  
 tiam propius accedit. At enim uero, inquit Minutius, à  
 Græco saltem scriptos suspicabar: quanquam tibi assen-  
 tiebar, quod de Aristotele negabas. A Græculo balbu-  
 tiente uersi sunt, respondit Baiulius. Id quod ipsemet, quasi  
 Q. Mumium profligarit, in fædissima præfatione sua, quæ  
 postea legi gloriatur. At scin quo modo? Quo adducor, ut  
 suspicer interdum, quempiam semilatinum ineptire ultro  
 uoluisse. Quippe ut omittam, quàm infeliciter græcisset, tan-  
 ta eius in præfatione illa puridula infantia est, ut fatear in-

d iij

genuè multis in locis me nihil intelligere potuisse. Eiusmodi profecto, quam *κακοζυλία* ueteres appellabant: ego uerò *μωρολογία*, ut quandoque fastidium diluere cogar miseratione. Attribuere uiri docti, alius alij. At quidem qui aliorum uiderim nihil, Planudem autorem facienti malim assentiri. Extant enim illius alij in libris similis uestigia semilatinitatis: in quibus si quis pedem ponat, haud ita longè ab huiusce locutionis idea perducetur. Vel hæc uideritis, quæ de scholasticis, quæ de Ouidianis uersiculis deprauauit. Ergo aliter ei cecidit, atque alijs euenire consueuit. Quippe è Grecis haud ita bonis (ne quid priuatim de Herodiano dicam) nitidiora faciunt Latina, quo consulant ignaris exoticæ literaturæ. Iste uerò ex Latino fortasse non malo (non enim mihi uidere contigit) ad eò Græca interpolauit, ut ne à popularibus quidem suis percipi queant satis commodè. Quæ ut exactius cognoscantur, unde pristinam deponamus opinionem, particulatim omnia sunt inspicienda. Et in animalibus, inquit, & in plantis uita ratio comperta est. Verum in animalibus manifesta, in plantis non item.

Optimum quidem à forma principium. Est enim plante forma, uita actus, quam uegetatricem uocant animam. At quare in animalibus apparet uita, in plantis non apparet? Nam uita percipitur aut ex motu, aut per incrementum, aut ab alijs officijs: nõ à motu simpliciter. Elementa nanque mouentur, nec tamen uiuunt. Tantò minus præscribitur motu uoluntario. Præterea (dicamus aliquid non uulgare) motus animalis ab elementorum motu non differt, qua motus est. Cum enim sint à Platone, & Aristotele tria genera posita, à medio, ad medium, circa medium: non alijs, quàm ijs moue-

tur

tur animal motibus. Sed primò, & per se, & necessariò insunt alicui corpori: secundaria ratione (sic est nobis loquendum cum philosophis de philosophia) deinde insunt alijs per illa. Eo tamen differunt, quòd leue mouetur in animali uoluntario motu deorsum quoque. Verum hoc ita illi accidit, sicut aqua, si quando sursum mouetur à non uoluntario. Ad hæc, uoluntarius tametsi est in animali, primò, & per se: non tamen inest omni. Quamobrem ne in animali quidem per eum fieri queat de uita demonstratio: siquidem animalia nonnulla nunquam mutant locum. Quale est Muricum genus adherens saxi, nobile diuini carmine Maronis. Et ea, quæ Tethya philosophus, Theodorus Tubera, mihi placet Papillas appellare. Oportuit igitur discernere uitæ rationem per eas differentias, quæ uiuentibus omnibus competere. An igitur fuerit incrementum? Accipio nunc τὸ πλεονεξίς crescere. Neque enim conuertuntur inter se: omne uiuēs crescit: omne crescens uiuit. Prior nanque falsa est. Sed sic: aptum natum crescere. Quare ne hæc quidem uia est, quam insistamus: quandoquidem ætatis certæ parti attributum est incrementum à natura. Alioqui adulta quæ sunt, mortua dicerentur. Nam tametsi uiuens omne nunc augetur, nunc diminuitur: (is enim est ποῦς Anaxagoræ) nequaquam tamen iccirco dicatur crescere. Augetur id, cui reponitur ex alimento supplementum in defectæ partis loco. Id quod etiam senibus usu uenit, quoties oppletur cauum intus non auctis parietibus. At illud crescere iudicandum est, cum apponitur omnibus dimensionibus quantitas. Intelligamus etiam subtilius hoc. Vbi omnes dico dimensiones, tot accipio, quot à natura debentur, per id temporis negotium peragente: ne



quis obijciat fortasse iuncos, aut iumenta, quæ dicuntur statis temporibus solius altitudinis explere mensuram. Lapidés enim non crescunt, sed augetur. Hanc loquendi legem, quæso, condonetis mihi ex philosophicæ militiæ prerogatiua. Sic obtinebit augmentum generis proportionem ad incrementum. Vt illud sit appositum cuiuscunque modi quantitate: incrementum fiat per occupationem quoquoersum capacioris loci, ex promotione ambitus extimi, admissis intro partibus, mutatis, atque unitis. Non enim compressa sponsia, si dimissa dilatetur, crescit. Maiorem illa quidem occupat locum diffuso ambitu exteriori: at id, quod recipitur intro, neque pars eius est, puta aer, aut aqua: neque cum partes non sint ea, queunt uniri. Vnum fortasse mathematicum est: unum naturale non est. Arbitror autem uerbi huius uim multo esse ualidiorẽ, quã eius postulent principia. Videntur nanq; de carne primũ dicta uox hæc ex eo, quod erat κρεῖζζα, unde fuerit Aeolensibus, quos Latini sequuti sunt, κρεῖζζω. Nõ defuere tamen, qui lapides quoque crescere arbitrati sint: quos etiam, si Lucina placet, parere nugarentur. Quemadmodum de Clearcho recitat Themistius. Quam stultitiam emollit ipse ibi, sed satis molliter. Ait enim lapides æquiuocẽ parere. Hoc ea de causa, ut diceret, adductus est: quod lapidem quendam Aetiten appellat. Ex ijs unum, tametsi magno emptum cum fregissem, animaduerti massam ex humore concretam. Cuius superficies partim æqualis, ac lauis, partim pustulata uidebatur. Illarum guttarum aliquam a cætero corpore delapsam, in eo sinu nõ tam partem lapidis, quam factum esse. Qui nisi manu nostra, tanquam Bacchus alter eductus fuisset, etiamnum intus manens Elephantum prouerbium

biũ in se facile transferre posset. Ceterũ in hac uulgatissima re non uulgaris est difficultas. Auditur intus lapilli motus à sono. Auditionis igitur facultas afficitur specie nõ materiali. Nõ enim exire potest aer inde, qui sese in aurem insinuet. Et illa maxima subtilitas. Sonus ab auditu percipitur, neque propterea tamẽ quid rei sonus sit, ab eo cognoscitur. Verũ ad propositum. Anima primariæ, ac principis officium cum sit intelligere, neque ab eiusmodi functione possit attribui planta uita: proximẽ uerò anima uis sit, sentiendi, ac manifesto comprehendere nemo queat, an planta sentiant, tum autem alias quoque, potestates siue harum duarum, siue tertie Themistius agnoscat ex Aristotele tres, alendi, augendi, gignendi, illis prioribus addat Iamblichus etiam quartam, mouendi: & neque à motu, neque ab incremento uitæ possimus inire rationem: reliquum omnino est, ut perspiciamus, an facultas alendi præbere nobis uelit huius indicij speciem, ut in plantis uita per eam deprehendatur. Profecto sola eius consideratione, in cognitionem uitæ deduci posse uideamur. Veteres autem, quorum ingenia multis difficultatibus ob rerum nouitatem circunueniebantur, à sensu solo iudicium mutuabantur. Qua ratione qui in plantis non esse sensum intelligerent, uitam quoque negarent. Qui uitam attribuerent, etiam sensum assignarent. Nam neque ab officij uitam ipsam colligebant illi, & non facile adducebantur, ut crederent, à fructibus, aut folijs argumentum uitæ debere comparari: propterea quod existerent planta, quæ carerent uis. Qui uerò uitam ipsis à natura datam intelligerent: quia sensu quoque præditas arbitrarentur, ij somnum quoque capere profitebantur. Quasi cum essent uacua, atque



otiosa à muneribus suis, ad quietem diuerterentur. Aduer-  
sus quos in praesentia disputatur. Verùm quibus modis au-  
tor primùm, quibus uerbis interpretres deinde, uideamus. Ac  
primùm quidem ait, in animalibus apertè cognosci uitam,  
in plantis non cōstare. At equidem, ut iam patet, uitā, qua-  
tenus uita est, in utrisque aequè difficile cognosci posse do-  
cui: si quis ea, quæ propria natura, sola, solam, semper, uitam  
comitantur, adducat ad faciendā fidem. Nam quæ de ui-  
generandi, mouendi, sentiendi, intelligendi, crescendi, supra  
dicebamus, ea omnia nobis afferunt difficultates. Multæ  
nanque plantæ nunquam, nullum animal semper, aliqua  
nunquam generant. Sola potestas alendi, καὶ τὰ πῦν εἶσε πιδδ-  
χῶν, ad id fuit idonea. Idque apud Sapientes tantum, atque  
in rerum natura exercitatos. Eius tum materiam, tum effe-  
ctiōnem uocat Galenus τροφήν, usus communi uoce Aristote-  
lis, è secundo de generatione, & opinor, ex libro, quem fecit  
idem philosophus, huic argumēto priuatim dicato. Opinor,  
inquam, propterea quod cum ad eum nos alleget, nondum  
Græcè legimus: ex Arabico autem uersum habemus unum,  
unde Galenus optimas quasque sententias transtulit in  
suos. Plato in octauo de Repub. & in septimo de legibus, e-  
tiam pro educatione, atque institutione usurpat. Hæc cum  
dixit autor, porrò pergit ad concludendum, quod è re cen-  
seatur. Ait ergo, proponendam quæstionem, optimo quidem  
consilio. Præcedit enim quæstio conclusionem, conclusio sciē-  
tiam. Verū ipsa in quæstione paulominus accuratè loqui-  
tus est. ὅτι πρὸν ἔχουσι τὰ φυτὰ ψυχὴν, καὶ διώαμιτ ἠδὲ θυ-  
μίας ὀδῶντες, καὶ ἠδονῆς, καὶ ἀσχερίσεως. Neque enim cu-  
iusuis animæ est, habere hæc omnes potestates: sed aut sen-  
tientis

tientis solius, aut eius, quæ ipsam continet sentiētem, quem-  
admodum in tertio de anima declaratum est. Aristoteles ita  
consuevit alibi: ita dixisset hîc: Vtrum habeant plantæ ani-  
mam. Deinde si habent, alendi ne, αὐξανδique solis potesta-  
tibus ea prædita sit: an etiam moueantur appetiui: sentiānt-  
que dolorem, ac uoluptatem, & an habeant dignoscendi fa-  
cultatem. Caterùm excusandus est, quoniam Pythagoras,  
eiusque successores, de quibus mox, uires hæc à nulla ani-  
ma segregauit. Quid enim disiuget ille potestates, qui di-  
uersas substantias animarum uno in corpore, quasi in erga-  
stulo, aut catasta concludebat? Experiamur autem, Græcè  
ne possimus eam, quam dicebamus, sententiam ἀριστοτελί-  
ζῶν. Audebo? ἐχὼ ἢ ἄχι τὰ φυτὰ ψυχὴν. καὶ εἰ μὲν ἔχει τῆνα δι-  
πῶν καὶ πῶν ἔχουσι τῆς ἐπιθυμίας, καὶ λύπης, καὶ ἠδονῆς ἢ πῶν αὐξήτικῆν,  
καὶ πῶν ἀλλοιωτικῆν ἢ θεραπευτικῆν εἰς τὸ θερεπῶν μόνον. Plato uerò  
τὸ ἠδὲ θυμτικῶν, tamen si facit ἀλόγισον, non tamen aufert ab eo  
dignotionem. Ideò dictum est hîc, καὶ ἀσχερίσεως. Verum  
enimvero si cognoscit, licet non dirigatur ratione, nihilo se-  
cuius potentia cognoscit animali. Quam appetentiam cum  
in iecore posuere, minus bene naturalem nominarunt, ut  
animalis detraberent appellationem. Vnico nāque fine mo-  
uentur naturalia, uelut ad ascendendum, & descenden-  
dum. At aiunt, τὸ ἠδὲ θυμτικῶν dolorem fugere, appetere uo-  
luptatem: propterea quod hoc diiudicat conducibile, illud  
non. A rationali propterea non suppeditari cognitionem: sed  
ei frenum imponi, tanquam equo, ibidem Plato sentit. Quo  
in libro scribit, τὸ ἐπιθυμτικῶν ἀπὸ τῆς ἀσῶλων καὶ φαντασμα-  
τικῶν moueri. At enimvero hoc est cognoscere. Quare iecori  
diuinationem attribuit, propter imaginationes, quas etiam

φῶματα uocat. Quod si ita est, alia quoque in parte, quàm in cerebro, sita erit cognitio. Ac propterea sequitur, uel ex ipso Platone, tum spiritus, tum functiones animales alibi quoque existere, quàm in cerebro. Quorum principium in corde esse, nemo nisi pertinax, negare tentauerit: praesertim cum hoc ipsum dicat Hippocrates, & in quarto de Republica τὸ θυμὸν in corde statuatur. Quod in Timæo uocat αἰσθητικὸν ψυχῆν. Sanè irascimur nunquam nisi re cognita. Irascuntur etiam sapientes, in quibus habitus nequit consequi principia fortitudinis absque ratiocinatione. Didicit hæc à sapientibus Aegypti Plato: à Chaldæis Aegyptij: quorū è decretis sanctiores omnes literæ dimanarunt. Chaldæi nanq; in corde omnium nostrorum motuum principia, tanquam in principio posuere. Galenus autem à Platone accepta hæc laxius intellexit: oculorum sensum secutus, non acie rationis. Verùm de his non est hic disputandi locus. Desciuit enim ille in hoc ab Hippocrate. Neque uerò fidelius à Platone. Ille nanque propter cerebrum caput factū censet: Galenus maluit, propter oculos. τὸ θεῖον, inquit ille, κατὰ τὸν, ac propterea dicit erectum πῆς τὸ πᾶν, cuius esset simile diuinum illud, quod contineret. Sic ille, qui pratulit alibi ridiculè cordi testiculos, dum ineptè ex Aristotelis calumnia famam apud philosophiæ ignaros captat: potuit eodem periculo, eiusdem dialectices subtilitate anteferre oculos cerebro, stipatorem Regi. Hæc narrabat ille animo maximè sedato, sed intèto tamen in dicendo. Verùm ubi me subridentem animaduertisset: ut acutissimi, promptissimi que ingenij est: Quid agas, inquit, non me clam est. Dum uides me persequi ius uestri Lycei contra instituta nostra, uel meam miraris incōstantiam,

stantiam, uel ad te respectum habuisse me, id letus es. Erat enim tibi gratificandum, ut commodiore uterer ad hæc rem, quam paro. Nam ubi meus ero, faciam, & me alium, & tibi aliter sentiendum esse sentias. Tum ego, fruor tamen interea usura hac tue facilitatis: semperque te habebo, quem obijciam tibi. Noui ego te Baiuli, acerrimo iudicio philosophum, oratorè eloquentissimum. Quocirca nos olim deambulatores, nunc Romani non sponte facti, quibus sedendo uincendum est, perlibenter patiemur abs te sic pote deludire: teque contra te ipsum tam uera, tam subtiliter disputantem equo animo feremus. Neque enim audeamus ἄνερον illud uestrum oppugnare, αὐτὸς ἴφα. Et ille, Quam toties abs te audiui, minus liberali, ac nobili uiro dignam, dissimulationem, tam te exercere nūc arbitror intempestiuè, quàm est à me, præter rationem, pro Aristotelicis disputatū. Sed ad rem. Habeo nanque de plantarū appetentia, quæ nolim obliuisci. Persuasio sanè festiua admodū ab ipsis uitibus, quibus data manus uideri possint. Nisi piget uos metaphoriæ, ac potius cū uulgo malitis ἐλινας, & capreolos, & clauiculas: captāt nanque his fulturas, ac pedamenta, quorum ope surrigan- tur. Eas, inquam, manusculas animaduerrere est, diu nimis protentas nutare, quoad quippiam apprehendāt. Haud secus ac uermiculus proles roris, atque hospes Ocymi facit, dum posterioribus forcipiculis innixus, sublime tollit caput, captatque locum, in quem sese demittat. Ita primulum illæ tentantibus similes uidentur: deinde ubi aliquid attigerunt, inuadunt, atque aduoluuntur illico. Illud à me præterea curiosè obseruatum est: si quid adsit alieni, rarò suis uel pampinis, uel sarmentis obuolutas. Quasi nobis instituant per-

suadere, nolle se naturæ consilia pervertere . ne , quod utilitatis, ac præsidij causa datum est, noxium faciant: ne ue quo iuuari debeât, stragulentur. Ad hæc igitur, atq; alia talia cū respiceret Anaxagoras , asserebat plantas esse animalia.

Quinetiam dolere casu foliorum: quibus deinde restituti uicissim caperent uoluptatem . Sic enim hic scribit autor:

- » Empedoclem quoque putasse , in ipsis esse confusum sexum,
- » siue, ut ipse dicit , commistum . Eius nanque uerba sunt,
- » γένος κεκραμύλον . Platonem uerò existimasse, iccirco præditas
- » appetentia : quia indigerent alimento , quod sibi uis altric
- » & appetat, & interpolet . Deinde hanc Platonis sententiã
- » eandem efficere uult cum superioribus . Nam, inquit , si hoc
- » ita constitutum sit, necesse id erit quoque, ut & uoluptate,
- » & mærore afficiantur . Tum illud consentaneum est : ut
- » & somno opus habeant , & uigilia .

Est Platonis opinio hæc ad hunc modum . Humana natura naturam congenerem alijs formis , & sensibus miscētes ita, ut alterum esset animal . Quibus uerbis nō solum ζῷον uocat, & attribuit αἰσθησίν : uerumetiam αἰσθησίν φύσεως φύσιν ἐυχρινῆ agnoscit . Reddit etiam rationem , quare ζῷον uocet . πᾶν, inquit, ὁ πῶς μέσος ἢ τὸ ζῆν , ζῶον μὲν αἰεὶ εἰ δὲ καὶ λίποι το μετὰ γὰρ μὴν τῶν το, ὁ καὶ λίποι τοῦ τεί του ψυχῆς ἄσθους . ὡ δὲ φησὶ μὲν, καὶ λογισμῶ, καὶ τοῦ μέγιστο μὴ δὲν αἰσθησίν αἰσθησίν, καὶ ἀλγυῆς μετ' ἐπιθυμιῶν . Et paulò post: ζῆ μὲν, ἔστι δὲ ἄχ' ἔπερον ζῶον . Vbi diuinus ille uir aliter & faciendum censere , & ipse facere debuisset . De hominis enim partibus dicere cum instituisset, medio in sermone plantarum naturam admiscere aggressus est: qua absoluta, ad relicta membra redire cogeretur . Hic Minutius: Quid ages hodie Baiuli ? Quem

neque

neque Galeni sacramentum , neque Platonis reuerentia queat in officio continere? Nam equidem propemodum mihi habere uideor, quid pro illo tibi respondeam . Hominem cum ita excudicasset, ut eum intelligeres, & solubilem & inanibilem: oportuit eius opera exemptos caros illos ἀμύουρον, qui tam perfectum architectum primum essent imitati . Ic circo illorum ostendit apparatus ad instaurandū, recreandūque opus illud suum , ut diuinis declarat uerbis , τὸ κῶ μύουρον, καὶ κερτῶ μύουρον . Duo nanque modi sunt , quibus usu uenit , ut cibo nobis opus sit . Aut quia resoluta , aut quia expulsa pars aliqua nostri sit : cuius loco in adultis tantundem, in adolescentibus etiam cum fœnore sit reponenda . Itaque uir ille nunquam satis laudatus: qui præceptoris Pythagoræ constanter insisteret uestigijs , è penu terræ parentis uictum, non ex animantibus immanes epulas uoluit suppeditari . Quo consilio fecit : ut eo in loco , in quo declararetur corporis indigentia , subsidiarias nihilo secius opes ostentaret: nō ex barbara consuetudine iugulantium tum mite pecus , tum benemeritos ueteranos boues : sed ex eloquentissimis silentijs innocentissimi senis . Hæc cum dixisset Minutius , ille sese paulisper colligens , ubi lenissimè arrisisset: Nullus, inquit, unquam transfuga tātos cepit fructus perfidie suæ . Tua profectò efficacissima opera factum est , ut cuius me decebat pœnitere, id me maximè commississe iuuat . Sed nequaquam mutari potest , quod ab illorum scholis pro certo assueueratur . Amicorum Genios inter se cōspirare: communiterque transferri ad eadem consilia , operas , fortunas communicandas . Quocirca quod meum semper fuit, ut Platonicos ab accusationibus tuis defenderem : si quando illorū

tu picturas (hoc enim nomine morosius appellare soles) aut deleas, aut inducas: id tibi nunc aduersus me sumpisti faciendum. Vel quo colore usus es, cum etiam interesse putasti ad defensionem: si explicares hominis diligentiam, qui non temerè, sed summo, maximèque opportuno consilio inter humana membra plantarum naturam perinde relatam, atque rem necessariam componeret. Sed ad rem. De Anaxagora, deque Empedocle quid statuendum sit, mox uidebimus. Plato autem non magno negotio suo potuit animam quoque nostram dare plantis: qui in Timæo, primum corpus ipsum, deinde animam uino calefieri scripsit. Quare appetitum haud penitus stolidum attribuat illis: si etiam uinum meditentur, ut poëtriae ualeant euadere. Et uideor meminisse nescio quæ affundere solitum platanis suis uinum, & apud Athenam quidam etiã lactucis. Sed uideamus, quid appetitus iste sit. Sic igitur definiamus: Affectio, eius quo cauemus, potiundi. Hoc autem sine aliquo motus genere fieri non potest. Nam quæ appetunt τὸ πρῶτον, motus iis secundum locum datus est: Quæ quantitatem, accretionis: Quæ qualitatem, alterationis: Quæ substantiam, transmutationis. Id quod attribunt materiae primæ, propter imperfectionem. Eius equidem essentiam puto, appetitum perfectionis: quo parata est: ac prestolatur omnibus formis. Vnde Plato uocat ipsam, ἡγεμένη, ἡτο δόξαν, πρῶτον ἔχει. Quo etiam modo ignis, differentiam, quam imperfectionem leuitatem dicimus, appetitum loci superioris. Hunc autem appetitum in materia illa non esse accidens: sed ambiguum dici uocem hanc, in essentia materiae, & in affectibus animalis. Hæc igitur natura perficit ipsam materiam duobus momentis. Primo, ut sit materia, & hoc quod ipsa est sibi. Al-

ro, ut

ro, ut sit hoc quod est, nunquam separatim nec tempore, nec natura ab eo, quod est esse alterius, non tanquam termini, ad quem referatur, sed tanquam pars totius. Quare natura illa cum sit prior, quam esse, quo est alterius: erit etiã prior, quam illa potentia, qua potest alterius esse. Igitur hæc potentia non erit τὸ τῆς εἰς materiam: sed τὸ ἰδιον, manans ab illa natura, quæ differentia est illius essentialis. Nō enim uerum est, formarum carentiam, esse essentiam materiae primæ. Priuatio cum sit nihil, entis causa nullo modo esse potest. Ac tametsi priuatio introducit à Philosopho in naturæ scenam ad generationem, pro uno ex tribus principiis: tamen haud ita statuitur, ut pars, sed ut quædam notio necessaria extra totum futurum: non quæ statuatur, sed quæ non statuatur, ut statuatur. Si enim sit, quod non est, ergo necesse est, non esse, quod sit. At inanes quidam cum inter se philosophorum placita compararent, recitarent que Priscorum principia uerè tria, Materiam, Formam, Mentem: ausi sunt Aristotelem irridere, qui repudiata mente supposuerit priuationem. Hi sunt, qui propter inscitiam, atque inscitiae sobolem temeritatem, poculis oppugnare contendunt eas notiones, quarum prescriptionibus idem subiectum secatur uarias ad scientias. Quis enim paulò prouectior in philosophiæ studiis audeat profiteri, datorem formarum pertinere ad naturalis philosophi contemplationem, quando ille careat omnino motu, huic à motu nunquam liceat discedere? Satis igitur fuit Motorem primum indicare in extremo Physicorum, atque interea dicere illud: Sol & homo generat hominem. Verum mures istos in pistirino relinquamus, atque ad appetitum redeamus.

Hi motus omnes, de quibus supra dicebamus, unum tantum

f

respiciunt finem: alteram scilicet contradictionis partem. Quippe nequit ignis appetere descensionem. Sic auctabile suapte natura non potest affici, quin augeatur: denique alterabile, quin alteretur: materia prima, quin per formam susceptibilem perficiatur. Ab his aliud motionis genus est, de quo supra, non quidem forma diuersum, sed efficiente. Nanque manus meae motus deorsum non differt, ut indicabamus, à terrae motu, qua motus est: sed eo, quòd in terra motus à forma fit ad unum: in manu ab anima ita ad id, ut etiam possit ad contrarium. Ratio est: Quia terrae forma una, simplex, simpliciter est. Anima simplex, multiplex, multipliciter. Simplex substantia, multiplex potestate, multipliciter obiectorum cognitione, à quibus eliciuntur actiones. Idcirco hinc appellatur motus ἀερίσσις, quasi dicas diuidicationis, & electionis. Quanquam nos melius, quàm Graeci. Illi enim τὴν εἰς περὶ αἰθέρος κίνησιν uocant: nos liberius uoluntarium. Voluntatis species περὶ αἰθέρος est, ac perfecta quidem. Is sanè ordo. Velle in communi. Deinde liberare, est actus intellectus per cognitionem, promouens se in uoluntatem. Tum eligere. Itaque sic sese consequuntur, βούλησις, βούλησις, αἰερίσσις, πρᾶξις. Sic enim à diuino philosopho. Differunt apud Platonē quoque, ἰδέσθαι, & βούλεισθαι. Igitur electio cum sit actus uoluntatis sequens intellectionem conclusionis, non omnis uoluntas erit cum electione. Non ergo motus omnis ἰδέσθαι, πρᾶξις. Hinc in Augerium intuitus, Equid habet iste tuus hospes ad hanc ἀερίσιν? Hoc, inquit ille, curabam. Lego hinc, discretionis. haud ineptum nomen, etiam apud Ciceronem. Verbum frequentissimum. Graecum est, κριναί. Quod ad sensuum operam transtulit Philosophus

Philosophus in secūdo de Anima. Latini commodiorem, atque expeditionem fecerunt pronunciationem, transpositis elementis, sicut ἀερίσσις rapio. Compositum autem hoc, si meludere permittis, acutius deducam περὶ τὸ κενόν. Qui enim discernit, dissipat τὰ κενεαμένα. Sed hoc sic dictum putatote, uelut Lenaeum à leniendo, & Thus à tundendo. Ceterum per me, sequare, licet. In plantis, inquit, igitur appetitus est, alendi, & crescendi: quippe nisi uim illam attractionis, transmissionis, distributionis, mutationis, unionis non haberet planta: neque attraheret, neque attracta conficeret ad uitae munera. Nempe ab Sole solo non fit attractio, ut putarunt quidam: qui non animaduertent, quàm maximas radices excrecere deorsum uersus in profundum ad contrarium punctum lineae dimetientis radios solares. Neque multo melius sentit Theophrastus: non posse radices prolixius demitti, quàm quātum Solis uis subire terram ualeat. Nam neque lumen eò delabitur, quod alioqui uehiculum Peripatetici statuunt caelestium effectuum: neque in telluris parte intima sentitur calor ullus: quam in partem uel ad duodecim pedes pertingere uidimus radices. Et formae, non Solis est, quantitates terminare. Utitur enim, ut Philosophus ait, calore natura, tanquam ministro, aut instrumento, non tanquam legislatore, aut opifice. Alioqui radicibus omnibus eadem quantitas produceretur, atque prolataretur. Omnibus enim Sol idem: à terrae parentis penu demensum idem. Et contra euenire constat. Aquilonijs enim regionibus arbores grandiores, radices uastiores. Præterea in metallis omnia sine Solis admissu generantur. Intelligo nunc & lumen, & calorem, quorum utrunque Philosophus ille cum

ceteris Peripateticis siderum instrumentum, uti dicebamus, appellarunt. Cum tamen aliter ab acutioribus disputetur: nihil enim rerum in intimis terræ sinibus gereretur. Verùm quemadmodum ultra pellucida corpora transmittitur lux, unde nomen est eis comparatum: ita per non translucida uis illa sese insinuat, ac penetrat, quæ luce ipsa multo est efficacior. Tollit simul cum dubitatione probandi curam quotidianum magnetis exemplum, ad cuius motum sub mensa, mouetur ferrum pensile super ea. Nec propterea (quæquam hoc in disputationibus de semine genituali discussum est à nobis aliter) delentur eorum placita: quum sine subiecta materia formam negant posse agere. Virtus enim caelestis illa, per lumen delata huc, afficit terræ superficiem. Ea affecta, proximam sibi partem immutat æquè, dum ad certa loca destinetur. Sicut ab eodem lapide ferrum etiam non tactum agitur. Ad hæc si Solis attractione crescerent plantæ, nequaquam demitterent radices ullas, sed rotæ in altum surgerent. Sed attractio, ac dispensatio fit à uitalis caloris facultate sub imperijs animæ, cuius spiritus illi sunt apparitores: diuina quedam res, sincera, secretaque, atque alia prorsus ab elementis. Frigidissima nanque Mandragora multum in folijs, plurimum in radicibus capit incrementi: quantum profecto nullum aut Lepidium, aut Charesoliū, aut Smyrniū, aut Pyrethrum: quæ ab isto calore elementari calida sunt. In hac autem appetètia stirpes intellectiōnem habent nullam: nihilo sanè maiorem, quàm lapis ille cum trahit ferrum: aut ferrum ei lapidi affricatum, ut ad Mundi uerticem conuertatur. Sed est proportio quedam actionis, & passionis, qualis inter ignem, & stipulam, quæ

non

non est inter ignem, & lapidem: suo tamen quæque modo. Stipula passio pertinet ad corruptionem, ferri ad perfectionem. Hæc enim affectionum genera duo sunt apud Philosophum in libris de anima. Non continuò consequens erit igitur, debere sentire plantas, ac tanto minus uel letari, uel contristari: nisi siquid habes ad hæc Minuti. Ille uerò, Nihil, inquit, præter assensionem, atque etiam plausum: ita subtiliter atque acutè rerum naturas, ac rationes excussisti. Quamobrem non in hortis inter plantas uersari, sæpè etià uexari, sed in philosophiæ sinu conuiescere mihi uisus sum. Ceterum de somno dudum quid dicebas, quod aut exciderit, aut differendum uideatur? Nescio sanè, inquit Baiulius. Corruptum enim puto codicem: nisi subuenit Augerius. Sic enim scriptum est: αὐτὸ δὲ συνδαλῆσαι, τὸ ἰδίῳ θυμῷ, εἰ καὶ τὸ ὑπὲρ ἀνακτῶνται, καὶ ἐγάρονται, ταῖς ἐγρηγόροις σύμφωνον ἔσται. Non equidem quid illud sit, somno semper opprimi, ac nihilo secius euigilare, planè percipio. Verùm fortasse hunc ad modum admittere possimus. Si appetitus attribuat, in eis somnum quoque, ac uigiliam agnosci debere: idque adeò ita sequi, si appetitum animale, non autem purum naturalem intelligamus. Nam (ut nunc assentiamur Auenrois, qui in Apala daapala sentit ita) res materiatas in suis functionibus fatigari: Et somni finis est instrumentorū quies, atque etiam instauratio reductis ac retractis spiritibus ad fontem suum: lassitudo uerò subuehit tristē sensationem: quies à plantis appetetur necessario. is autem est somnus. Sed quid diuinat Augerij Actius Nauis? Cotem ne secabimus nouacula? Aues, inquit Augerius, hinc nobis felicius addixere. Nam & ademit, καὶ: & τὸ ἀνακτῶνται,

f iij

reficiuntur, interpretatus est. Vt nō sit iterata possessio, atq; captiuitas: unde, Heri, κητημειοι, sed recreatio. Dixerit: εἰ καὶ ὅτι ἔπνευ καὶ ταφερόαυλα πάλιν αἰαφείρονται πρὸς τὸ ἐγρηγορέαι. σύμφωνον ergo consentaneū dicit esse, in eis appetitū inueniri, si somno foueātur per uices, & uigiliae restituātur. Eo con-

» ticescente, secutus Baiulius, Proponit, inquit, alias quæstio-

» nes, numero duas. Prior est: an spirent planta. Altera: an

» sexum in se habeāt confusum. Quam sententiā supra dixe-

rat Empedoclis esse. Si ergo Peripatetico more disponamus quæstiones: An uiuant: Si uiuāt, an appetant: Si appetunt, an sentiāt: Si sentiunt, an dormiāt. Item si uiuūt, an spirent: & an habeant sexum. Quas sanē quæstiones tractaturus, affert rationem consilij sui. Negat enim in horum singulis minutatim ponendam esse operam, hisce uerbis:

τὸ δὴ τῶν τα παραλιμπάνει, ἢ μὴ διακλώτοις ὡδὲ τὰ καὶ ἔκα-  
σον ὀρύναις ὡς ἀστειβάν, πρὲς πῶν ἐστὶ. Facturum enim impor-  
tunē: neque ē re producturum sermonem in quæstionibus.  
Quam tamen propositam sententiam neque eum seruare uideo: nempe de omnibus hisce disputat: neque seruandam censeo uiris doctis. Nihil enim superfluo queritur, aut non necessarium. Quare nisi uerba sequerentur idem edicentia: putarem, quod asseuerāter statuit, addita negatione uetare debuisse. scilicet non esse hac indiscussa relinquēda. Consu-  
lendus ergo tuus, Augeri, codex. Idem sonat, inquit ille. Et τὸ διακλώτοις, interpretatur, in quibus nullum sit opere precij, scitissimē. Viliū nanque rerum precium nullum. Friuola sanē sunt τὰ διακλώτα: quanquam κλώτου; potius dixe-  
rim disquisitiones, quæ parui sunt roboris, ac momenti. De spiratione uerò qui negarit etiam morosius disceptandum,  
parum

parum habuerit compertum, quot inuoluatur difficultati-  
bus is, qui libros de spiritu, & de spiratione legerit, uel Ari-  
stotelis, uel Galeni. Ac quenquam haud tota fuit hic illa supellex explicanda, referre tamen suo more debuit ad illa loca philosophus summam rei. Verissima hac omnia, Baiulius ait. Tractat enim mox hæc ipsa, qua tractanda negat. Explicat interea quæstiones de anima plantarum. Animatas esse, generari, ali, augeri, adolescere, senescere, interi-  
re. Quarum affectionum nihil inanimi cum sit particeps, animata erunt illa. Molliuscula tamen oratio est, ac minus efficax, ἔχει ψυχῆς, ἔτι ψυχῆς δει. Lægidior paulò copulatiua illa. Acutius, ἔχει ψυχῆς ὅτι ψυχῆς ται. Quippe hoc uult, tametsi ratio debilis, atque manca est, nisi probet generatio-  
nem, & cetera illa, esse animæ opera. Eadem argumenti forma uti potes à contrario sic. Cortice prædita sunt, & fo-  
lijs, qua in nullo insunt animali: ergo non sunt animata. Quia possunt generatio, & cumentum competere naturæ superiori: sub qua sint lapides, & metalla: qua uiuere mor-  
dicus quidam tenent etiam nunc. Tum ego, caue, inquit, Baiuli. Quid enim agas non uides. Nimis tu subtilis disputa-  
tor es: neque te respicis. In eiusmodi nanque discrimen ad-  
ducentur istæ tuæ uestigationes: ut à Galenicis uestris, & sophista, & desertor appellari possis. O Caesar, respondit ille, tu me apricationibus tuis insolaisti. Cōtraxi nanque animū ex simpliciore contemplatione, spinosioribusque his obieci. Quibus in locis nactus sum colorem hūc ex calore isto tuo, qui rimatur omnia: etiam qua nusquam extant aliquando. Male enim audis hoc genere scholasticarum literarum. At non audio, inquam, ab Aristotele: qui in secundo librorum



de caelo, praecipit hūc ad modū: Δὲ δὲ τὸν μίλλοντα καλῶς ζητή-  
 σαι, ὅτι τὰ κινῶν εἶναι. Sed potius te iā audiā. Ergo, inquit, philo-  
 sophi ordinē animaduertisti? Animam posuit primū, deinde  
 facultates eius. Atque earū generationem primā, mediā nu-  
 tritionem, postremum incrementum. Non admodum leuis  
 res est, si dicamus, generari, ergo animatum esse. Non est  
 absurdum, si iam constet, uti dicebatur, opus esse animae ge-  
 nerationem. Siquidem haud conuertitur (sic enim loquun-  
 tur) id est, non reciprocatur sensus orationis. Falsum est, ani-  
 matum, ergo generans. Non omni competit aetati: nempe  
 seni, uel infanti. Non omni generi: quippe Mulo, Anguille,  
 Adianto, Ephemero. Non omni regioni: ut Palmae in Ligu-  
 ribus. Haud imbecillum tamen argumētum compares: id-  
 que penē omnibus cōmune. Nā tametsi non omnes generāt  
 sibi simile totum, at saltē partes: puta ramos, frondes. Dixi,  
 penē omnibus: propterea quod neq; tuberibus neq; fungis,  
 horum quicquā usu uenit. Quod enim dubitat Theophra-  
 stus: partēs ne sint plantarum rami, quoniam sine ijs uel  
 cultu, uel alio euentu queunt uiuere, eius rei solutio facilli-  
 ma est. Non sunt partes ad uitam necessariae: ut quibusdam  
 radix, alijs cacumen, nonnullis cortex, maximē parti me-  
 dulla. Abies preciso uertice moritur: ablato cortice, praeter  
 suberem, uiuit nulla. Salicem sine ullo medullae momento ui-  
 dimus: aliae non ferant. Absque radice non paucae, uel exem-  
 ptae, ut Semperuiuū, & Aloe: aut sua natura, ut aquatica  
 Lenticula. Sic Homo uiuit mancus, & Lacerta amissa cau-  
 da. An uerō arbor integra dicetur, quae putata est? Integra  
 quidem, si uitam spectes: at non integra μεθυστικῶς:  
 quando quae aderant, absunt. Quoniam uerō non solum

mathematicum

mathematicum corpus est, sed etiam naturale: quodque na-  
 tura direxit ad finem generationis, ea dicetur integra, quae  
 partibus ad germinādum apparatus praedita fuerit. Quam  
 ob caussam & ablatis brachijs alia succedunt laetiora, &  
 quae remanent, sunt uegetiora. Sicuti mancis quoque con-  
 tingit hominibus, ut saepe ceteris membris sint ualentiores.  
 Praeterea plantae redduntur uiuaciores. Est enim quaesitum  
 hoc in propositis disputationibus apud Aristotelem. Sunt  
 autem partes quaedam, quae non propter indiuiduum factae  
 sunt, sed speciei causa propagandae, cuiusmodi testiculi. Iis  
 animal ubi carebit, sui unius tantum gratia uitam ager,  
 non propter speciem. Sunt item partes aliae necessariae: qua-  
 dam utiles tantum, aliqua non nisi ad decorem, ut quibus-  
 dam locis caro, quae non nisi ad explendum uacua comparata  
 est ibi. Intelligitis diuisionem, & deductionem. Tum  
 Minutius, Nō uos solos haec exercuit scabies. Nostri nanque  
 Iureconsulti nihilominus de nauis, cuius pristinis ablatis  
 partibus aliae substitutae sint, quaerunt, an sit eadem nauis.  
 In qua tamen materia, porro alia quaestio longē difficilior  
 accidit nobis, quae accuratius excoquenda, apud uos nulla  
 est. Nunquam enim fiet, ut tota planta, mutatis omnibus  
 partibus, toti substituatur. At in corpore arte compacto id  
 euenire potest. Satis enim manifestū est hoc in nauicula, aut  
 arcubalista. Vester autem Theophrastus ibi perplexus ad-  
 modum uidetur. Est, inquit ille, ut ais, Minuti. Quare  
 huic Scaligero locum illum multis cum aliis relinquamus.  
 Et ad rem. Illorum quoque hinc patet error, qui uim infor-  
 matricem aliam ab anima, etiam ab anima rationali pu-  
 tant. Siquidem folia, & brachia, & surculi, in stirpe iam



perfecta conformatur. In homine caro noua substituitur, nõ sine figura præscriptione. Opus hoc attractricis, retentricis, alteratricis, mutatricis, unitrices: quæ potestates cuius sunt? nõne animæ intelligētis, quæ una est forma in homine? adeò, ut eam Plato ἐκ τελευτῶν συγκαταβάσαι dixerit. Cõplectitur uerò hæc illa; tanquam circulus tres species trianguli, quibus præterea lunulas addit in ambitu, quasi caelestem rem: quæ triangula quidem illa capiant ipsæ, at ab illis nulla queant capi ratione. Imò uerò quarum proportio ullis quadratis, aliis uerò rectilineis figuris incomprehensibilis sit. Quæ Minutius admiratus: Vt, inquit, Baiuli planè, ac uerè uir diuinus es. Felicissima uerò Platonis illa semina, quæ in te talem frugem extulere. At hæc uerba tua, ut profiteor ab alio nullo me antehac audisse: ita magnopere uereor, ne non à multis intelligantur. Sed porrò. Non multa, inquit, supersunt ex hac parte. Verba modò quadam sunt animaduertenda. νεάζειν, adulescere intellexit, quo uegetam denotaret ætatem. Videndum etiam, χλοάζειν ne acceperit pro eo, quod est, fructum ferre. Habemus apud Nicandrum uocem, pro, uirenti. Hic Augerius, licet ne? Habeo nanque splendida quidem illa: Virescere? quæ earum quadam iuuentus sit, senioque dissolui. Nitida hæc, & concinna: si sibi scripserit interpres. At hæc est uersionis seruitus, imò boia, miserrima conditione: ut autoris, quem sequimur, arbitrato distineamur. Non enim est uirescentia stirpibus iuuentus ulla: sed in iuuentute uiror. Neque id autor ille dicit. Sed χλοάζειν, καὶ νεάζειν: quando ne id quidem uerum est, uiriditatem esse solius iuuentutis. Nam & uetula uirent arbores, & quibus post unum, alterum uel mensem imminet interitus. χλοάζειν ergo sonat,

sonat, non tam fructum fundere, quàm frondescere, eas quidem, quæ frondibus uestiuntur: omnino uerò coloris herbaei nota est: unde χλαρόν Galenus ostendit, non solum esse luteum, sed etiam subuiride apud Priscos Asiaticos, ex Hippocrate. Viror autem ille omni competit ætati, primori, statq, deteriori. Et laxius fortasse, atque ex uulgi uitio loquutus est philosophus iste, cum dixit, senectæ dissolui. Senectæ nanque mors esset. De interprete, accipio, Baiulius inquit. Nihil enim eis periculosius, quàm audacia fidem temerare. Pro autore quæ dicam, habeo. Parabilis illa, & è foro defensio. Dicam, posuisse Διόδοτον pro fine. Sed tibi acuto, non satis. Igitur nos quoque acriuscule. Non est, dicet ille, mors quæ dissoluit: sed aut pugna contrariorum, aut naturalis humidi defectus. Hoc posteriore senectus fit. Mors autem priuatio est, quæ sequitur tractum illum dissolutionis. Infert ergo deinde ex illorum placitis, cum hæc habeant, habere etiam appetitum. Quare uoluptatem quoque capient ex satiæ, mærorem ex inedia. Quod si ita sit: sensu quoque esse præditas. Hoc ubi recitauit, et si admirabilem adducit sententiã: tamẽ pro falsa refutat, neque id immeritò. Non enim ex eo, quod appetunt, eliciatur illud necessariò, uoluptatem capere. Quanquam huc nobis sunt afferenda uerba, potius ut quid sentiatis, intelligam, quàm elicienda è uerbis sententia, quasi ego me profitear intelligere. Sic igitur ait:

Διόδοτον πίνω, ὡς εἶπες, εἴ τι σφέτερον, ἢ δὴ καὶ ἔστι θυμῶν, καὶ ἠδυνέται μὲν τῷ κέρει, λυπέται δὲ, ὅτε πεινᾷ. καὶ ἐκ ἐμπύπτουσι αὐτοὶ αἱ Διόδοτοι, εἰ μὴ μὲν αἰδοῦσθαι τῶν ἄργων θανυμῶστος μὲν, ἔστι μὴ φαῦλος πλανᾷται σκοπῆς, ὅς καὶ τὰ φυτὰ αἰδοῦσθαι καὶ ἐπιθυμῶν ἐδόξαον. Ergo cum ista admirabilitate non con-

iungit absurditatem, sed laudationem, quandoquidem negat prauè eos intendere. Hæc uerba statim dixit Augerius, ubi ille Græca recitare desisset. Et subdidit: Non igitur id sonant hæc, quasi repudiet. Quis enim non admittat, quod neque prauum est, & est admirabile? At ego contra potius, neque admirabile, neque uerum esse, neque uerè dici. Posita nanque uidetur deductio argumentationis ἐξ ἰσορροπίας uulgi. Itaque non faciet admirationem, quod uulgò fertur. Quòd autem non sequatur, patet ei, qui distinguet ambiguum uerbi naturam. Appetitus enim ὁρεσνύμενος dicitur, in igne ad occupanda loca superiora, in ferro ad sui coniunctionem cum magnete, in planta ad humorem suggendum, in equo ad uenerem, in homine ad beatitudinem. Quarum rerum quales, quoti, quanti gradus in ipsis sunt formis, talem esse decet ordinem accidentium, quæ formas illas consequuntur. Illud uerò fortasse impetret apud uos ueniam interpellationis meæ, quod interpret noster, etiã de suo posuit, quod efficeret sententiam deprauatiorem. Sic enim inuertit:

„ Dicimus itaque, si quid alatur, idem quoque appetitu duci.

„ Et uoluptate afficitur per saturitatem, dolore autem per saturitatem. Et absque sensu affectiones illæ non fiunt. Paradoxus igitur est, quamuis non adeò temerè erret eius intentio, qui plantis sensum, appetitumque esse attribuendū, ita existimarunt. Videtis enim, non quasi recitet opinionem, sed perinde atque ipse suam dicat sententiam, ita loqui. At Græcè, ut animaduerti, aliter: Si, inquit, ita est, ut quod alatur, continuo item appetat, exquæ satietate uoluptatem, ex fame dolorem capiat, nec absque sensu tales eueniunt affectiones: admirabilis est illorum perspicientia,

„ cientia, non absurda tamen, quibus placet plantas & sensu esse præditas, & appetitu affici. Neque uitare potest ambitionis suspicionem, ubi δαρμασίον Græca uoce maluit expressum, quam Latina. Neque negatio illa ius suum exercere potest in utranque uocem illam, φάλος, & πλανᾶται. Si enim dixero, non malus mentitur Itiobrix, necesse est altero sublato alterum stare incolume. Ut sit, aut bonus mentitur, aut malus uera dicit. Ille sic disseruit, sic Baiulius est sequutus. Ex istis, Augeri, tenebris clarum emicuit nobis lumen è luce iudicij tui. Assentior enim, & perplacet. Quare ad pistrinum. Post hæc Anaxagoræ disponit opinionem simul, & Democriti, atque Empedoclis in quæstione de sensu. Neque enim solum sentire plantas, uerumetiam tum cognoscere, tum intelligere. Quo in loco notanda sunt uoces duæ, τοῦς scilicet, & γῶσις. illa est uis, hæc actio. Ea cum diceret, atque Minutium audisset ingemiscētem, Quid hoc, inquit? Vnde hæc tam repentina mollities animi Præfecto armatæ nobilitatis? præsertim inter lignorum duritiam, & asperitatem. Pietatem, inquit Minutius, ô philosophi Christiani. Quam si armis uel oppugnatam tueri, uel oppressam uindicare liceret, non tam gemitus nunc hauriretis, quam telorum slictus, atque crepitus, iandiu est, audiuissetis. Nam quantum uero præstat lux illius seculi, nostræ tenebris tempestatis? Quam enim brutis, in quibus nulla esset, mentē ascribebāt, nostrā ista mōstra Epicureorū nobis, in quibus esset, amouere. Ea nanque de anima nostra blaterant, quibus referendis in me ipsa exhorrescit. Bono, inquit, animo es, respondit Baiulius. Omnia, spero, in melius uertet Princeps aternus ueritatis. Ego uerò non penitus

inops praesidij uideor: quo & me muniam, & te consoletur constantiorem, & labefactatos constituam, modo ne fastidium monitis saluberrimis anteuertant. Hoc enim instantibus respondent: Curiosus es. Nugae Aristotelis. Deliria scholasticorum. Tum effutitis ineptiolis, abeunt potius sub cultro, quam relinquunt benemouentes. Principio retineamus illam calitus demissam ueritatem. Tum aggrediamur hosce semiphilosophos porcos in suis hortis, Alexandreos uero in Lyceo: neque alius, quam quibus ipsi uincere consueuerunt, armis conuincantur. Extremae duae hinc atque hinc contrariae directae acies constitere: Epicureorum cum euocatis Aphrodisiensibus, qui animam interficiunt: & Pythagoreorum, qui in canes eam, atque etiam fabas, tanquam in colonias ut deducant, transcribunt. Cum errent utriusque horum tamen alterum si mihi proponatur admittendum, malim equidem cum Mnesarchi, quam cum Neoclis filio. Quod uero superabit & expectationem fortasse uestram de Galeni sectatore, & doctiorum fidem in recepta persuasione, & improborum pertinaciam propter iudicij perversitatem, nunc iam dicam. Existimare animam & creditam fuisse Aristoteli mortalem, & argumentis descriptam, quidam sese cogi certis illius uerbis professi sunt. Aduersus quos multi boni, doctique uiri quae dixerint, non est hic locus recensere. Quae nobis dicenda reliquerint, partim diximus alibi: pauca haec hic dicere neque me pigebit, neque uos audisse forte paenitebit. Noua enim sunt, utinam etiam bona. Firma uero adeo, ut nullo contentiosorum impetu labefactari posse uideantur. Principio, si, ut uolunt, e nihilo nihil fit, igitur id, quod aliquid est, nihilum reuerti nequit. Par enim ratio

creationis,

creationis, & corruptionis. Nam si e punctis nullum confieri potest corpus, corpus item nullum in puncta resolui poterit. Praeterea cum triplex substantia sit, Materia, Forma, Compositum ex utraque: hoc quidem compositum dicitur generari, materia scilicet ineunte forma, eadem uero abeunte corrumpi. sane materia ipsa nequaquam per se corrumpitur. Nempe suum semper obtinet rationem. Sed per accidens corrumpitur, cum aliam subit formam. At forma cum longè sit nobilior, quam materia: tanto minus eam corrumpi decet. Si enim quod fit, ut sit hoc, id est, materia ipsa, non aboletur: tanto minus abolebitur id, quod facit, ut illa sit hoc. Ea uero forma est. Ad id confugient. In materiae potentiam reuerti: de qua etiam formae omnes educantur. Hoc neque respondet uiribus argumenti, neque uerum est. Non respondet profecto, propterea quod materia, quae est ignobilior, existit aliquid actu semper. Igitur extare quoque semper actu formam, quae sit nobilior, necesse est. Est autem nobilior undecumque, scilicet praestantia uirium, functionibus, titulo causae, atque ut loquuntur, entitate. Quod uero sit etiam falsum, patebit ex his. Si enim formae essent omnes istae in materiae potestate, quemadmodum in oui potestate pullus est, quippe qui ex eo fieri potest: & ueluti figurae artificiales in ligno: sic materia prima comprehendens uniuersas formas ens esset nobilissimum, Deoque simillimum. Verum sicuti dicebamus, materiae potentia, susceptibilitas tantum est. Formae uero dantur ab intelligentiis, acceptae ab Opifice primo. Anima nostra a Deo statim ipso, nullo interea uel medio, uel sequestro. Neque propterea corruptibilis, quia generata: neque finem habitura, quia principium habuit. Quippe alio modo generatur, quam

quomodo aliquid fit ex aliquo. Ipsa enim ex nihilo fit. Quid mirum? Mundum totum ex nihilo creatum esse, necesse est. Nam quis insanus dixerit: Deum ex suis materia confecisse Mundum? Deum uero esse causam Mundi efficientem, etiam Aristoteles dixit. Nulla nanque ratione fieri potest, ut quod à primo pendet, non pendeat uniuerso genere causarum. Neque uero finem habebit, quia principium habuerit anima: nisi quomodo mentes illae caelestes. Nutu creata, nutu dissoluentur, si libuerit. At libuit, ut ne liberet. Voluit, ut nollet. Tantum uero abest, ut animam deleri morte putauerit, ut etiam per interrogationem subdubitarit: an omnia essent animarum plena? His de causis Plato materiam primam, non  $\pi\alpha\rho\epsilon\iota\varsigma$ , sed uti dicebamus,  $\pi\alpha\rho\upsilon\delta\epsilon\ \chi\epsilon\iota\varsigma$  appellauit sapientissimè: qua uoce utitur etiam Aristoteles, quoniam susciperet extrinsecus aduentantes formas: nihil ex seipsa promeret, quia haberet nihil. Ac quemadmodum à seipsa differt  $\tau\acute{\omega}\ \epsilon\iota\upsilon$ , ut ait idem: neque ad nihilum redigitur unquam, neque reponitur in potentiam alicuius, sed actu sub aliqua forma perpetuis successionibus existit, ita forma, quae multo est excellentior, quippe cui dat, uti dicebamus, ut sit hoc aliquid: non differet à seipsa  $\tau\acute{\omega}\ \pi\alpha\rho\iota\epsilon\iota\upsilon\ \epsilon\iota\upsilon\upsilon\epsilon\iota$  illam: semper enim eadem erit, neque unquam ad nihilum euanescet, neque in materiae potentiam reponetur: quandoquidem ipsa illam, ut actu sit, facit. Esset enim materia omne ens actu. Siquidem nequit inesse forma, quin informet. Et esset unum multa. Materiam nunc accipio materia quamlibet portionem. Nam in tota materia uniuersa, formae sanè sunt omnes. Verùm in materia prima fimi nego esse formam uel Musca, uel Muris, uel actu, uel potestate. Sed in  
materiam

materiam formis primoribus corporatam imponi qualitates ab astris, quibus affecta illa possit recipere eis conueniens sibi conuenientem formam à sideribus iisdem. Quae omnia bonam in partem, quippe ut illorum desperatam pertinaciã quatefaceremus, quãso accipiatis. Neque sanè sic sentio. Sed quae pro ueris & recepta sunt, & constituta à sacrosanctis uiris, uobiscum aequè & agnosco, & recipio libès. Alioquin essent forma certo numero circumscripta. Quare etiam anima: id quod à ueritate prorsus, penitusque est alienum. Hac erant impraesentia, quae modicis angustiis coarctatus dicerem: paulò quidem acrius, non ab re tamen: siue rei spectemus nobilitatem, siue quod de anima plantarum agebatur: haud absurdum fuit de anima nostra dicere: quoniam uox illa, uoïs, hanc ipsam apud Aristotelem, Anaxagorae uerò etiam praestantiorè significans, ad hoc nos uocabat. Cum perorasset, ait Minutius, rem ueterem tanta nouitate, controuersam tanta claritate nunquam satis admirari sese debere. Proinde pergeret aduersus hosce terrae filios pro Diis stare. Ille cetera sic est profequutus: Videamus, inquit, huius philosophi censurã. Reiicienda hac, tanquã praua, atque inania. In plantis nanq; uel appetitũ, uel sensum inesse nullum. Appetitũ nusquã esse sine sensu. In plantis neque sensum, neq; sensus extare uestigia. Nempe nullam partem sensu praeditam, neque eo, quod sensus obtineat proportionem. Nihil quod sub sensus genere cõtineatur. Nihil quod sensus naturam consequatur. Nullum siquidem in illis esse localem motum. Nullam iccirco uiam ad aliquid assequendum, quo sensu percipiatur, institutam. Nullum indicium offerre sese, quo in illis sensum intelligere debeamus. Quem-  
b

» admodum alia comperta sunt argumenta nobis, quibus eas  
 » & ali, & crescere sciamus. Non ergo colligi posse, in illis ap-  
 » petendi uim inesse ullam. Illico Minutius, Magna, præ-  
 clarâque argumenta, Baiuli, quæ mihi aduersus tuam sen-  
 tentiam renouarunt dubitationem: nam si animale appetitum  
 plantis adimas, naturalem attribuas, non appetet  
 planta, quatenus animata: sed quatenus (audebon' dicere?)  
 naturata. Hic ille paululum cunctatus, Mirificus es tu  
 quidem mortalis, Minuti: qui res iudicatas de integro trahas  
 in iudicium, præsertim tantus Iureconsultus. Verum sic ha-  
 beto. Omnia post Deum ad materiam usque primam ita  
 distincta, ut sese aliquo pacto contingant tamen. Nam si  
 per mentes æternas illas, earumque cognationes, atque ordi-  
 nes te ipsum ad formam usque ultimam demittas, ut nihil  
 inuenias unum, ita nihil item disparatum. Vel cum inter  
 animalium, plantarumque naturam communem quendam  
 nexum uideris: qui quasi sit uel transitus, uel portorium, uel  
 apparatus: cuiusmodi in iis, quæ ζωόφυτα nominantur, pa-  
 tet. Age uerò cum lapides immobiles ipsos habere nihilo se-  
 cius motionis facultates. qualem obseruamus in Herculeo.  
 Ad eundem modum cetera quoque sese res habent. Perfe-  
 cta intellectio existit in homine manifesto. Eius uestigia cla-  
 riuscula in quibusdam, in aliis obscuriora sunt animanti-  
 bus. Appetitus in nobis est, ex quo, & ratione, soboles ori-  
 tur Electio. Electio cum consilio, ac deliberatione: in pecude  
 appetitus absque electione consulta. Neque enim propositis  
 uino & aqua cani, malit ille, quàm uinum, aquam, ulla fa-  
 cta rerum ultro citroque comparatione. In plantis autem, in  
 quibus cognitio nulla, nullus sensus, deprehenditur appeti-

tus

tus ullus humidum trahedi, quia sint eo ex humore concreta.  
 Verum similitudo causa coitionis est: id quod ab Hippocra-  
 te, Platone, Aristotele refertur ad prouerbiu ex Homeri  
 uulgato uersu. Idcirco non quemuis humorem trahit, quo-  
 niam non ex quius est constituta. Quare igitur, inquit  
 Minutius, dudum naturalem dicebas, non animale? Pro-  
 pterea quod, inquit, ex Platonis, atque Galeni tyrannide  
 hæc euenit seruitus mihi, qui cognoscendi facultatem ani-  
 malem uocant: alia uerò officia, attrahendi, expellendi, at-  
 que eiusmodi nominant naturalia. Quæ prolixioribus  
 disputationibus alibi sunt explicata. Bene habet, inquit  
 Minutius. Imprudenter enim subtrahemus ab animalis ap-  
 pellatione, si animæ ea quoque sunt. Nam planta est anima-  
 ta, & hoc ipso, qua animata est uiuit: uiuit autem quia  
 nutritur: nutritio eius erit opus, cuius & uita. At uita ab  
 anima. In nobis longè adhuc manifestius. Si homo unum  
 est: unum per formam: forma una: ab una forma cunctæ  
 potestates: forma anima: ab anima erunt potestates: ergo  
 & denominationes. Neque uerò natura illa, quæ aliis in  
 rebus extra animam est, hoc agit, quod uis illa cibum appe-  
 tens ad succum, retinens opportunum, exigens noxium, mu-  
 tans proprium, aptans, atque uniens comparatum. Est,  
 ut ais, inquit Baiulius. Ceterum de nominibus, ut toties à  
 Galeno moniti sumus, nihil est causæ, cur tantopere solliciti  
 simus. Sed ad interpretationem. Imò uerò ad me prius, in-  
 quit Augerius. Nam mihi quoque discendi cupido est: an  
 liceat, post multarum artium cultum, humanis ingeniis,  
 multo labore, excogitatum, compositum, constitutum, soluto,  
 atque inepto animo in iis ipsis agere, præsertim uiro sapien-

h ij

ti? Tanto minus, opinor, ea in parte, quæ ratione recta gubernatos animos inter se coniungit ad cõmunis societatis necessitudines: quæ est hic apud nos civilis beatitudo: finis quidẽ tẽporaria felicitatis, uia uerò certa ad illã ultimã sempiternitatis fruitionẽ? Quidnã est hoc, dices, uinculi? Oratio, Baiuli, oratio: de cuius usu, atq; efficacia iã dixi: de nobilitate uerò tanta habeo, ut tertia rerũ pars, quibus rebus cõpletur orbis, planè iudicari debeat. Quicquid enim est, aut extra nos est, aut in nobis, aut à nobis. Res extra, rerũ species in mente, specierum notæ à mente in oratione. Quæ notiones nisi æquales sint speciebus compositis, falsum creant. Separatæ uerò, ac singulæ si sint deformes, aut licentius aliorum accipiuntur, atque par est: falsitatis habent quandam proportionem. Leonis enim nomen, quod est huic impositũ animali quadrupedi, si ad bipedem bestiam transferatur, quanquam neque uerum, neque falsum dicet: tamen falsa notio est ipsa, & illius cõpositæ falsitatis principũ manifestũ. Nisi enim sic esset, uti dico, non esset illa falsa: Leo bipes est. Neq; dicẽdũ hæc esse frivola, & ad dialecticos, aut sophistas pertinere: quin cõtra potius sophistarũ illa licẽtia est: nostra uerò sedulitas uel ab illis tuetur nos simpliciores animas, uel etiã illorũ diruit machinas. Galeno equidẽ faueo tanquã praeptori: nõ ipse meo eget patrocinio: per se satis magnus est. Sed quemadmodũ ille repetebat, uincat utilitas: ita nos, uincat ueritas. Cũ aduersus Cleãthẽ Chrysippus disputare cogeretur: uersiculos illos duos identidẽ pronunciabat: quos mutato nomine uidi scriptos in codice Diogenis nudius tertius ex huius Scaligeri bibliotheca, etiã addito tertio, quos recitabo: quibus sunt animo temperato, atq; ipmrimis pio, nec

ingrato

ingrato, plenissimi, digni profecto, qui memoria teneantur.

ἔγω μὲν ἄλλα μακρότερος πέντε Φυκ' ἀνὴρ,

Ἐλνὴ ἐς Γαλινοῦν. τὸ τὸ δ' ἔκ' ἀδελφικῶν.

Ἐπὶ δ' ἄληθῶς, κἀνο δ' ὑπερβουμονῶ.

Galenus uerò, & Plato, uel si quis alius, ut etiam perstringit in Topicis Aristoteles, uerborum curam putat indignam uiro sapiente. Mirum uerò qui nos doceat fieri sapientes, cum homines esse dedocet. Quis fiet, ut intelligas, si quispiam pro libidine loquatur aliter, aliter pro re sentias tu? Est primum Sapientis officium, benè sentire, ut sibi uiuat: proximum, benè loqui, ut patria uiuat. Quippe quod animal sit iure sociabile, neutiquam suos ager conuentus impulsu natura simplici, formicarum, apũm ue, aut etiam locustarum more. Sed ratione adductus, induet sese in commune ius: patieturque ipse, patique alterum iubebit simul. Et Galenus ipse, quot locis, quantum producit moræ, unam modo ut explicet uoculam? Quot miris modis Archigenis dictionem uelliat, eius quoque minutissimas quasque rimans portiunculas, in secundo de locis malè affectis. Cuius libri titulum, si ut cordatos decet uiros, cordi fuisset puræ atque inculpata ratio loquutionis, ita fecissent, sicut à me nunc factus est. Nemo enim nescit, quemadmodum etiam benè ualentes partes affectæ dicuntur. ut omittam, ita potius inscribendum fuisse, ὁδὲ τὸ πῶν παίδων, quam πεπιδων. Quod πῶν δὲ, non amplius patitur. non igitur eget opera medici. Quin presenti potius utendum participio. Quin aio: non rectè factum ab Hippocrate, ὁδὲ παίδων. Subiectum enim est homo, aut partes hominis. Ratio uerò considerationis, id est præscriptio animi nostri circa materiam contemplandam, quam

b iij

Barbari uocant rationem formalem, est affectus ille, quem passionem dicere ueritus est M. Tullius. Non est igitur materia libri *παιδος*, sed *παιδους παιδαγωγος*. Nec mirum, haec admitti uulgò flagitia impunè. Illois enim & pedibus & manibus, ad ipsam statim operam accedimus, securi de Galeni commentario: in quo negat, ullum esse posse bonum medicum, quin idem bonus quoque sit philosophus. Hæc illo censorio iudicio dicente, cum me ita subridere uidisset Bauiulus, ut ei magnopere uiderer assentiri: Mirabar, inquit, si hic Theseus sine Hercule magni quidquam auderet. His tu omnibus seminaria, *ζωονες*, aruum, uliginem, solem suppeditasti. Neque enim æquo animo te audire queunt uiri doctissimi, cum toties à Galeno desciscis, cui hoc ipsum, quo ei, uideris tibi, faceffere negotium, debes totum. Bona uerba, inquam, uir omnium, quos equidem nouerim, modestissime. Nam si negem, me etiam multo plura debere uiro illi nunquam satis laudato, non illi quauis obtreffatione maiori, sed mihi ipsi iniurius sim. Quod si quid ei obtigit à nobis incommodi, propter libertatis nostræ tuitionem: quòdque sibi item ille aduersus tum alios, tum Aristotelem ambitiosè, interdum etiam ridiculè, uoluit licere: ne id mihi fraudi sit, & illi maximæ laudi, si tales habet discipulos, quorùm opera ipse sibi nunc sit magister. Punctum semper, inquit, Scaliger. Non tamen illa dicta uelim putes, tanquam à castigatore. Sed erat mihi religio, te sacramento solui. Nemo enim nescit, quàm sis illius studiosus. Ad adeò ut penè totum manu tua descriptum Gracè primus attuleris in Aquitaniam: ubi ante aduentum tuum, præterquam ex libris de interioribus (sic enim loquebantur) & articellari, atque

commentarios

commentarios in Aphorismos, uix eius nomen audiretur. Cui ego: Magis te moueat, si, quæ me res impulerit ad scribendum, intelligas. Nam qui tum Aldi opera uulgatos haberem, haud satis habebam causæ ad eas ærumnas exequendas. Verùm apud Aristotelem diu, multumque uersato tam grauis illa uisa est multiloquentia, ut sæpius à proposito destiterim. Nihil mihi magis unquam mutilum antea comperitum fuerat, quàm prolixitas ista ipsa explicationum. Tandem uerò quoniam necessario malo mihi fruendū erat, coegi genium meum, uel inuitum, ac reluctantem, plura pati, quò pauciorum fastidium dilueretur. Ita igitur animum ad scribendum appuli, ut ne liceret, quod antea faciebam, saltuatim transmittere uerbosas *παιδαγωγος*, & sublegere carptim, quibus rem facere, atque opes parare posse uiderer è commerciis medicorum. Nunc uerò, quia descripta essent de Nicolai Leonici præceptoris, quæ mihi commodauerat, exemplaribus: ex eis id capio emolumentum, quòd licet cum Germanicis conferre. Quæ commoda nuper aucta sunt huius Minutij munificentia, qui tum uetustos, tum ornamentis uisendos mihi muneri misit codices. Quod uerò pertinet ad factiones, nihil equidem de hac suspitione me purgabo tibi. Scio nanque me tibi notiores, quàm egomet mihi sim propior. Imò uerò eò tendere studia mea, ut factiones, ac sectæ penitus extinguantur. Nos in omnibus occasionibus, quæ sese offerent ad officia literaria præstanda, nullum periculum recusamus: laudem nullam quarimus: culpa uolumus uacare. Quin enixè perimus, atque etiam oramus, ut uicissim absque cõtentione, sed humanè, atque liberaliter unusquisque conferat in medium, quod habet, ad literariæ rei-



publicæ incrementum. Nihil mihi potest esse beatius, quàm scire. Discendum uerò, ut sciamus. Ego quidem Sapientie ambitum, tanquam animi nostri ararium quoddam semper iudicavi: in quod communia commentationum nostrarum uectigalia inferenda censeo, sed proba: unde sibi suum quisque in usum sumat, sine inuidia, atque simultate. Vnum enim corpus sumus, unusque spiritus huius corporis, qui à Deo profectus pro communi excubet utilitate. Sed nimis diu in hac umbra sumus otiosi: proinde in uiam redire tempus est. Non antè, inquit Augerius, quàm hanc apud uos sarcinam deponam. De magnetis uis, atque appetitu ferri dicebas modò, Baiuli: qui appetitus sit gradus, quasi imago cuiusdam transitus naturæ, ab appetitu elementorum, quo locorum suorum desiderio moueri uidentur, ad plantarum appetitum, quo de agitur. Sarcina uerò mea est, quorundam insania, qui propterea magnetem uiuere dicebant. Quòd si in eo facit uita: multo ea est, quàm uita hominis, nobilior. Non enim nisi tacta, atque etiam prehensa trahimus. Ille uerò ad nutum, ut Pontifex uiuentium dici mereatur. Hoc in philosophia: illud in literis mitioribus. Hesychius Sideritin lapidem facit alium ab Herculeo. Alteri colorem ferreum attribuit, quòd & ferrum trahat: alteri argenteum. Credo illius seculum fuisse admodum βαρβαρῶν Ἰν. Multis enim deprehendere licet, eum congeßisse in illud horreum simul cum frugibus etiam Scarabeos cum suis tabernaculis: dum omnibus ex areis omnia conuerterit, sine uanno, aut cribro. Hæc sunt, quæ uolebam. Nunc si pergere libet, per me licet. Quæ proposita sunt, sigillatim expendamus. Primum, ait, in plantis neque appetitum, neque sensum esse. Melius

fic:

fic: Appetitus non est, quia neque sensus. Quia non esse possit hic absque illo. Curiosius ab origine uerbi: ἐπιθυμία nanque παρὰ τὴν φύσιν. Hunc si non habent planta: ne illam quidem obtinebunt. Ita illud quoque dixit, per definitionem, esse finem uoluntatis, & ad sensum conuerti. Definitio quidem illa haud mala est. Verùm quod addit: appetitum conuerti ad sensum, minus bene est. Imò uerò permouetur is à sensu. Præcedit siquidem sensus. Quanquam ne illud quidem placeat, appetitum esse finem uoluntatis. Sunt enim hæc sic, ὄρεξις, primus impetus, qui cietur ab obiecto. ἰεµὴ, motus sequens, nondum illustratus ratione. Βούλησις, continuatio illius motus, ab obiecti specie, id est à cognitione, ad rem usque scilicet potiundam, aut agendam. Βούλοσις, uoluntas hæc postremò loco posita, sed iam formata rationibus. αἰρεσις autem est iudicium. Quippe recursus consiliorum, & comparatio cum aliis extremis. Verùm hæc à paucis ita uentilata. Antecedit uerò cuncta hæc παῖδος, id est receptio speciei. subsequitur autem omnia πράξις. Nam & actio est cum agimus, & cum facimus, & cum patimur, quod admirabilius est: & quod maxime mirum, etiam cum agere nolumus. Ac duo quidem priora manifesta sunt. Quorum alterum ad quasdam uirtutes pertinet, uerbi gratia, cum damus: alterum ad artes. Duorum uerò posteriorum natura, lexque ita est, ut alterum constituat fortitudinem, alterum temperantiam. Nam qui fortiter tolerat incommoda pro patria, patitur. Ea passio πράξις quædam est: alioqui non esset uirtus, aut uirtutis. Cum uerò abstinemus ab actione, iussu rectæ rationis, tunc est ea actio, qua constituitur temperantia. Hoc enim agimus, quod non agimus. Qui potest dicat ali-



quis. Quid mirum Sapien-  
tibus? Constituitur enim animus  
in ea statione studiosa, cum à flagitioso cursu inhibetur. Ita  
in fortitudine, firmatur ad patiendum. Hæc ante nos à nullo  
philosophorum. Sequitur  $\pi\rho\acute{\alpha}\xi\iota\nu\ \chi\acute{\omega}\sigma\iota\varsigma$ : quæ est  $\pi\alpha\rho\rho\sigma\kappa\epsilon\upsilon\eta$   
quædam ad  $\tau\epsilon\iota\lambda\alpha$ : quod & Galenus docet, sed alio fine: quo-  
niam ex aliis principiis. Probat autem sensu carere plantarū  
genus obscuris quidem, sed non ignobilibus argumentis. Pri-  
mo à partibus:  $\xi\tau\epsilon\ \mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omicron\varsigma\ \alpha\iota\delta\alpha\upsilon\omicron\iota\ \mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ . Quamquam minus  
accuratè.  $\mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omicron\varsigma$  enim est pars, ex Aristotele, quæ non diui-  
ditur in consimiles partes, ut caput. At sensus non est in ta-  
libus, ut talia sunt: sed in consimilibus primo, & per se, siue  
sit illud, caro, siue nervus. Videtur,  $\xi\tau\epsilon$ , quasi, οὔτι. Post hæc  
addit  $\tau\epsilon\iota\lambda\alpha\ \delta\omicron\ \mu\omega\iota\omicron\tau\iota\ \tau\alpha$ ,  $\alpha\iota\delta\omicron\varsigma\ \delta\iota\omega\epsilon\iota\sigma\mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ ,  $\alpha\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon\delta\omicron\upsilon$ : quibus ad-  
umbratur methodus Aristotelis. Sensus enim in Cesare, &  
Catone, idem specie. Quibus autè diuersus est animalibus,  
in illis ea differentia tribus euenire solet modis: aut inten-  
tione, aut specie, aut proportione. Nā in Lynceo uisus à meo  
differt intentione. Quam hic interpretationis huius autor  
in Aristotelis schola minus exercitatus,  $\delta\omicron\ \mu\omega\iota\omicron\tau\iota\ \tau\alpha$  nominauit.  
Secundo modo diuersa erit oculi species in homine ab oculo  
Cancris. Et alio modo, sed occulto plebeiis ingeniis, oculus ho-  
minis ab oculo Leonis. Is posterior propter totam speciem à  
specie differentem: alter uerò prior etiam propter oculi pri-  
uatim speciem. quoniam cancer  $\sigma\kappa\lambda\eta\rho\delta\phi\theta\alpha\lambda\mu\omicron\varsigma$ . Hoc satis  
signatè dixit,  $\delta\iota\omega\epsilon\iota\sigma\mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ . Est enim  $\delta\omicron\rho\sigma$  finis essentia cuiusque.  
Tertium modum pessimè,  $\alpha\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon\delta\omicron\upsilon$ : Aristoteles,  $\alpha\iota\delta\alpha\lambda\omicron\sigma\omicron\upsilon$ .  
Neq; enim in Cochlea oculi sunt. Non est ergo uisus, sed pro  
uisu tentamèta proportione quadā pūcti atrioris in summo  
cornicularū. Idē nobis deq; gustu, deque tactu est intelligē-  
dum.

dum. Aliud à motu præterea ducit argumentum. In tertio  
de anima declaratum est: Animalis datam motionem, pro-  
pter sensum, ut id, quod appeteret, adipisceretur, quod nol-  
let, declinaret. Posuit autem duo, motum, & locum, ubi di-  
xit,  $\delta\omicron\delta\delta\iota$ . Quoniam motus omnis in loco fit, etiam cæli. Ta-  
meti uulgò aliter. Sed non permittit tempus. Item finem:  
cū dixit,  $\pi\epsilon\iota\varsigma\ \tau\eta\ \alpha\iota\delta\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon$ . Si igitur finis est,  $\tau\eta\ \alpha\iota\delta\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon$ , in na-  
tura, &  $\delta\omicron\delta\delta\iota$ , &  $\mu\iota\upsilon\eta\sigma\iota\varsigma$ : horum autem neutrum plantis da-  
tum est ab illa: igitur ne id quidem, propter quod dantur  
hæc, datum fuerit. Plantarum quoque animæ quomodo  
queat animæ Platonice competere definitio, considerandum  
est. In decimo de legibus ita definit:  $\tau\eta\ \delta\iota\omega\alpha\mu\epsilon\lambda\eta\eta\ \alpha\omega\tau\eta\ \alpha\iota\ \tau\eta\ \delta$   
 $\mu\eta\tau\eta\ \mu\iota\upsilon\eta\sigma\iota\varsigma$ . Oportet ergo de motu alio, quàm locali dictum  
ibi: aut huic animæ non conueniet. At cæteros motus si quis  
negare uelit motus esse, possit. Mutationes potius sunt: sola  
loci uariatio, motus est. Græca origo,  $\mu\omega\iota\omega$ ,  $\mu\omega$ . unde  $\mu\omega\delta\epsilon\iota$ ,  
non autem quasi  $\mu\omega\iota\alpha$ , sicut Plato: sed ab incitatione, à qua  
& furor. Hæc autem, quæ dixit, cum egerent probationis,  
accepit demonstrationem, quam uocat Aristoteles  $\tau\eta\ \delta\tau\iota$ , à  
signis. Nam si ea, quæ in plantis existunt, per exteriora signa  
percipiuntur (explicat autem hoc per illa,  $\tau\eta\ \phi\epsilon\iota\delta\alpha\upsilon$ ,  $\alpha\omega\delta\alpha\iota\delta\alpha\upsilon$ )  
ita sensus quoque, si in plantis esset, signis aliquibus percipe-  
retur. Ergo cognoscimus in ipsis animam nutritiuam, quia  
nutriuntur: quare sensitiuam non æquè cognoscimus, quia  
sentiunt? Illud quoque potest queri: Quæ sit argumenti  
uis, à sensu ad uitam. Sic enim balbutit:  $\eta\ \gamma\alpha\rho\ \alpha\iota\delta\alpha\upsilon\sigma\iota\varsigma\ \alpha\iota\ \tau\iota\alpha$   
 $\epsilon\iota\sigma\iota\upsilon\ \epsilon\iota\mu\acute{\alpha}\mu\epsilon\lambda\omicron\varsigma\ \zeta\omega\eta\varsigma$ . Nam dormientes uiuunt, nec sentiunt:  
Ecstatici, Carotici, Matrices suffocate. Quod uerò dicit:  $\tau\eta\ \delta$   
 $\theta\epsilon\tau\eta\ \kappa\iota\upsilon\ \alpha\iota\ \tau\iota\alpha\ \epsilon\iota\sigma\iota\upsilon\ \alpha\omega\delta\alpha\iota\delta\alpha\upsilon\varsigma\ \pi\epsilon\rho\ \gamma\mu\alpha\tau\omicron\varsigma\ \tau\eta\ \delta\zeta\omega\tau\omicron\varsigma$ : quāquam

passim iactatum est: nondum tamen sic defunctum arbitrat-  
 tur multi. Opus enim altricis perpetuum, ad finem usque:  
 auētricis officium certo spatio terminatur. Qui tuentur eam  
 opinionem, dicent: vires easdem esse, materiam ineptam esse  
 ad eam quantitatem: quæ addita facit, ut quod alitur, etiā  
 crescere dicatur. Parum refert hoc: & alibi discutiendum.  
 πρᾶγμα posuit pro re naturali: quod aliis quoque philosophis  
 est in usu. πρᾶγμα tamē ad hanc significationem commodius  
 est. πρᾶγμα uerò, si rem pro caussarum portione feces, potius  
 ad aliud prædicamentum referatur: cuius explicatio πρᾶγμα  
 sit. Paulo etiam superius, quæ uerba præterij, urebant ani-  
 mum. αἰδὴ τικὸν αὐτὸ μὴ εἶναι μὴ ἐστὶν ἡ γρηγορία δὲ δει. Ambitiosè quan-  
 tum. Sanè simplicius ἢ τοῦ αἰδὴ τικὸν εἶναι. Quonam modo cō-  
 cinnauit Augeri tuus? Non ineptè admodum, inquit Au-  
 gerius, sed abusus est flexi denominationis. Sic enim scribit:  
 non esse sensilem, nequaquam, non est admittendum. Vbi ui-  
 des uitium maximum in sententia. Nemo negat, plantam  
 sensilem esse. Corpus enim est, & solidum, & coloratum:  
 est igitur αἰδὴ τικὸν. At an sit αἰδὴ τικὸν dubitatur. Sed ad  
 cetera. Tum Baiulius. Descendit hinc ad dubitationem  
 diluendam. Ergo planta, dicet aliquis, si non sentit, non est  
 animal. Tum autem si non est ζῷον, non est ζῷον. Hæc, ut po-  
 tui, explicauit, huius enim oratio sanequā inepta est. Negat  
 autem rectè sic statui: atque in hanc sententiam apponit  
 oppugnationis rationem. Difficilem prouinciam capeessere  
 illum, qui uelit attribuere plantæ functionem functioni ani-  
 mæ animalis. Sic enim interpretor διοίκασιν, id est guber-  
 nationem. Sed hæc probatio friuola est. Planta non est ani-  
 mal, quia non elucēt in ea functiones animales. Dicam e-

nim:

nim: ergo non est animata. Et uerò, omne animatum animal  
 est, sua quidem natura: sed usus interceptit rationem. Est au-  
 tem modestè loquutus, οὐ γρηγορία, non autem ἀδωκτον διοίκασιν  
 autem apud Galenum ubique, rectio est: De facultatibus,  
 & principiis in animali: De præturis Cicero, Isocrates in re  
 familiari, Demosthenes in oratione de pace, laxiore signifi-  
 cato. Ad quæstionis solutionem affert disiunctionem. ζῷον ac-  
 cipi dupliciter: aliquando cum sensu, uelut in animalibus:  
 sic plantæ ἢ ζῷον. Interdum sine sensu: quem ad modum plā-  
 ta dicuntur ζῷον. Erant igitur τὰ φυτὰ ζῷοντα, non ζῷα. Iocemur  
 uerò uestra uenia paulisper, sicuti diebus hisce super  
 homerica distione. Sic enim dicebamus: μύρια, cum dena tā-  
 tum millia significet: translatum à ueteribus accentum fuisse  
 de tertia à fine in penultimam, ut infinita per μυρία debe-  
 rent intelligi: perinde quasi propter onus amplioris numeri,  
 sarcina sit ex humeris in crura delapsa. Ita hoc loco leniamus  
 consuetudinis tyrannidem lusu quoquam. Ut ζῷον sit &  
 φυτὸν, natura sua curtum. Cui si accessio fiat potestatis, atque  
 substantiæ sensitiuæ: addamus etiam uocalem, & sit, ζῷον.  
 Quamobrem, sicut & Aristoteles, & ζῷον dicit τὸ φυτὸν, &  
 ζῷον negat. Verùm imprudenter addit, καὶ πῶμα. Neque  
 enim τὸ κατὰ δωκτον τυγχάνον τοιονδὶ ὄν, contra distinguitur  
 per differentias sub eodem genere, πρὸς τὸ ἀπλεχία ὄν. Hæc  
 quidē rectè. Non tamē accipimus satisfactionem. Non enim  
 planta, atq; animal alia atque alia uita uiuūt, qua uita est.  
 Neq; si deficitur plāta quibusdā perfectionibus, quibus ani-  
 mal præditū, cōtinuò in planta quæ uita est, minus est uita, q̄  
 quæ est in animali uita, qua uita est. Nā eadē ratione dice-  
 remus: animal non esse animal: si homo est animal. Plus

i iij

enim distat equus ab homine, quàm ab equo ficus . Ego igitur planè fateor, me pro ratione quid afferam, nihil habere: sed arbitrari, dictum potius κατὰ σωθῆκην, ut uerbis utar Philosophi, quàm κατὰ λόγον: imò uerò potius, κατὰ λόγον. Iste uerò dictis suis, quibus illorum placita diluebat, peiorem appendit caudam toto Scorpione. Ait enim: καὶ γὰρ εἰσι τινὰ ζῶα γινώσκουσιν ἐπεριμείλα. Hoc quid ad rem? Imò tanto commodius attribui posse contendas τὸ ζῶον etiam plantis: cum detracta quibusdam intellectus natura, non continuo tamē adimetur, uti dicebamus, animalis nomen. Tuendus tamen autor est, qua id fieri queat ratione. Ab eo poni uita gradus. Nam quemadmodum uita stet cum intellectu, & sine intellectu: sic etiam cum sensu, & sine sensu. Ceterum quæ sequuntur, uehementer conuellunt animum meum, abducuntque ab huius sententia assensione. Exemplo nanque utitur conchyliorum. Quem ad finem id faciat, haud equidem scio. Quippe ostendit, ab animali plantam certis in rebus nihilo differre. Quare concludet aliquis: Si ζῶον animal est: & animal à planta non differt: planta erit ζῶον. Demonstratio perfectissima, ab eadem definitione ad commune predicatum definitorum. Afferamus tamen opem huic quoque parti. Credamus hæc dici, quibus ostendatur, nihil esse medium inter animatum, & inanimatum: ne ab anima excludatur plāta. Sic enim scribit: εἰ αὖ ἐν τῷ αὖ τῶν τῶν, καὶ ζῶα. Quoniam intellectu quædam careant animalia. Verum ipse haud ita multò post, medium agnoscit quoddam inter uiuere, & nō uiuere. Quid me mirabundus aspectas, Minuti? Hæccine illius ex officina produisse, penes quem nihil aliud inuenias, quàm constantiæ incudem, malleum diligentiæ,

ligentia, ignem ueritatis? Aristotelem dico. Et argumentum per se nimis languidum est, aut nimis temerarium. Neque enim cuius ea probes non esse ζῶα, quæ hoc appellas nomine, quia carēt intellectu, quàm ea, quæ αὖ τῶν & cum ipsis sunt, id est plantas, esse ζῶα concedere cogaris. Ita est hoc presentissimum, maximumque periculum: plantas quoque ζῶα dici posse: si quibusdam in speciebus nihilo differre planta cognoscitur ab animali. Præterea quid aufert intellectū: propter quod planta fiat idem cum animali? Neque enim intellectu differt animal à plāta. Siue sit intellectus in animali, siue non sit: nihilo secius ab animali planta natura diuersa est. Nēpe intellectus animalis essentia nō est, quatenus animal est, sed quatenus est τοιοῦτ' ἔστι. Neutiquā desciscet igitur propter hoc ab animali Concha: neq; propter hoc planta fiet. Interpres uerò minus accuratè posuit pro eo, quod est γινώσκουσιν. At nos facultatē, non actionē querimus impræsentia. Nā tametsi hæc ab illa fluit, atq; iccirco posita ponit illā, tamen à philosopho sic est loquendum, ut uis exprimatür αὖ τῶν, non autem accidens. Verum ne isthuc quidem rectè disposuit: non dari medium inter animatum, & inanimatum: propterea quòd animal morte uitam amittat: quam uitam conseruet per generationem. Quid attinet iccirco medium tollere, quia per generationem in indiuiduis uita propagetur? Ad hæc, si morte uita finiatur, nō continuo per hæc quidem uerba, uita & mors contraria sunt eorum ex genere, quæ medio carent. Tollitur albedo per nigredinem, at uiride, cæruleum, alia media sunt. Aufertur per auaritiā prodigalitas, inter quæ liberalitas intercedit. Voluptatem statuunt aduersariam dolori, est quod neque doleat, neq; inuet.

Proinde ἡδὸν per ἀλυσίαν minus sapienter definita est. Est enim iucundi, siue conuenientis perceptio, siue manus fruitio: non autem priuatio doloris. Simpliçissime Aristoteles: inter habitum & priuationem, nihil. Nam hoc tum à Dialectico declaratum est, tum à Transnaturali disputatū. At quàm inepta illa? Φύσις τῆν τῆς ζῴων καὶ τῶν θανόντων φθίσεως. Venit in mentem illius, cuius figuratas ineptias irridet Seneca. Qui, quod uulgò dicitur, salue, ut magnum quiddam sonaret, ad hanc formulam maluit: Volo tibi dicere, ut saluus sis. Perspiciatis quæso, diuini præceptoris more, argumenti formam: claudam inuenietis. Eadem sub forma ponatur hæc materia, Mors tollit in homine calorem: ergo frigus & calorem inter non est medium. Aliud efficacius: Ab homine mors aufert intellectum, qui in planta nullus est: igitur inter hominis naturam, & naturam planta nullum medium. Barbarissimam uerò loquutionem præterissem libens, nisi uos mihi succensere, si non omnia diligentius excuterẽ, subuerer. Videatis hîc cuiusmodi Demosthenem nacti simus. πάντη ἀσυνέφωνόν ἐστιν, ἵνα μέσον τι δεῖται. Latinum sequutus filium Græculus bellè nos inter senticeta spatiatum duxit. In finituo uerus Græcus explicasset. Sequuntur uerba, quibus probet, solum sensum esse id, propter quod & dicantur, & sint animalia. Genera, inquit, suis speciebus dant & nomen, & definitionem. Hoc, si introspectes, haud sanè uerum est. Animal quidem genus: non tamen homini dat nomen. Verū esto, ut homo animal dicatur, propterea quod eius sit species: at animal neutiquam dat homini definitionem. Daret enim Leoni quoque. Igitur hominis definitio cum definitione Leonis esset eadem. Dimidio sanè, uel etiam minore

construit

construit animal hominis definitionem. Est enim genus materia loco. At materia neque tota est essentia, neque maior pars, neque potior: sed forma, quæ per differentiam designatur. Subtilius agamus. Si animal dat homini definitionem: Quid tum postea? An propterea sensu circumscribitur animalis cognitio, quo à planta separetur? Minimè. Quod uerò attinet ad generis potestatem pro specie constituenda, uideamus etiam ueterum errorem illum, qui dicerent, in generis communitate differentias contineri: quippe quæ sint in eius potètiæ ambitu. Neque enim bonus Metaphysicus profiteatur, in potestate animalitatis esse rationalitatem. Si uerū esset hoc: uerū illud esset item, in materia potestate rationalem quoque inesse animam, atque ex ea prorsus educi. Nos in ipso genere potestate dicimus esse differentiã passiuè, non actiuè: non quod speciei differentiam genus exhibeat, sed quia recipere potest eam, eumq; terminum, ac præscriptionem sui, ut ex utroque simul iuncto una fiat species in mente, quæ representet speciem (ut loquuntur) realem: id est extimam rem, quæ ex materia & materia ipsi aduentante forma composita est. Tum porrò longè imbecilliore futura

» munit hunc uitiosum parietem: Oportere genus, & una,

» & communi causâ in multis esse. Quibus uerbis, Genus haberet causâ, propter quam in multis esset, ac de multis diceretur. At hoc quonam fieri modo possit? Quippe animal in equo & boue non est, quia sunt sensilia: sed è contrario, bos & equus sentiunt: quoniam animal sensibile est. Peius uerò adhuc loquitur, cum apponit uerba illa: καὶ ἐκ ἐκ πολλῶν. Non enim, inquit, multis euenit de causis, ut genus in multis sit speciebus, sed ex una. Quod est maxime

k

abhorrens à ueritate. Caussa nanque si una esset, una esset tantum differentia, & una species: at multa sunt species: ergo totidem differentiae, quibus scinditur in partes genus. ut genus quod constituitur per irrationalitatem, sub se habet multa, quia in multa secari potest. Verba, quibus tandem claudit hanc sententiam, minus mihi perspicua sunt: ὁ λόγος, inquit, τῆς αὐτῆς, οἷον βιβλιοῦ τοῦ δ' ἑνός, ἢ τῶν τελευτῶν ἐστὶ γινώσκων. Caussa ratio haud cuius nota est. Ergo caussa haberet caussam. Ambitio loquutionis sententiā deprauauit. Simplex fuisset oratio: Ἄγ' τὴν βιβλιοῦ τοῦ. Et quid uerbi hoc sit, scio: quid hic agat, nescio. βιβλιοῦ δὲ dicitur, quod à filiofamilias actum est, quoties ratū habet pater. Quod populus sciuit: si fuissent autores patres. Hic suspicor ab hoc Battaro, σωίστα τοῦ πῆρς ἢ εἶναι οἰ πολλοῖς. Quanquam non uulgum solum latere caussam illam suspicor, quare animal sit in homine: sed certus sum, nemini quamlibet sapienti compertam esse. Atque hæc ubi dixisset, conticuit. Quod paulò post cur faceret, roganti Minutio sic respondit: Me quidem cæpti piget. Nam si aduersus duos ne Hercules quidem: nunc quid me fiet, cui tot sunt debellanda monstra? Animus mihi primum tuus auertendus ab opinione illa pristina, cum putabas esse hosce libros Aristotelis. Deinde istorum impetus sustinendus, qui sementem fecerant huius superstitionis. Tum ab interprete barbaria simul, atque inscitia animaduertenda. Præterea mendosi codicis peruersitas corrigenda. Postremò deformia confidentis autoris abolenda deliria. Quibus tantis congressibus an satis futurus sim, haud satis scio. At ego, Minutius inquit, sanè scio: idque etiam certò scio, te à me adiutum iri. unum enim ex his Procustis nihil iam magno perè

gnoperè posse (Interpretis ignauiam dico) unum haud multum ualere. Quid enim? Si tu in corruptum exemplar incidisti, in ea fouea damnandus ne es? Fortuna munus est, libros nancisci bonos, non ingenij: felicitatis, emendare: diuinitatis uerò, ex deprauatis, efficere, ut aliquid fructus capiatur. Nusquam enim felicius mihi desipere uisus sum, atque ubi cogor in mendosis libris ineptire. In nitida, atque opulenta fortuna, haud ita magna res est, aliquid splendendum moliri: at in re nihili, atque etiam nequam, inopia cōfiliorum uel tātillum erigere, ac constituere: illud uerò Herculeum puto. Non id ut probent eruditi, (nihil enim à quoquam exigimus) sed ut cognoscant, probo in negotio quantum à me, sine arrogantia, præstari potuerit. Tertium uerò monstrum, ò bone, iam morte affectum ostentabo tibi. Et cū ille se peruelle indicasset: Me, inquit, uide: assentior iam pridem: nullam hoc in libro ab Aristotele positam operā. Quāobrem ea, quæ sequuntur, ne me de statione deiiciant, quam tu tantus imperator seruare iussisti, perge porrò palam facere, non multo esse meliora. Haud quidem illa, inquit: iam enim nulla in mora autor est, quin talem sese uobis offerat, qualem hæctenus præbuit spectandum. Nam præter propositum hic de animalibus dicere aggreditur, cū tamē ex instituto plantariæ rei faceret expectationem. Quem excursum faciliore animo exciperemus, nisi & alieno loco, & ineptè, & falsa diceret. Sic enim scribit: Animalia quædam sunt, quæ femineo carent sexu: alia, quæ non generant: alia diuersorum colorum: alia, quæ fætum edunt dissimilem sibi: alia, quæ terra crescunt, atque arboribus. Hæc profectò speciosa: sed ita, si uerè, si probè, si inter se respondentia, si suo

loco dicta. Quid enim faciunt hîc colores? An sexum faciunt? Quomodo respondet hâc pars huic partitioni? Hoc ex negligentia, illud ex inscitia. Nullum animal sâmineo caret sexu, quin alterius quoque sit expers. Ratio præsto est. Animalia uel generant, uel non: ueluti quæ in mulorum genere sterilia censentur. Hoc ita dico, propterea quòd apud Aristotelem, Muli uidentur aliquibus in terris gignere. Id apud nos pro monstro habetur: quemadmodum & in Assyria. Meministi quæ narrat Herodotus in prodigio futura captiuitatis Babyloniæ. Quæ generât, generât in seipsis, aut in alio. Si in alio, mascula sunt. Neesse igitur est, habere sâminam. Si in seipsis, sâminæ sunt: cuiusmodi legimus ex Aristotele Channam, & Erythinum. Altera classis non gignentium, iucundissimam habet intellectionem. Ad hunc enim modum digeremus: Quædam neque gignere, neque gigni: ut Ricinos. Quinetiam differentiam hanc quibusdam in speciebus indifferentem esse, ut in Soricibus. Repentè nâque natos, æque citò aboleri: felici uoce Aristotelica. Vocat enim τὰ γενόμενα. Id autem per accidens (ut dicere consueuimus) euenire. Etenim si uiuant, tametsi non genitos, gignere tamen. Tum diuertemus ad eorum historiam, quæ neque generant, neque non generant. Purpuræ nanque, etsi non coeunt, edunt nihil secius ex se fætum similem sibi: quippe saluam certa in loca demittunt, unde oriantur Purpurilla. Apponemus & illa. Quædam gigni, neque tamen gignere. Hoc & patet in Mulis, uti dicebamus, in quibus uterque sexus est: & in insectis quibusdam, apud Aristotelem, in quibus agnoscitur sexus nullus. De Apibus uerum si arbitremur, quod à Virgilio, atque aliis præditum est, referantur ad

tur ad eam partem, quæ de Purpuris statuebat. Illud uerò partitionis membrum nimis supinè à superioribus distinctum est: Quædam non moueri. Nam supra dicebat, appetitu carere plantam, quia sensum haberet nullum: ideoque nec motum. Hac lege, si sunt animalia, quæ non mouentur: ea sensum quoque nullum habent. Non ergo per sensum à plantis distinguuntur. Hem, inquit, Minutius: Tum tu non magis hunc impugnas, quàm omnes nos. Hoc, inquit ille, mimet ipse gratum feci, cum te commoui: qui ad uitandos, inferendisque iclus tam semper paratus es. At si in memoria habes, quæ de natura gradibus narrabamus, lenius feras hoc: Consilij motum in homine: Bruta uoluntatis in pecore: Virunque perfectè localem: Simplicem in elementis, Compositum in proximis ex graui & leui mistis: ut in lapide. In plantis motum esse additum, incrementi scilicet. Inter hæc esse ostreacea quædam, quæ partim mouerentur, partim manerent immota. Atque in his gradus. Moueri totos peccines, uibratione, ac saltu: ex quibus maximos ex isto uestro Oceano mēsis appositos besternis mirabamur: ab Aremoricis, ut audio, Barenas appellatos. Ostreas, non totas. Vrticas hærentes, dilatatione sola. Nihil Teihya. In hisce quoque speciebus modum, quem omiseramus, intelligendum censeo. Hærentes saxis quædam sunt semper, quorum tamen pars fluitans mouetur. Earum quædam à cautibus absolunt sese, atque in pastum abeunt. Duæ harum species: esculentæ, & uirose. Quibus de causis hoc quasi confinium quoddam, ac transitum naturarum appellabamus. Sic enim à lapide, qui non uiuit, ad hominem, qui uerè uiuit, per bruta, quæ imperfectius uiuunt, commeamus. Haud tamen intel-

ligo, uitam intendi, ac remitti: sed uita officia tum plura, tum meliora. Quapropter pro modo sensuum, instrumenta data sunt: pro modo cognitionis, sensus. Itcirco à planta ad hominem egrediare per sensum tactus. Quem obscurum in Terhyis suspiceris potius, quàm deprehendas: quoniam proximè plantarum naturam sunt. At quibus digressus in Vriticam hærentem, inde in Liberam, tum abeas per alia animalium genera, duce motu, atque auspice huiusce contemplationis. Tum Minutius, Omnia tu quidem rectè, & exactè. Nō enim os istud, alioqui diuinum, sed Natura ipsa loquuta uidetur esse mihi. Sed ad reliqua. Quæ dicit, sibi dissimilem fetum ferre, non uno modo sunt à natura cōdita. Nam aut perstat dissimilis, uelut Apuæ: aut non, sicut oua, & uermiculi. Sed uermiculi quidam in parentum formam restituuntur, ut Apes: quidam non item. Ab iisdem nanque Apibus tradunt, & Apes, & Fucos, & Reges oriri. Alia mutationis exempla petenda ex historiis: in quibus meminerimus, Bombycum, Eruca, Papilionum, Chrysalidos. Alterum uerò membrum inconsultius. non enim fuit is in Aristotelis perfectione exercitatus. ἀλλὰ, inquit, αὐξάνου ἐκ τῆς γῆς, καὶ δὲ τῆς ἀφ᾽ οὐρανοῦ. Intelligit, Cossos, Lumbricos, Asellos, Porricidas. Verùm aliud est αὐξάνου, aliud γινώσκου. Hæ sanè differētiæ & ab Aristotele, & apud Galenū ex Platone seiunctæ sunt. Quædā enim ex lignis nō gignuntur, quæ tamen ἐκ τῶν δένδρων αὐξάνου. Quemadmodū auicularū genera ab eodem recensita Philosopho. Quinetiam Buffo ex Buffone ortus, terra uescitur. Vtar uulgato nomine, quod ne Latinum quidem putant quidam. Neque Græcis μυξός, ut alij scripsere. is enim Glis est Oppiano. Quibusdā aqua so-

la pro

la pro uictu est: cuiusmodi Apuarum genus: quas Aquarellas ideò nonnulli uocant. Alia solo aëre, non exemplo Chameleonis: insectis enim uescitur: sed quadrupedis Indici, quem Canem leuem nominant: & auis, quam dicunt Manucodiatam. Nonnulla uorant sabulum, ut Anseres. Quæ in natura uobis mirum narrare possum. Perdices in ea parte Vasconie, cuius ager sabulosus est, esitauit. Offensi sunt dentes inter mandendum, lapillorum duritia. Primum ibi cum misero coquo putata est ratio eius opera, non sine iurgio. Ille negare. Atque ut innocentiam securiorem fecerat sui cōscia sedulitas, poposcit alam, ac momordit. Illico tantundem caussatus, sectam intus ostendit lucidissimis arena grumulis differtā. Postridie narraui ordine, quasi miraculum amicis. Quos inter Regulus quidam aucupij studiosus: Quid mirū, inquit, si in sabuletis uictitās auis, sui cibi refert primordia? Vbi factæ sementes sunt, inops pabuli aliò se confert perdix. Proinde sues secuta sub suberibus, aut ilicibus glandis, aut Acyli micæ, quæ ex illorum cadunt ore, sabulo obductas uorat. Hæc ut uera sunt, ac propterea diluunt quæstionem illam, non continuò tollunt alteram. Quis enim non querat, quibus meatibus milio grandiores lapilli subire possint, atque à iecore in membrorum angustias penetrare? præsertim cum tam compacta carne sit auis illa. Elephantes uerò etiam lapides uorare scriptum est in historiis. Sunt quæ aluntur limo: quo in censu Mugiles ponuntur. Stercora sues, anates, canes appetunt. Ferrum concoquit Struthius Arabs: cui Græci ineptè Cameli cognomen addidere. Licuit illis hoc tābellè, quàm ex nature legibus Vrsis, quas in celo essent collocaturi, caudas adhibere. Aliquibus semina pro cibo sunt:



ut auicularum compluribus. Aliis fructus, ut Gliribus, & Sciuris: Frondes, ut capris: Herbas pascuntur pecudes. Radices erodunt Talpæ, Sues eruunt: unde & cognomen Panis porcini. Ligna absument Tinea: Carne aluntur Leones: Piscibus Ardeolæ: Salsamentis Polypi: Scarus Thymo: Phycis Alga. Non desunt, quæ sui generis hostes inuenta sint animantes: cōtrā quā observatū fuerat ab Aristotele. Esu mutuo uicitare Lucios à nobis deprehensum est: qui minusculos in maiorum uentre uidimus. Quare neque rectè, neque exactè, neque suo loco, ut philosophum decuit, docuit nos. Tum aequè sinistris aubus ductus est ad quarendum, in media plantarum historia, Quid esset animalis animæ principium. At hoc pertinet ad illam primæ philosophiæ partem, quæ cognoscit de omnibus omnium rerū principiis. Sane animæ essentia in anima est. Quorsum igitur illa uerba? ἢ ἀπὸ τοῦ οὐ ψυχῆ. Est ne principij principium? An hinc querit, ὅτι οὐ ἐστὶ, καὶ ἀπὸ γίνεσθαι τὸ τὴν ψυχήν. Ergo, ψυχῆς, debuit: non autem οὐ ψυχῆ. Verum quid tibi dari uis Βοτανικός narrator? Cum tamen ne inter primos quidem philosophos satis constet: quis sit formarū dator, aut unde proficiantur: ἐκ τίνος ἐκμαχέου depromatur ille. Nō enim facilis patere uidetur ingenii humanis aditus ad huiusce sacrarij penetralia. Adeo uerò exagitati sunt sapientes, ut Deum quendam (loquar illorum more) subalternū crearet Auicena tuus ille, Scaliger: cuius Dei tum beneficio factæ, tum officio datæ formæ reciperentur in materiam. Quam opinionem cum rideant docti: quomodo præceptoris illius tui, ac potius numinis tuebere dignitatem? Ecce uerò, inquam, constantem animum. Autorem modò improbabas, qui hinc ineptiat alieno, & loco,

co, & tempore: te non respicis, eandem in arenam qui me uoces. Reuiferim Timæum tamen: uno te ut absoluam uerbo: & simul aequè Platonem proponam irridendum. Ibi Diū quidam è minoribus ordinibus, acceptam primo ab Opifice animam, detornato ab sese amiciunt corpore. Verum hæc hinc deponamus, de integro, ubi uoles, resumpturi. Nunc iam reuertor, inquit ille, postquam te perterrefeci. Ait hic noster, Anima principium esse animal nobile, quod ambit cælos, Solem, sidera, & planetas. Quasi uerò nō omnium rerum principium illud sit. Sunt ea, quæ sunt, quia ipsum est. Proinde sapienter Trimegistus: Vnum omnia esse, & omnia unum. A quo Parmenides acceptum cū reliquisset indiscussum, præbuit occasionem uobis Peripateticis deambulandi. Est autem principium eiusmodi: ut, tametsi eius aliquid sumus, ex eo tamen nihil sit sumptum. Mira sanè res. Nanne de nihilo cuncta qui crearit, propter infinitam potentiam, à seipso attribuit, quod foret nostrum, propter infinitam bonitatem: nihil sibi dempsit, ob infinitam sapientiam. Neque enim potuit sibi deesse: qui & nobis adesse uoluit, & non quiuit non superesse. Quippe immortalis ipse cū sit, nulla capitur materia. Si non capitur: in partes non secatur. Verum, ut solemus dicere, merum hoc mare est: cuius æstu, uel nolentes rapimur. Et Iamblichi auram illam prosperam habebamus, qua hunc secundio rem cursum teneremus. Is de animæ nostræ loquens principiis: Intellectus, inquit, diuinus dat esse animæ nostræ illa ipsa intellectuione, quam sibi habet essentialem. Quare animæ ipsius esse quoddam, sit propensio naturæ eius ad intelligendum Deum. Si enim Deus, Deique à Deo intellecti essentia unum est, & nihil

aliud, quàm Deus: atque ea quidem reflexio fiat sine motu, loco, tempore: nostrumque esse sit per eam intellectionem: tãdiu actu erimus, quandiu Deum intelligemus. Anima uerò plantæ, quia inferior est, non habet hoc esse per intellectionem suam ab intellectione Dei, sed per essentiam ab essentia. Non solam uerò essentiam, sed essentiam uegetabilem. Quo in loco uidetis, secundaria opera precium excedere totius primarij propositi aestimationem. Iste uerò Deum animal appellauit: tametsi neque solus, neque primus. Mundi quidem dicit animam & Proclus, & Plotinus Deum, ex Platone. Animal ergo Mundus, non Deus: ut est apud Iamblicum, & Aristotelem secundum placita Pythagoreorum. Zeno quoque definiuit Deum, animal immortale, beatum. Sic & Epicurus, quanquam alia ratione statuunt animal. Is enim ordo: Deus summus: Dij secundarij: ut tu Ferreri solitus es iocose dicere, quasi Panes, aut lora. Tum Demones, Heroes, intellectus humanus, anima humana. Quamobrem nomen animalis à superioribus segregant. In septimo, & octauo Physicorum, & in duodecimo primæ Philosophiæ hoc est disputatum: Sit ne prima intelligentia Deus, an alia supra illã, cuius e nutu, & hæc & aliæ pendeat. Quæ sint in opere iussu eius: cuius operis illa expers, atq; immunis. Vnde non est uerum quod ait Auenrois aduersus Aboali: primum Philosophum accipere à naturali, Deum esse. Si enim Deus aliud est, à primi orbis motore, neuiquam per motum cognouit naturalis, Deum, sed motorem primum primi orbis. Nam postea uelle Dei substantiam, atque uim perscrutari: nequaquam interest eius, cuius intellectio motus finibus præscripta est. Ad ipsum uerò Deum nullo gradu naturali

potest

li potest ascendere quispiã. Tanto minus erit anima, si quidã ambit, atq; capit uniuersa, tũ animata, tũ animata, tũ hac utraque natura carentia. Sic enim accipio uocem, hæc mans, actiue nunc, longè prudentius, quàm Romanorum totius ignarum philosophia. Qui uerò Deum animal, ei cælum attribuat pro corpore: sine quo non possit esse principium. At ipsius quoque cæli principium est. Omnia uerò si primum mouens in primo mobili sit Deus, stultè nimis unum illi officium attribuere. Seneca uerò nihilo maiore sapientia loquutus est. Animum, inquit, constat animal esse. Audite uerò improbam probationem. Addit enim hæc: Cum ipse efficiat, ut simus animalia. Scriptum est hoc, si rectè memini, in libri uicesimi epistolarum uestibulo. Id quod cum cæteris quibusdam, uellem, reticisset. Cum uerò unius rei naturalis principia multa sint: qui dixit, unum principium esse Deum, debuit apponere, primum. Hac prudentia Galenus usus est in tertio de locis. Neruorum principium cum diceret cerebrum, addidit, primum. Propter eos scilicet neruos, quorum principium uidetur esse spinalis medulla. Et Aristotelici principium ipsum dicunt: sed non primum, quippe cor. Ita Proclus ille diuinus, ac uerè magniloquus, Principium quidem primum omnium rerum statuit Deum, idque ex Timæo. Deinde ex eodem, principia alia media. In Alcibiade primo Demonas ipsos: quorum opera, atque rectione mortalia nostra hæc eas affectiones nanciscantur, ut inde & plantæ & animalia consequantur essentias suas. Plato uerò, & Platonici omnes à principe Deo intellectualem animam conditam uolunt. A recentioribus uerò Diis, quos equidem ludens aliquando uocabam Deum-

culos, creatam irrationalem. Quibus legibus eorum opus arbitremur esse plantas ipsas. Nam Deos caelestes, igneos, aëreos, aqueos, terrestres fingebant. Hos postremos etiam nunc agnoscit Germania, & peculiari designat nomine. Ego uerò in Platoniorum fabulis etiam, quos nolo dicere, aliquot inuenio. Atque ut uos hilarius accipiam tot è salebris egredientes, ualde metuo, ne plus Deorum ab hisce Platonice pictoribus effectum sit, quàm hominum ipsi unquam Dii fecerint. Nostri nanque generis, si uerus homo queratur, infrequentiam, ne dicam uastitatem, uideatis. Illud uerò interpretis ne sit, an autoris, equidem ambigo: ait enim, *ὁ θεὸς οὐδὲν*. Quid enim est, animal quod stellas circumit. An Aristoteles praeter stelliferum calum, aliud agnouit superius? Nul- lum ille sanè. An uerò si Deum intelligit, Deo motum circui- tionis attribueret ausus est? An autor uerus, *πρῶτος*, scripsit: monachus iste, *ὁ θεὸς οὐδὲν*? An Deus supra calos est, subter eos non est? At illud calum si creauit animam: corruptibilis ea fuerit necessariò. Neque enim motu quicquam fit, quin idè sit corruptibile. Solus ille opifex immaterialis incorruptibi- lia fecit, similia sui, quæ uoluit: uoluntate sola sua moues, non motus: non motu usus, qui motionis momentum esset ipse: non qui motus ipsius assessor quasi quidam existeret. Re- ctius Pythagoras, animam esse ab aetheris substantia auul- sam. Facit enim sic autorem Deum: non rectè tamen à finito aufert portionem sine illius detrimento. Et profectò qui cæ- lum fecit, necesse est, ex nihilo fecisse: proinde animam quoque indidem, non è cali parte fecisse decuit. In Timæo Mundum gignit Deus, & animam Mundi. Ut iam ne Deus quidem, id quod aliqui ex ea familia dictitabant, mundi sit anima.

anima. Tum anima illa Deos ex igne generat: & Deos quasi ascriptitios. Dii uerò Ideas animarum, quibus constant animalia: quas animas ab anima Mundi acceptas, quem- admodum dicebamus, obsepiunt corporis amictu. Omnia uerò ex se gignere dixit idem, in decimo de Repub. miris pro- fectò uerbis. *ὁ θεὸς*, inquit, *ἰαυτὸν ἐργάζεται*. Ac si dicā: seipsum quasi diducit in opera sua. Itaque inter hæc uerba tā diuina horror me occupat. Inueni enim in Epinomide eas leges ue- ritatis: ut is qui scripserit, potius à nobis intelligi, quàm ea ipse sine nobis intelligere potuisse uideatur. Neque enim du- cem animi sui habuit, quem nos habemus dominum. I E- SVM CHRISTVM. Quæ uerba, uiri pi, rogo, atque obsecro, pro uestra pietate, attēiore animo audiatis. Ea nāq; sunt, quæ inexplebiles istas mentes uestras affatim saturare queant. Audite uerò. *ξυμπαλαῶν κόσμον, ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάλ- τωι θεοῦ τὰς ἀρχὰς*. Quis non Ioannem loqui putet? Nonne indidem, unde & ille illa *ὡς ἀρχὴ ἦν ὁ λόγος*, id est, è celo uide- tur rapuisse? Ad hæc Minutius: Diuinum equidem utrūque semper existimaui, & Platonē & Aristotelē. Illū tamē que inuenisset, autoritate sola, tanquā bonum uirum: hunc ni- hil sine ratione, quasi acerrimum iudicē statuisse. Cum igitur eorum libros lego: utriusque ab utroque scriptos arbi- trari libet: unus enim spiritus & sapientiæ, & ueritatis: alter pictior, alter compositior: ille ad apparatus, hic ad pugnam: incitat ille animū, hic explet. Utriusque sum equi- dem, sed ita, ut in opinione hominum, si qua est super illorū oraculis controuersia, si sit alter deserendus, sciam quid fa- cturus sim. Alter enim est natura lingua: alter altera na- tura, sed eloquentissima. Ad quæ Baiulius. Haud miror

isthæc ego uerba tua. Iam pridem exploratum mihi fuit, non solum ueterum autoritate, sed etiam exemplo tui, transformatum φιλουῶ εἰς φιλούμενον. Id quod & ab eorum altero scriptum est, & acceptum ab eo, quem admirabatur ille, præceptore. Sapientiæ istius initium fuit contemplatio, non sine admiratione. Deinde cognitionis firmitas ex recepta persuasione. A quibus amor ipse creatus est: qui te & ad illorum induxit laudes, & continet in officio imitationis. Sic est in Epinomide: ὃν ὁ μὲν ὀδύμειον πρῶτον ἐθαύμαζεν, ἔπειτα δὲ ἔρωτα ἔχει τὸ κατὰ μοῖθαι. Et addidit illa magnifica uerba: quorum equidem succum Persarum regum delitiis uniuersis antepono: ἡρώμελος ἀφ' ὅθεν ὄπως, ἀτυχεῖται περὶ τὸν βίον. Sed ad inceptum: tametsi piget ad ineptias. Mirum uerò, si liber hic sit Aristotelis, cuius autor inter oletra uenatur anima principium: cum in libris de anima, ne uerbum quidem. Iste uerò uester (sic enim ià uos affectos uideo) uellicator appellat, ἀφ' ἧς: uocabulo quidem uulgi auribus apto, uerum apud sapientes impio. non enim unquam natum fuit illud animal. In historiis, & rhetoricis à philosopho declaratum est: ἀνωγειον esse, quod sui generis naturam seruat. Quo pacto dicatur etià A sinus generosus: ut ex Aruernis, Arcadibus, Aegyptiis, Reatinis. ἀφ' ἧς autem, quod bono sit genere prognatum. Quale sit igitur hoc aliarum rerum principium, quod ipsum habuerit principium ante se sui: quippe unde ortum sit. Planetas ab astrorum secreuit appellatione: ut illa fixa intelligeret. Sic placuit antiquis eos nuncupare, non ab errore, ut Plato calumniatur, & obtrectat Cicero sequutus illum: sed ab illo uario digressu, quo abscedunt à linea media signiferi. Quo in spatio cum sol nunquam

quam uisus sit, ab huius constantia palantes illi obseruati nomen hinc inuenerunt: Luna, quæ frequentius ab ea linea discurreret, quare non inuenit? An quia lux prius, quam motus sese ostendit pastoribus: unde in urbes, ac postea in scholas nominum usus inuectus est. At tamen lux ea mutuatitia est: adeo ut etiam à priscis philosophis dicta fuerit. Ἰσοδοῦς: gratiam tamen eius nominis ab eis illi factam puto, quorum opera etiam in tenebris uteretur. Cuiusmodi pastores, & nautæ sunt, atque uiatores. Gratus profecto animus, atque officiosus eorum, qui corpus suapte natura parum, aut nihil: alieno beneficio nunquam totum: prouidentia legibus aliquando etiam totum non luceret, luminis affectu, ac designatione dignati sunt: meritis alterius temporis pensantes naturale detrimentum. Videamus uerò præterea, quibus uerbis βεωθὺδ noster hic philosophus. τὰ ἀπὸ τῆς ἀναρχίας ἐστὶν ἀμφιβολίας. Quid hoc ad nos, quærentes animæ principium? Nam etiam si Sol aptus natus esset ad excipiendas externas impressiones: si Deus est animæ principium, non iccirco animæ principium mutabitur. Quid uerò sibi querat ex illa uoce, ἀμφιβολίας, haud sanè queo percipere. An id apposuit, quasi de Sole, ac cælo nihil dubitetur? De motibus ne? An de numero? An de materia? Quod ad numerum attinet: unum addidit Aristotelicis Prolemaus. Huic insuper unum Thebith. Nunc contra inuenti sunt, qui sublatis Epicyclis motum seruari contendunt. De motu uerò quid dicam? Fabricati sunt in Germania nuper compedes Soli. Quin ei addita sarcina, qua in citeriorem regionem sui cæli eius corpus detraxerunt. Nec desunt, qui minentur: extra totum signiferum Planetarum omnium

futuram diuagationem illam. Proinde minoris Vrsæ postremum sidus applicaturum sese uerticis puncto, à quo nunc abest aliquot partibus. Ergo nihilsecius ἀλλήτως erunt ille quoque stellæ, quas fixas ἑὶ δὲ ἀμείων uocat Aristoteles. Præsertim cùm sit nullum sidus, quod non alicui caelesti globo non sit infixum. De materia uerò tum uetus, tum sublimis quæstio est. Quidam negant omnino materiam ullam inesse celo: Esse enim illam subiectum corruptionis. Cælum esse incorruptibile. Hoc Peripatetici. Theologi quidam nostri, materiam propterea subiecerunt: quia cælum aliquando corrumpetur. Maximo hi errore. Non sanè corrumpetur superinducta forma alia naturali: non enim habet contrarium: sed ab opifice Opt. Max. supra, extrâque naturæ leges omnes ita soluetur, ut nihil eius, quod nunc est, futurum sit reliquum. Nam cuiusmodi flammam illam? Vnde? Nonne illius nutu omnia? Taceant igitur istorum mortales argutia. Peripatetici uerò illi præceptori faciunt iniuriam. Materiam enim ponit in celo Philosophus, propter quantitatem, figuram, loci mutationem. Non enim materia subiectum est corruptionis, nisi cùm est sub corruptibilibus formis naturalibus: à quibus fluunt accidentia, quæ habent contrarium, uel contraria, posita sub differentiis item contrariis. Cælum uerò est extra omne prædicamentum, & à nostratibus substantiis distat plusquam genere. Quid? si nostra hæc, & caelestia non sunt sub eodem genere: quomodo igitur una erit materia prima communis his, & illis? Iccirco Auenrois in libro de substantia orbis, pinxit suam sententiam nominibus, quibus nulla ratione res ipsæ respondere possunt. Ait, non esse materiam, sed corpus. Quasi dicat, ut ioco ponam

rem

rem ante oculos, panis est sine farina. Quare longè tutius alij materiam statuunt, sed ab hac inferiore diuersam. Sic Iamblichus admirabili potius, quam uerisimili utitur oratione: In celo materiam, aut nullam, aut, si ex hac nostrati constat, adeò illam immutatam, ut effecta sit forma. Cælum enim, quod uidemus, materiam formalem esse: sicuti contrâ, formam, quæ in rebus sit inferioribus, factam materialem. Ita si libeat, ei Latine gratum facere, duo finges uerba: Formascere materiam ibi: apud nos formam materiafcere. Cæterum qui formidant materia uilitate futurum, ut sordeat forma cali, in pauca intuentur. Longè nanque nobilior est hominis intellectus, quàm caelestis corporis forma: si (quod & uerum est) neque informatur cælum ab intelligentia, & humanum corpus informatur ab intellectu. Non igitur oportet materias absque necessitate multiplicari. Et quod argumentum, ex Aristotelis sententia, reliquum est: Quæcunque communem habent materiam, communem quoque habent naturam ad mutuam actionem, ac passionem: ac propterea cælum, si eandem cum igni contiguo materiam possidet, ab eo consumptum iri: hoc, inquam, argumentum iam deletum est. Non enim habet ignis qualitates caelestibus qualitatibus uel contrarias, uel nobiliores. Huc abduxit ab agris barbari huius ambiguitas, siue ἀμφιβολία. Quam si quis uestrum quærat, cur ἀδελφῶν siue coercitam, dixerit: respondebo me nescire. Sequuntur uerò illa, ἀ καὶ ἀπὸ τῆν εἰσὶ. Nimis sanè laxè loquitur herbarius: non pati illa corpora. Nam sanè in natura non quiduis quoduis patitur. Non patitur ignis putrefactionem. Non patiuntur formæ diuisionem, non intensiorem, non motum localem. Omnino uerò nihil

713

est, quod pati possit (auribus honor sit) annihilationem. Num igitur illa corpora nihil horum quicquam patiuntur? Nonne mouentur ipsa: atque ab alio quidem. Aiunt enim omnes, rotatrices mentes illas sola sui intellectu g gyro agitare orbes suos. Plus igitur patiuntur, quam gleba, cum descendit. Habet enim gleba in se sui ipsius imperium. Quippe si mouetur, etiā mouet hoc quod mouetur. Et illud est cōtrouersum. Quandoquidem plenilunius noctes sub Canicula sunt astuosiores: queritur, an Luna sic à Sole calefiat, quē admodum illustratur. Nam quod calorem exceptum reflectat terris, uidetur eo prius affici ipsa, quam nos afficere. Hoc alibi discussum est. De obscuratōne uerò quis dubitat? Quis id non dicat pati, quod recipit illud, quo carebat: à quo tollitur illud, quod habebat? Iccirco Proclus cum additamento loquutus est: Ait enim, ἀπαθὴ ἐστὶ τῶν μετέωρων: id est eorum affectuum expertia, à quibus elementa, atque imprimis aër patitur. Quin caelestes animi cum Deum intelligunt, perficiuntur. Ac tamen si non mutantur, quia perpetuant aequaliter intellectiōnem, propterea tamen quòd aliunde accipiunt, unde dependent, dicuntur ab eo sic affici. Sed uidete quaeso confirmationem: ἢ γὰρ αἰσθησις τῆς αἰσθητοῦ καὶ παθὸς ἐστὶ. Sunt igitur ἀπαθῆ, quia sensus est rerum sentientium passio. At enim uero παθῆν, non est solius sensus. Quare probatio inanis est: Non sentit: ergo non patitur. Non est homo: igitur non est animal. Sed post tam prolixam errationem ad signa reuertamur. Antequā isthuc procedis, inquit Ferrerius, tanto minus assentiaris interpreti meo, qui αἰσθητοῦ καὶ παθὸς, cognoscentium, uertit: neque ex fide, neque ex re. Non enim fecit rem meliorem: & corrumpit fidem.

fidem. Neque id sonat Græca uox: & angustiore loco uersatur, quàm si à sensu argumentetur. Affectio nanque cognitionis in paucioribus est, quàm sensus. Quanquam si Celiū animal est: imperiti, aut inconsulti hominis esse dicam opinionem, quæ ab ipso auferat intellectum. Bene, inquit, habet, Baiulius. Rectè tu castigas hominis temeritatem. sed promoueamus. Sciendum, inquit, quòd planta ex seipsis non habent motum: Quippe terra impacta sunt: At terra immobilis. Nunc à motu repetit argumentum, quo distinguat eas ab animalibus. Verùm modestius accipiendum quod dicit, κίνησις. Ponit enim pro mutatione totius loci. Nā sanè aliquot animalia terræ, aut saxi adhærescunt. De Pinna est aliquid in historiis: de Vrtica satis patet. Qua de re ita modum statuemus, τὴν ὄλην κίνησις. Hac tamen si κίνησις, καὶ σκίσηξ dicuntur ab Academicis, atque Peripateticis, motum tamen habent partium. Diffundit Vrtica crines, quos item contrahit in cirros. Aperit Ostrea turguriolū ad capsæ modum. Quæ uerò subdit, piget iam & refellere, & referre. Etenim corrupta sunt: barbara sunt, repetita sunt. Supra nanq; de uita, & sensu, itē dixerat. Verū quod mox ponit, Animalium uitæ causam sensum esse, non est omittendum. Nemo enim uel mediocriter sapiens dicere audeat: id quod est consequēs, esse causam antecedentis. Sanè uita est, actus animæ in corpore instrumentato, naturali, Si monstruosum uerbum uideatur: ne armamentarium quidem, neque corporatum admittatur. Instructum, dixissem, ut apud Iureconsultos: sed ambigua uox erat. Is igitur actus, quanquam est eadem in anima cum actu sentiendi cōiunctus, prior tamen est: quippe uis uiuificandi. At hanc omnem sensum an-

tecedere, patet ex ipsa substantiarum seiunctione. Datur enim uita sine sensu. Quare & citra sensum. Illud quoque sapientis auribus indignum puto, Sensum facere  $\Delta\phi\alpha\lambda\epsilon\iota\sigma\iota\upsilon$   $\mu\acute{\epsilon}\tau\epsilon\tau\alpha\iota\sigma\iota\varsigma$   $\eta\epsilon\gamma\grave{\alpha}$   $\delta\alpha\upsilon\alpha\tau\epsilon\varsigma$ . Omitto barbarū, qui  $\mu\acute{\epsilon}\tau\epsilon\tau\alpha\iota\sigma\iota\varsigma$  pro  $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\epsilon\tau\alpha\iota\sigma\iota\varsigma$ , non semel. Omitto defectum articulorum: quæ res adducit ipsum in suspicionem, ut dicebam, semilatinum quempiam fuisse, non natione, quam irridet, sed infantia, qua ridendus est. Rem putemus ipsam, non solum prauam, sed etiam sibi ipsi aduersantem. Nanque si sensus facit, ut discernamus à morte uitam: nullum uiuens erit, quin idem sit sentiens. Hoc iam & per se falsum est, & cōtra quā profitetur. Sic enim bis aduersatur sibi. Plantis assignabat: ergo etiam nūc uitā. Sēsū plātis afferebat: ergo nūc etiā uitā. Cælū uiuens est: igitur & auditū tribuat, & ceteros sensus. Vt nō temerè ridiculus ille Diis suis coquinariis, atq; prostibulariis sacrificiorū nidore exprobrarit. Si ergo sentit cælū: patietur etiam. At hoc negabat. Hic cū Minutius surrexisset, Pupugisti nos, inquit, Baiuli. Aut doce nos, aut dedoce. Quid isthuc? inquit subridens ille. Sensus, inquit Minutius, non est cū animali (ut loquuntur) conuertibile? Missa faciamus, respondit Baiulius, quæ Pythagoras, & ab eo Plato, in Atlantico: Etiam in brutis inesse animam rationalem, qua non utantur, propter corporis ineptitudinem. Sed hoc, quod quæris, est, & nō est. Animal enim haud uniuocè dicitur: si cælum animal est. Nempe non eodem modo, quo tu: Sicuti dicebatur, extra omne prædicamentum. At quare sensu non eget animal cæleste? Propterea quod intelligit sine phantasmatis, quæ, si per uos licet, Latine dicemus imaginacula. Et Mēs illa, quæ globum suum perpetuis rotat gyris, alia ipsum informat ratione,

tionem, quàm te tuus intellectus. Neque enim ad eius motum mouetur ipsa, uel per se, uel per accidens. Proinde tu uel sede, uel quare amplius. Sedebo, inquit ille, iam. Nullo nāque modo efficacius iubere potes, quā sic: cū à me caussam, propter quam surrexerim, sustulisti. Sed perge obsecro. Facerem perlibenter, inquit ille. Verum magnoperè uereor, ne nunc mihi surgendum sit. Ea nanque obiciuntur impedimenta nobis: quibus uelocissimus quisque cursus inhiberi

» queat. Cælum, inquit, cum habeat meliorem constitutio-

» nem, & digniorem, quàm hæc nostra sit habitatio, ab his

» longè disitum fuit. Oportet igitur & perfectum, & dimi-

» nutum animal aliquid habere commune. Hoc autem est ui-

» tæ finis. Huius ergo priuatione, à uocibus his abstinemus,

» necesse est: Scilicet non dari medium. Nam uita medium

» est. Etenim inanimatum neque habet animam, neque ipsius

» partem ullam. At planta non est ex iis, quæ carent anima:

» propterea quod anima pars inest quædam. Non tamē ani-

» malest, quippe nullus in ea sensus. Sed abscedit à uita in

» non uitam paulisper: quemadmodum & singularia. Hæc

iste sic. Quæ quoniam, ut potui, Latina feci, uehemēter aueo scire, quantum distent ab interpretis tui uel diligentia, uel dexteritate, uel felicitate. Tum Augerius ad se conuerso respondit ita: Quod tu constitutionem, hic functionem. puto Græcè scriptum,  $\delta\iota\omicron\iota\kappa\tau\iota\varsigma$ , sicut & supra. Vtrunque tolerabile. Tuum plus explet ueritatem: hoc magis exprimit auctoris fidem. Est enim  $\delta\iota\omicron\iota\kappa\tau\iota\varsigma$ , quod  $\delta\iota\kappa\tau\omicron\mu\iota\alpha$ . Ab officij tamen nobilitate non assignatur à natura locus rebus uel inferior, uel superior. Tametsi aliter alicubi Philosopho uideatur. Exempla sunt inter dissimilia genera non pauca:



Aurum, ac gemma non nisi subter terram. Videamus quot minus preciosa superficiem teneant. Sic in diuersis substantiis homo nobilior, quàm ignis in sua sphaera. Ex iisdem quoque naturis species ad nostram sententiam confirmandam, multa sese exhibent. Saturno longè præstantior est Sol: cuius nobilitati cedunt non pauca sidera primi caeli. Quapropter Leucippus fortasse statuebat ei globum in loco ultimo: sicuti Lunam citimam agnoscebat. Peius consuluit, cum ita scripsit: quia medium non est. Nonne est Græcè scriptum sic: ὅτι μέσον ἐκ ἐστὶ: Quod cum Baiulius annuisset: pessimè, inquit. Nam Latine coniunctio illa caussam reddit: Græcum uerò ὅτι, hinc adiunctiuum est: φημι, ὅτι ἐκ αὐτῶν ἐρμηνεύεται. Hoc etiam pueri non nesciunt. Itaque per infinitum rectè tu. Idem uerò est, ὅτι, hinc, quod τί. Illud scilicet totum, μέσον ἐκ ἐστὶ, non est admittendum. Quod uerò paulisper dixisti tu, si apud Græcum est κατὰ βραχέ, parumper dicerem potius, aut modicè: nam hinc malè, paulatim. Non enim cuiusquam essentia in motu est: At paulatim motum denotat: Paulisper uerò fortasse extra tempus non inuenerim. Arridet admodum mihi tua diligentia, Baiulius inquit. Neque tu abscedis à tuo ingenio, neque ego ab isto iudicio. Arabica uerò pigmenta uerbis illis olet, τῆ τω τῆ σερῖσα δεῖ: ἵνα πῆ ἐς ἄρ χερῆ τῶν τοιούτων ὀνομάτων, ὅτι ἐκ ἐστὶ μέσον. Et profectò ab his uocibus haud quaquã discedendū: probæ nãque sunt, & Atticæ: sed à cõplexu uocabulorū, si damnat sententiã. Rem tamen ipsam expendamus. Supra cum è re negasset, inter uiuens, & non uiuens medium constitui: nunc sibi uisus subtilius atque acutiùs sapere, si seipse de priori sententia deturbaret. Ait ergo, dari medium: atque ita proponit, Cælo, nobisque esse

esse commune quiddam: propterea quòd utrunque, tum Cælum, tum Homo, dicatur animal: & utrique sit idem finis: uita scilicet. Quare cum status hominis cæli perfectione sit inferior: ita erit plantæ constitutio minor perfectione nostra. Idcirco ex eorum natura, & ratione egredietur, quibus attribuitur uita. Ad quem modum, nisi fallor, concludit: inueniri medium inter uiuens, & non uiuens. Verùm nemo unquam tam plenis uerbis sententiam dixit inaniorem. Examinemus ergo, præceptoris illius nostri more, uerba ipsa. Nã quid est medium: aut quorūnam dicitur modis? Est, quod inter extrema duo situm intelligimus. Accipio nunc extrema, respectum habens ad illum. Siquidem ipsa quoque ne extrema sint, euenire potest. Hæc definitio: modi hi. Medium mathematicum, quod nihil extremorum est. Quale punctum aequè distans à circularis ambitu lineæ. Proximæ, ac similis naturæ medium morale: cuius neque partem capiunt extrema, neque partibus extrema capiuntur. Medium naturale mobiliū: aut à quo, ut leuis: aut ad quod, ut grauis: aut circa quod, ut eius substantiæ, quæ quatuor elementorū ratione, quinta olim dicebatur: à nobis hinc, duorū mobiliū ordine, tertia, si per uos licet, appellabitur. Mediū aliud, quod est eiusdem generis cum extremis, uelut tepidum. Perspiciamus ergo, qua natura duce, sit hinc medium inter habitū & priuationē cõstitutū. Ac sunt, more ueterū, in numeris posita rationes. Decē, in quibus Cælū. Quinque, in quibus Homo. Quatuor, in quibus pecus. Tria, in quibus plāta. Nullo modo possit accipi pro medio ternarius inter denarium, & quinarium. Quod si respicias ad perfectionē: qui etiam mediū modus quidam à gradibus designatur, ne sic quidem dici

queat: ut inter uitam caelestem incorruptibilem, & animalis uitam sensitiuam, medium statuatur. Potius nanque inter calum, & plantam, medium sit animal. Prudentius profecto dici ab eo potuisset: inter animal, & lapidem, mediam dari plantam. De caelo uero mentionem faceret nullam. Hæc in summa sic se habent: nunc particulatim sensa ipsa capiamus. Ait calum abesse ab imperfectione nostra, propter locum: si sic διοικισμῶν interpretemur. At è contrario dicam uerius, datum ei locum potius, ut abesset. Locus enim locati finis est: & eius caussa comparatur & natura. Quid? Ne sic quidem. Non tam ut abesset, quàm ut ibi esset. Alioquin & locus, & situs illius esset cum hoc nostro, ut usitate loquar, correlatiuus. Quod quare non liceat Lyceo: si licere sibi uoluit Romanum forum, Conreum, & Contutorem. At enim uero inter illius loci nobilitatem, & imæ nostræ regionis humilitatem nulla est proportio, nisi, ut loquuntur, æquiuoca. Quòd si Augeri sententiæ, fidelior enim est, hæreamus, ut διοικισμῶν sit gubernatio: ne ea quidem caussa fuerit illius collocationis. Nam præter tuas, Augeri, subtilissimas rationes, illa quoque dissuadet. Non enim à superioribus calis gubernantur inferiores. Et iocose dicam. Tenuis illius naturæ caelestis futurus fuisse uidetur magis peculiaris ascensus, quàm descensus. Congener enim, cognatusque illis aliqua ex parte Aether fauet huic opinioni: sed illud haud parùm acute per qualitates. Nam si qualitas eadem est, & in summo, & in imo elemento: nihil ad locum differentia hæc: nihil locus ad hanc differentiam. At est in terra, & in igne siccitas. Et in orbe nono, ac decimo si non sunt sidera, maior uis inesse uidetur

in

in octauo ad multiplices æconomias, atque dispensationes: in quo & motus, ut in illis, & præterea lumen est. Tum si uerum est, quod aiunt: Terræ firmitatem comparatam, ut esset, circa quod caelestium uersionum motus haberent legitimas proportiones æqualitatum: terra esset aliquid illarum uertiginum, ut modeste loquar: ne obtundam, si caussam dixerò. Quamquam equidem hoc admodum puerile censeo. Nihil enim magis egent terræ stabilitatis illæ rotationes, ut moueantur: quàm terra ipsa indiget puncti illius mediij, ut ne moueatur. Nam etiam tellure amota, nihilo secius ageretur giris illis sempiternis calum. Cuius motionis, ut etiam subtilius dicā, non est caussa puncti immobilitas, sed huiusmodi in loco motionis. Si enim esset alibi punctū, aliubi quoque moueretur Calū. Quin ne hîc quidē obtorpeamus. Punctū illud nihil est: quomodo erit ergo caussa existentis rei. Motus res est. Dico etiam plus: non esse punctum id principium ullo modo caelestis circinationis: quemadmodum nostrorum circulatorum: sed è contrario, effectam puncti speciem in nostris intellectibus ex illa circuitione. Neutrum igitur illorum uerum est. Nam neque opus habet corpore stabili: neque super puncto, tanquam super immobili re, uertitur calum. Sed de his satis. Deinde dicit, Oportere imperfectum, ac diminutum animal habere aliquid commune. Ego aliter sentio. Nihil esse rei æquiuocis commune. Alia ratione perfectū calum est, quàm quo modo nos perfici possumus. Neque sic uidetur inter nos conuenire, quemadmodum inter animal, & plantā: quando, sicuti iam dictum est, plusquam genere distamus. Post hæc declarat commune illud, σκοπὸν ἢ ζωῆς, uitæ finem: quasi uita propter aliquid aliud sit. At contra,

n

uita finis est generationis animatae rei. Verborum ambitionem omittendam censeo, ut res ipsas colligamus. Nihil haec illam impediēt diligentiam, inquit Augerius. Et sub uerbis res subsunt, ut dicebat Epicurus. Velim scire, quid hic sibi uelit uox illa, σκοπός: quam tu finem, meus hic tutor, scopum. An habet Natura scopum? Videamus ergo quid significet. Graecum uerbum σκοπός primo suo significatu, nihil aliud quam tegere denotauit. Periti sagittarij postquam intendunt, haud prius amittunt, quam teli mucrone punctum obtexerint: cuius mucronis obiectu scilicet inobscurauerint puncti uisionem. Iccirco ad eam primū exercitationem deducta uox: atque inde ad mentis agitationem: unde sceptici dicti Pyrrhonij, qui ἑσθητικοί, ἑξοικητικοί, eandem ob causam: quia semper essent in disquisitione, statuerent uerò nihil. Potest ne igitur ad naturae functiones accommodari? O bone Deus, quam inique comparatum est, ut diuinitatem nostris decempedis metiamur. Quasi Natura sit aliud, quam Dei potestas ipsa. Quasi Deus sedeat ad Telo-neum, putetque cum institore suo rationes. Nec nos huius pudet οὐκ ὀρθότητος? Sed ne quippiam κενότομος uel, prosequamur ex usu. Naturam opificem appellamus: quare, ut artifi-ci, ita ei scopum attribuamus. Est autem scopus, opera, siue officium: finis autem est, quod mouet artificem ad operam, & est operae perfectio. Mouet quidem etiam opera opificem (quanquam potius ipsamet motus est) sed non primò, quia finis primò: non simpliciter, quia mouet propterea quòd mouetur. Iccirco finis etiam nomine donatus est scopus ab Aristotele. Duplicem nanque finem dicit, ἡ, καὶ δὲ ὁ. Opera, & scopus, est finis quo. Opus autem ipsum factum, est finis, propter

propter quem omnia sunt, quae ante ipsum sunt. Iccirco Medici scopus, & finis medius, est medicari: finis uerus, & ultimus, primum mouens, est sanitas. Quod est naturae quidē opus aliquando, sed non absque nobis: quandoque totum nobis acceptum fertur, ut luxati membri restitutio. Haec ita dixi, quia multi ἐκ τῆς τέχνης καὶ τῆς αἰσθητικῆς, putant non esse finem medici sanitatem: quia non semper suum finem indipsceretur: ergo non esset ars. Quamobrē nescio quos σοφιστῶν etiam è Platonis placitis inuexere. Ego uerò ita censeo: Qui morbi sunt incurabiles, extra artem esse. Quid mirum? Sunt etiam extra naturam. Qui medicas poscunt manus, nostrique capaces sunt beneficij: si non tolluntur ij Thessali opera: at non est artis uitium, aut frustratio, sed hominis. Nam ipsam quoque Naturam idem posse conqueri, satis patet, si mancos homines intueamur. Incidunt enim multa impedimenta, quibus opera deprauantur. Atque haec quidem in rebus, atque operibus quae dicerem, uisa sunt mihi: in libris uerò quid dicemus? Passim legitur: huius, aut illius, hic, aut ille scopus. Est ne Respublica Platonis scopus in libris illis: & anima in Phaedone? Non: sed finis. Nam quis dicat, motum esse scopum librorum τῶν φιλοσοφικῶν ἀποδείξεων? Sed scopus in Politicis est, Reipublica constitutio per praeceptiones. In Phaedone, disputatio aduersus animae interfectores: illius naturae declaratio. In Physicis natura finis est, & motus: eius consideratio, scopus: unde & disceptationes dictae. Denique tam in libris, quam in aliis operibus, uersatio ipsa scopus est. Finis autem id, quod formalem rationem uulgus barbarorum uocat: exempli gratia, Motus, quo circumscribitur ambitus considerationis corporis natu-

ralis: *Quantitas, qua praescribuntur limites corporis mathematici: Transmutatio, qua finiuntur Chymistarum somnia circa naturale corpus. Hac sic in praesentia. Qui meliora inueniet, in medium ponat. Tu ad rem Baiuli. Ille: Etiam loquutionem illam animaduertamus: Vita huius priuatione medium necessario statuendum. Sic enim loquitur, quanquam non his uerbis. Libuit uero periculum facere, an orationis nobilitate sententiae labes detergi posset.* *δεῖ ἄρα χωρῆν ἄρα γνώμης τούτης, ἢ περὶ ἕξουσιός, ὅτι τῷ μέσῳ.* Hic Minutius: Hem Baiuli. Iam huic tu personam impones Aristotelicam pessimae sententiae. Si sic scriberet, saltem delirum eloquentem haberemus. At quonam tandem modo uitae illius priuatione ponit medium? Quia, inquit, recedit à cæli perfectione animal: & ab animalis, planta: erit planta media inter illorum uitam, & non uitam, puta lapidis. Verū contaminauit omnia, cum addidit, *ἢ ζῶν δὲ ὅτι μέσον.* At supra erat commune quiddam cælo, & animali. κοινότης autem à Galeno definitur, *τῶ τούτης ὁ πλείοσιν.* Quomodo erit idem cum uiuentibus, si est medium inter uiuens & non uiuens. Et flagitiosa licentia illa, *ἢ ζῶν δὲ ὅτι μέσον.* Digna uero flagro uox. Nam si ζῶν est primò, & per se actus uegetatiuus: non est uita primò, & per se propter sensum, sed secundariò. Haud molliore scutica est castigandus, qui substantiam dixit intendi, & remitti. Omittamus in praesentia formas elementorum: si inter *ἢ ζῶν δὲ ὅτι μέσον*, & *ἢ ζῶν δὲ ὅτι μέσον* est *ἢ ζῶν δὲ ὅτι μέσον*, ut ipse dicit: erit animalis uita magis uita: plantae minus. At omnis *ὁ πλείοσιν* est indiuisibilis. Grauius etiam fecit negotium sarcina fædissima sententia: Recedere à uita in non uitam plantas, quæ admodum

admodum indiuidua. Quæ uox contra Aristotelem stat à Platone potius, ac Parmenide. Tot locis id scriptū est, species nusq̄ extare præter indiuidua. Quin Aristoteles indiuidua primas esse substantias, genera, speciesq; secundas. Quin ambiguo, ne dicam odioso, uerbo Philosophus utitur: ubi dicit, *μᾶλλον ὁμοίως*, in prædicamentis. Plato uerò res ait hinc esse, quia species earū præsent. Indiuidua redegit hinc in ordinē τῶν μὴ ζῶντων hac de caussa noster hic, quia non uerè sint. Viuere, quia sunt: non uiuere, quia corrumpuntur. Ad quæ modū accipit, solas species uerè esse, quoniā nullo modo corrumpuntur. Vis autem sententiae Peripateticorum longè alia est. Ab æterno constitutas species in indiuiduorum successione perpetuari. Est igitur existentia in hoc, aut in illo corruptio: essentia nunquam. Duæ sunt ergo diuersæ quaestiones, quas subiiciam. Vna est: An sublatis omnibus hominis indiuiduis, hominis remaneat species. Negandum est. Altera: An sublatis omnibus animalibus, uera sit hac: Homo est animal. Vera. Non enim existentia facit definitionem, sed essentia. Non potest autem fieri, ut Homo non sit animal. Humanitas enim est ex animalitate & rationalitate id, quod est. Essentiam uerò aliud esse, & aliud existentiam, solis claris ac diuinis ingeniis compertum est, qui abducto à factionibus animo soli student ueritati: quam tot locis Plato commendauit, Aristoteles celebrauit, pollicitus est Galenus se, quoad fieri posset, sequuturum: & integro commentario brutos dicit medicos, qui non sint iidem præstantes philosophi. In memoria quoque semper habui Platonis uerbum illud, quod in Epinomide legeram. Nam ille plebeios Deos ibi quosdam cum recenseret, ἀδοργαίους

appellabat. Quo nomine medicellis istis nullum conuenientius adaptari potuit. At Plutarchus in libro, quem inscripsit ὑγιάνων παρὰ χιλμῶτων, semimedicum irridet quendam, qui tanquam Mysorum, & Phrygum, ita philosophorum disitas putaret regiones: ut etiam prouerbio aduersus hominis insolentiam ibi usus sit. Hæc tamen si uulgò non profiteor palam, tamen in pectore ueritas ipsa turget. Est enim diuinum fermentum, quod neque ab alio capi, neque seipsum queat capere. Proinde quod in decimo de Republica dicitur ἀρετὴ ἀδύποτον, hoc ad ἀλήθειαν nos. Quod Regi Phocion olim, nos id ad studia literarum: non posse me uti & amico, & adulate. Nunc ad rem. Quam appositurus est sententiam, tamen si supra posuit, tamen hic turpiter repetit, & quasi recentem affert obliuiosus. Aliiter etiam, inquit, dicere possumus. Tum refert eadem, quæ iam commemorauerat, de sensu scilicet, quo carent planta.

» Verùm pessimam adiungit caudam. Planta, inquit, res imperfecta est. At, ô bone, imperfectus etiam tu: etiam cælum, si Deo comparetur. Contra uerò, seclusa rerum collatione, species quæ sit imperfecta, nulla inuenietur. Quicquid est, per suam essentiam est. Essentia uerò efficit, ut & ens, & unum, & bonum, & totum sit. Si enim non est totum, ne est quidem. Totum uerò, & perfectum idem. Est enim unumquodque totum sibi, & perfectum: cum eorum, quæ habere debet, nihil deficit ei. Itaque ut nihil est simpliciter perfectum, nisi Deus: ita nihil est, quin suo in genere sit perfectum. Nam quid illud tandem est, quod est sibi ipsi alienum? Hoc autem esset, si id non esset, quod est. Imperfectum sanè nondum est. Et aliud à seipso, quando est. Plan-

ta nihil abest, quo planta esse debeat. Si esset imperfecta, nunquam Natura quiesceret, quoad extremum finem imponeret generationis: & τῆ ἀδελφείᾳ imponeret ἀπέλειπαι. Ita mihi loquendum intelligo apud uiros rara atque spectata eruditionis. Alterationes enim alia super alias antegrediuntur illam perfectionem, quæ à forma præstatur illi continuata promotioni. Transferamus argumentum ad aliam materiam: atque illico eius agnosceretur insolentia. Dicam sic: Sensu prædita planta esse nequit, propterea quòd si cum Leone comparetur, imperfecta est. Ergo Leo carebit sensu: quoniam collatus homini, non accedit ad eius perfectionem. Verùm interea me piget mei, dum quippiam uos hinc expectatis noui. Cogor tamen obtundere: idque

» & pessimo errore, & extra causam. Rursus, inquit,

» Animal habet discreta membra: planta uerò & indiscreta,

» & indefinita. Hic & error est, & ad statuendum differentiam inter animal, & plantam, nihil attinet. Naturalia corpora tribus constare modis aiunt sapientes: ἐκ διεστώτων, ut tritici cumulum: ἐκ συναππομύλων, ut nauem: ἐξ ἠνωμύλων, ut animal ex anima, & corpore. Addunt alij τὸ μεταμύλιν, ut mulsam. Verùm eadem ratio, aut ἀνάλογον, uel πρὸς τὸ οἰοῦσθαι, uel πρὸς τὸ συναπφθῆναι: sicut & μεταμύλιν. Nostrum corpus, καὶ καθ' ἑαυτὸν, καὶ κατὰ συναφῆν. Est enim naturale duobus hisce modis unum. At non est ὁμογενῶς ἓ. Diuersæ nanque partes sunt. Nec minus in planta: cortex, caro, medulla, liber. Quin harum partes aliqua adeò discreta, ut etiam absistant. Quin animalia quædam longè sunt ignobiliora, quibus partes disita sunt certis segmentis. Quare hac in na-

tura propior est planta homini, quam uestpa. Sed quis ignorat, unguium substantiam in rosariis esse penitus à uirgultis suis separatam? Primus error is: alter ab hoc statim. Habet, inquit, materiam propriam motus, quam obtinet in seipso. Omitto, quòd male cohareat oratio. Neque enim magis ad animal, quam ad plantam referri queat: imò ad hanc facilius, quando propior est. At quam dicat materiam motus? Materia semper accipitur passiuè. nihil agit illa: sed hoc ipsum est, quod fit secundum quid. Omnis autem materia ab aliqua forma solet moueri. Voluit, opinor, dicere principium motus. Verùm materia nequiquam motus principium est, sed elementum: sicut & forma: quorum utrunque compositi pars est. Prosequitur deinde argumenta repetita: Anima præditas esse plantas, propterea quòd autor anima sit eorum motuum, qui deprehensi sunt in illis. Quanquam interpretis lapsus existimabam, qui *κινῆσις* posuisset, αὐτὴ τῆ, μεταβολῆς. Et minus commodè, *κινῆσις* κινῆσις. Neque enim *κινῆσις*, sed *κίνησις*: si Aristotelicè loqui didicisset balbutitor iste. Repetit & id: Appetitum, & localem motum non esse, nisi cum sensu. Tandem uerò ab anima parte recolit argumentum. Suprà dicebat, inesse plantis, τὸ ὄρεσιμον. nunc ait animali, plantæque communem τὴν ἔλκυσιν. Verùm ad eam attractionem sensu nihil opus esse. Atque hoc quidem uerū est. Attrahens nāque non dignoscit: non enim attraheret uenenū. Quin apud Peripatericos ne anima quidē ipsa tota noxia dignoscit omnia suapte natura, sed arte atq; experimento edocta. Eatenus expultricè cognoscere Galenus proficitur, qua premitur onere, aut urgetur distēione, aut uellicatur

tur a crimonia, salsugine, acore. Scio tibi, Scaliger, secus uisū esse. Secretricem omnino cognoscere: expultricem nō minus. Nam quid seiungat à malo bonum, cuius illa sit nesciēs? Aut quamobrem non hoc potius, quod propius est, propellat, atque exigat morosa illa expulsiva: sed assentiatur potius, ac cedat officio retentricis, quæ sibi uindicat probum illud, atque conducibile. Haud parum tamen faceſsit negotij segregatio illa auri ab argento, quæ fit nullo calore animali, sed à brutissimi liquoris facultate. Verùm hæc alterius instituti.

» Nunc uideamus, quid attulerit pro caussa. Propterea quòd,  
 » inquit, quodcunque alitur, hoc ipso ut alatur, duarum certarum qualitatatum opus habet: caloris, dico, atque frigoris.  
 » Iccircòque alimento indiget humido, & sicco. Sanè uerò calor ac frigus, in cibis humidis, ac siccis inueniuntur. Ideò ne sine sensu fieri attractionē: quia quod alitur duarum egeat qualitatatum? Bellam uerò caussam. At profectò cōtra fiat, ut credam: non id absque sensu fieri, cum sensiles nominat qualitates. Deinde uult, necessarium illis esse frigus, & calorem: ac propterea humidum, & siccum. Vereor ne maior siccitas in ipsa sententiā sit. Non enim eadem effectio, non modus, non essentia, nō finis. Alimentum humido, & sicco, tanquā materia constat. Hæc in cibo sunt. At qui calor in cibo est, non agit in cibum: sed calor, qui est in corpore nutriendo. Frigus uerò, quod in cibo est, etiam resistit: obtundit nanque calorem naturalem. Neque propter se queritur, sed ad temperationem caloris illius, qui excederet in alimento, unde periret naturalis, aut exuberaret in animantibus: quo utrumque humidum absumeretur, & quod antea in ipsis existebat, & quod eis reponendum est à nutrimento. Opor-

tet enim inter ea certis aequalitatum proportionibus conuenire. Itaque & defectibus nomina data sunt, famis, ac sitis: & ad instaurandam substantiam totidem, quot in eam impresserat Natura qualitates, extrinsecus in aduentitia massa comparata. Ait deinde: Harum naturarum nullam ab sua particepe separari. Atque ob eam causam factum ab initio fuisse nutrimentum nutrito continuatum: quoad fiat, ut corrumpatur. A principis scilicet generationis, ad tempus usque corruptionis, cibum corpori statuit unitum: ut ostendat etiam finem attractionis, alterationem & unionem transmutati, donec corruptione dissoluatur. Nunc ad ceteras quaestiones, quas proponit deinceps, partim repetitas, partim recentes transeamus. De appetitu, De motu, De anima planta propria. Praeterea an spiret: Ad haec an dormiat, & uigilet. Anaxagoram itaque arbitratum, spirare plantas. Hanc opinionem diruit sic: Verum hoc esse non posse, quando ne animalia quidem spirent omnia. Ceterum apud multos haec obiectio controuersa est. Nam qui censebit arborem spirare, spirandi usum iis ite attribuet animalibus, quibus eu dicitur Aristoteles adimere. Pisces nanque non sine aere aquam trahere. Plinius ex antiquorum sententia, atque ex sensu, quem illi pro iudice ducunt, ostendit in aquis aerem, bullarum argumento, quae ex natantium erumpat ore piscium. Ad haec, pisces in aere diu uiuere: diutius. uicturos, si ad aquam illis conuenientem aequalitatem uis aeris remittatur. Et Ausonius Barbo pisci attribuit, in Mosella, spirationem. Gryllos quoque nocturni cantus gratia pueruli cum in pyxidem inclusos haberemus, tertio post die mortui sunt inuenti: non quidem fame: arrose namque lactuae supererant etiam

num,

num, quas in cibum pridem apposueramus. Quamobrem alij postea pertusis pyxidibus, aut fiscellis, totam astatem seruati sunt. Hunc postremae orationis impetum uultus significatione cum Minutius excepisset, ostendit, sibi esse quod haberet dicere, si liceret. Illo igitur coticescete sic cepit. Ex inferiore Volcarum provincia uiros doctos memini, Tolosam litium causa cum uenissent, multa super hac re disputantes, impulsisse me ad repetendas Aristotelicorum librorum lectiones. Unus enim, qui recte dixisset, duas esse spirandi rationes, alteram pulmonibus, aut eo quod proportionem responderet: alteram per arteriarum oscula, quod  $\sigma\tau\epsilon\pi\tau\epsilon\nu$  uocaretur: non recte dixit, haec Aristoteli non fuisse nota. Commouerat hominem Philosophus aduersus antiquos disputans: quorum ille sententiam fouere in animum induxerat. Trahere namque pisces & aquam, & aerem cum aqua. Sed aquam per brachias aut fistulas exigere: aerem ad usum refrigerationis retinere sibi. Mihi uero ita uidebatur. In pertinacia potius, quam in inscitia tantum habere culpa. Non enim respondebat ad illud: Quomodo quallo, quo fisco, aut cribro, ab illa recepta aqua separaretur aer. Tum uero si aer sub aqua est, cur non euadit ad locum suum superiorem. Itaque utrinque urgentur. Nam si non unum corpus est aer & aqua, exiuerit aer: si est unum mixtum, non erumpet aer ex aqua: sed ne separabitur quidem in ore piscis. Quin per branchias, si alterutri egrediendum est: facilius transmittet, quod tenuius. Tenuior autem aer. Aqua remanebit igitur: abierit aer. Quid ergo dicendum? Cum sit animantibus a Natura parata respiratio, ut refrigerentur, ut humectentur, ut instauretur spiritus: quis dubitet, aquatilibus aquam eiusmodi usum praestare sola posse, non

o ij



tam qualitatibus, aut substantia, quam certa qualitatū tēpe-  
ratione, quæ in aqua sit : certa crassitia essentia proportione  
cōiuncta, quæ in aere non sit. Nā quod aeri constituant pri-  
uilegium soli ad illud officium, ita ut amoveant ab aqua in  
aquatilibus, nullū habent à ratione. Hoc igitur in humore.  
At quæ in aere degunt animantes, spirant ne, an totius hu-  
ius operæ sunt immunes? An uerò & illud uerum est, abla-  
tum iis ab Aristotele spirationis omnem modum. Neque eū  
scisse, aut prodidisse, quid esset illa transpiratio : quam è solo  
Galeno se hausisse iactant ἁπλοῦν? Otio uestro non incom-  
modabo iudicij mei interuentu. Loca Philosophi proferam.  
Ex ea narratione uobis pernoscere licebit, quantum adie-  
runt periculi negligentia, atque reprehensionis ij, qui securi  
de aliis libris, in uulgatioribus modò uersati sunt. Verba  
sunt illius de insectis in libro de somno & uigilia. Propor-  
tionem pulmonicæ spirationis respondentem ait in palpita-  
tione: καὶ τοῖς μὴ ἰσχυροῦσι πνεύματι, τὸ ἀναλίσκειν. τὸ γὰρ σὺμφυ-  
ζῆν πνεύματι ἀναφυσόμενον, καὶ ἰσχυρὸν φαίνεται. Nam in historicis,  
ubi negat spirare, quæ pulmone carent, intelligit de perfecta  
ac primaria spiratione. Quocirca secundariam hanc ἀλλο-  
γοῖν agnouit. In eodem libro exaudiri in Apibus sonum, quē  
bombum dicit, eadem caussa. Quamquam alarum agitatio-  
ne id euenire sentiat, qui ligneam ligulam tenuem funiculo  
alligatam circum caput, fundæ more, agitauerit. Huius &  
commeationis, & soni per spiritum illum innatum, assignat  
instrumentum, & instrumenti locum, in secundo de parti-  
bus. τὰ ὀπίσθια ἄνω τῆς ἀποζώματος αἰσθάνεται τῆν ὀστέων, καὶ  
πάντα τῶ σὺμφύτῳ πνεύματι ὡς πῶρ κινῆται. τῆ το δ' αὐτοῦ χεῖρ  
σει πᾶσι, καὶ τὸ ἴδιον ἰδὲ εἶσεν τὸν ἔσεν. Quod autem sit idem  
finis,

finis, & huius palpitationis à spiritu, & spirationis per ae-  
rem: palam est ex illis uerbis in quinto de generatione ani-  
malium: τὸ ἀκοῆς τὸ αἰσθάνεσθαι τὸν αἴρα, ἢ τὸ πνεύματι τὸ σὺμφυ-  
ζῆν αἰοῖσι μὲν ποιῆται τὴν σπύειν τοῖς δὲ τὴν αἰσθάνεσθαι, καὶ εἰσπνεῖν.  
Est igitur idem, τὸ σπυραίνειν, καὶ τὸ ποιῆσαι τὴν σπύειν. An non  
est hæc ἁπλοῦν? sed & assignat instrumenta in libro de spi-  
ritu. λοιπὸν δὲ δηλονότι ἁπλοῦν τὸ ἀρτηρίας πύρων : sed & rem-  
ipsam δεικνύει τὰ τῶ αἰσθάνεσθαι εἰς πάντα ἁπλοῦν διδύδαι ἐπὶ σωτέριον.  
Quid est aliud diduci, ac distribui per omnes corporis par-  
tes, quam partes omnes corporis spiratione refrigerari? At  
ea demum transpiratio est. Negabūt ceruicosi uocem cogni-  
tam Philosopho. Audiant igitur expresso uerbo defunctum:  
εἰ δὲ ἁπλοῦν πύρων πᾶν, ἔκ ἐπι κατὰ μίξιν χεῖρ. Ecce ἁπλοῦν,  
quam haud negat fieri caussa refrigerationis : sed more suo  
deducit aduersarios ad hoc absurdum. Et cum dixit, formā,  
finem, materiam, instrumentum, locum: declarat etiam prin-  
cipium, τὸ ὄθεν: à corde scilicet, ubi commeatum illum τὸ ἁπλοῦν  
πνεῦμα, παλιγοῖσιν uocat. Ait ergo: πᾶσι εἰ ἄλλοι τῶ πῶρ ἀπὸ τῆν  
ἐσθῆτων. τὸ δὲ πῶρως, καὶ κρείως ἀπὸ τῆν πῶρ τὴν κατὰ δὲ. Ab  
arteriis & supra & hic: hic etiam & à corde primūm, &  
quæ desinat in extremis osculis arteriarum. Et in libro de  
somno, de corde loquens, manifestissimè declarat transpira-  
tionis beneficio refrigerationem, ὅτι καὶ ἢ τῶ πνεύματος ἀρχῆς  
καὶ ὅλας ἢ τῶ κατὰ μίξιν αἰσθάνεσθαι ἔσεν. Hæc tum loca certo cō-  
mentariolo τῆν ἐκλέκτων hunc ad modum excepta ostēdi no-  
stris disputatoribus : quorum alter acquieuit, alter (indi-  
gnum credo ratus, si præses literariae laudis, à Iureconsulto  
leges acciperet in consiliis naturæ) maluit sibi placere. Ego  
ut in memoria habui, ita iudicanda proposui uobis. Nam

memini uestrum Hippocratem in libro de flatibus, in cēsum spirantium pisces transcribere. πάλιν τὰς ἰχθύας αἰαπτεῖν, καὶ τὴν πνύδατος μηδὲν εἶναι κενόν. Quid mirum? In secundo nanque de uictus ratione, plus etiam dicit: ut præter plantas, alia quoque includat omnia. Quod & Thaleti cuncta aequè uiuificanti placuisse scribunt. Hippocratis uerba sunt: ὁ αὐτὸς ἐπὶ τοῖσι ζωοῖσι πνύδατος ἔνεστι, ἔτι καὶ τοῖσι ἄλλοισι πᾶσι. Quod illis respondet: πνύδατος μηδὲν εἶναι κενόν. Quasi uideatur unum comminisci spiritum, omnibus communem, in omnia sese insinuantem: quod & Virgilius dixit, & Anaxagoras non reticuit. Et Aristoteles innuere uidetur, in cōiunctione corporis, & animæ, tanquam medium quoddam. Ceterum in homine solo, is. Alij uerò si ministrum formæ lapidis arbitrantur: rem quidem non admodum diuinam faciunt. Si, ut Anaxagoras, rerum primum autorem censent, ἄννοῦ: uariabitur ille materiis ipsis, à quibus certa naturæ præscribantur iura. Nam si eadē forma est in lapide, & in leone: plus potuerit lapidis materia, quàm uis formæ: cuius potestas ab illa obtusa sit, quo minus leonem sibi fabricari quierit. Nugæ. In quibus æquum est me finem facere: quod iam Baiulium audiamus. importunè enim interurbauit. Tum nos omnes uno ore: Utinam uerò sic crebrò. Baiulius autem sequutus est. Cùm multa multis in uiris admiratus sum eximia: tum in te id, Minuti, qui artem nullam intactam reliquisti: si usu ueniat, ut de quapiam uerba facias, quasi solam illam edidiceris, tam exactè loqueris: ut etiam quæ scire opinabamur, nunc primum audisse, atque nobis esse noua cuncta uideantur. Nam de spiratione, & transpiratione quæ? qualia? quanta? Ex Aristotele, &

Galeno

Galeno accipimus: ob refrigerationem, humectationem, spirituum instaurationem, fuliginum expulsionem: quintum addidit Theophrastus in secundo de causis: etiam ad alendum, animantibus natura comparatam. Id quod à prioribus non abscedit. Nam si spiritus nostri partes sunt: quod restituitur, spiritus est: partes ipsa restituentur. At restitutio est corpulentia suffectio in defectu locum. His, ego, nisi quippiam addis, est quod adiungamus nos. Credo te pudore subticuisse calumniam Galeni, qui Aristotelis obseruat hac in materia sententiam, quasi propriis decretis contrariam. Alibi dixit, Aerem calidum: hic frigidum: si quidem captatur ad refrigerationem. Puerilis profectò insolentia: ne dicam, futilis. Calidum, & frigidum simpliciter intelligimus aliquando: Est et ubi refertur aliqua collatione. Calidus est aer natura sua sibi: frigidus igni: frigidus uiuenti. Viuimus enim per ignis proportionē. Sic est mediū extremis cōtrariū in prima Philosophia: cuius limen ne salutasse quidē uidetur ille Timon uester. Ad hæc oculos attollēs Baiulius, dilutissimo rubore nobilis, atq; erga præceptorē grati animi signa cū edidisset: Mirabar, inquit, si mihi sic abiret. Citius emorerere, quàm gratiā nō referres. Ut cū ego aerē insectis dederim contra uulgatas tabulas dispēsatorū uestrorū: tu uicissim à Galeno spiritū auferre tētares. Aeris uerò qualitates hīc missas faciamus. Nō enim leuis cōtrouersia est. Quin audiui te ipsum dubitatem, an aer & aqua cēseri posset unū elementū. Nā qui aer calidus, herēs balnei frigidis parietibus, desatur in guttas, non posse habere sui mutatorē lapidis frigus: apud quod pristina deposita forma, tam citò aqua formā induat:

Quin potius sola densitate differre uideatur. Tantus Peripateticus tam nouè contra praeceptorem: ut te potius respicere, quàm Galeni reprehensionem castigare debueris. Praestat tamen pergere. Hac cum dixisset, denuò deiectis in librum oculis, ita prosequutus est. Rursus, ait hic, à nobis obseruatum est: plantas neque dormire, neque uigilare. Vigilia nanque nihil aliud est, quàm affectus sensus: somnus autem, eius imbecillitas. Suprà disputando negabat in plantis sensum. Igitur qui somnum per sensum definit, amouet à plantis somnum. Hac ille sic. At Anaxagoras neuiquam somnum definit ad hunc modum, sed animalis somnum tantū. Somnum autem in communi genere sic: Quies ab exterioribus animi functionibus. Eius hac ego uerba cum audirem, admirabar hominis ingenium, qui tam acutè tantum errorem tueretur. Verùm idem quoque iudicare Augeriū sensimus. Ait enim: O Baiuli, inquit, tu plantè, ac reuera noster es: qui neque captus capi possis, neque uictus debellari. Autoris tamen, operae precium est, prudentiam spectare. Sic ille disponit ordinem argumentorum: uti solent Mathematica cōclusiones, ex probatis semper. Atque Aristotelicè quidam. Vbi uideat, in planta non esse sensum, subdit: ergo neque somnū. siquidem somnus sit uacatio ab officiis sensuum exteriorum. Nam quod fingis, de plantarum otio hybernantium, & appellas somnum: hoc illud est, quod in nobis cessatio: uelut cum uigilantes nihil agimus rerum. Quod uerò dixisti, uigiliam esse affectum sensuum: puto hinc mendosè potius scriptum, quàm falsò uersum ab interprete nostro. Hic enim legitur: ab effectu sensuum cognosci uigiliam. At aliud est *ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς*, aliud *ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς*. *γεννομένην*, subdit Baiulius, *ἢ ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς*, *ἢ ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς*.

*ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς* ἢ *αἰσθητικῆς*. Sic est Graecè. Ergo, inquit Augerius, nō putauit affectum esse sensuum somnum ipsum? ἢ *ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς* ἢ *αἰσθητικῆς*, nōne affectus est? Imò maximus. Praeterea nihil addidit, quod internos ab externis sensibus separaret. Et definitio competet, secessui mentis, quam uocat Philosophus *ἐκστασις*: conueniet Cataleptico, Epileptico, Apoplectico, Carotico, matrici suffocata. Sic supra, quod tu spirationem dicebas in animalibus, hic ita uerit: animalia quaedam spiritu carere. Tam impos fuit rationis, ut non distingueret, inter *πνοὴν* (sic enim scriptum puto) & *πνοῦμα*. Cum tamen & Aristoteles, & omnes alij cunctis in animalibus spiritum inesse dixerit: spirationem non dixerit, sed eius uice, *transpirationem*. Bellus uerò philosophus Erasmus in manipulis suis, sensum quoque attribuit ipsis plantis, mirifico sanè argumento. E lignatoribus accepisse, quod ipsi obseruarunt. Primum quenque ictum arbores, quasi incautas, mollius excipere: atque inde recuperari facilius securim. Postea uerò saucias, cogere sese, atque constringere: neque faciliè uulnus admittere, neque leuiter amittere adactum ferrum. Ita ut uideris, sine iudicio plaudimus nobis ipsi, rudes philosophiæ: quam malignè irridemus, temerè profitemur. Titillat uerò gloria ex uulgi commendatione, cuius mater est nouitas inuerecunda. Quando ille plus habuerit fidei carbonario, quàm rationi. Nam ut ita uerum sit: Arbores in corticem, atque id quod saltuarij uocant albumen, ictus excipiunt primos. Id quod, ut mihi quidem uideretur, quasi pinguitudinis, quæ in animali conspicitur, obtinet proportionem: Deinde subest lignum firmitus: ad quod ubi deuentum est, æquè faciliè recipere nequeunt dolabram. Sed

missum faciamus hoc senium uerarum literarum. Perplacent omnia mihi, Baiulius inquit. Oppidò uerò grata fuit reprehētio definitionis uigiliae. Nam si sacramentum dixisset peruertenda orationis, non potuisset fidelius religionis suae praecepta exhaurire. Quam enim habeamus ex hisce uerbis notionem? Vigilare, nihil aliud, quàm ab affectione sensuum. Neque declarat quid est, ut ego mollire tentabam, sed unde est. Et falsò statuit, ab affectione sensuum uigiliam fieri. Multa obstant: tum quae dicebas, Augeri, tum quae dicequeunt. Non enim sensuum affectio uigilationis effectrix est, sed sensio illam sequitur. Sentimus, quia uigilamus: non uigilamus, quia sentimus. Sed neque uigilia ex actu percipitur sentiendi. Silente nocte nihil uidemus: interdum nihil audimus. De tactu possit obiici. Id quoque non semper necessariò. Est, quando tactus nihil prorsus immutatur. Acutius. Libertas sensuum ad officia sua in exterioribus corporis instrumentis peragenda. Vt per potestatem, non per actum eius intelligatur essentia. Somnum uerò nihilo felicius, per sensuum imbecillitatem. Primum fallit nos: cum docet, dormientium sensus imbecilliores esse. Eadem nanque uis: nempe & anima eadem. Nam tametsi non exercetur actus secundus, non propterea tamen actus illius a motione, tollitur actus primus: qui est integer, quantus quantus in animae essentia fuit unquam. Deinde uerba inania sunt. Cecus enim, & surdus: si sensuum debilitas somnus sit: dicet ille oculis, hic auribus se dormire. Sed somnus est occupatio naturalis sensuum exteriorum, retractis intro anima instrumentis ad principia sua: unde etiam fiunt somnia. In quibus tu Caesar nostro cum Hippocrate maximis operibus uigilastis.

uigilastis. Omitte isthac, inquam, laudare: quorum simplicitatem uides ab Artemidoro, mirum quantum, superatam. Verum profectò librum illum postea editum nunc primulum uidere mihi contingit. Quem si maturius consulere licuisset, illis nostris commentatiunculis ex horum ornamentis, alicuius nobilioris apparatus accessionem factum iri magnoperè sperassem. Accessionem? inquit ille. Ex istorum Graecorū curiosa superstitione scilicet: à qua tu semper abhorruisti. Vix enim dici potest, quàm ridiculus plerunque, ac planè somnians sit. Non ille, quae contigerint aliquando, quaeque eum ad modum fortè obseruata sint, potius deducere uidetur ad praeceptiones, quàm praescribere uel Deo, uel Naturae, quibus artibus somniorum lex sit mortalibus edicenda. Tum sparsim, atque confuse omnia: quae solus, ac primus Augerius noster hic ad artem redegit, subtilissimis inuentis. Sed uigilemus iam. Sententias autor hasce diluit sic

- pote: Non reperiri somnum, aut uigiliam in iis, quae omni-
- bus aluntur horis, tenore uno: quaeque suapte natura nihil
- sentiunt. Profectò à sensu rectè suis à fundamentis exaedificat. At illa uerba quorsum? Non esse in iis somnum, quae semper aluntur. Hoc enim est, opinor, & πάλαι & παλαι. Et, uno tenore, κατὰ διοίκισιν μίαν. Falsum enim est: alitur, ergo non dormit. Non solum dormientes nutriri, uerum etiam reor, adolēcentes facere progressus in ipso incremento. Illa quaestio, ut non nimis difficilis, ita non penitus plebeia. Quae hyberno somno pinguescunt animalia, an tum alantur? In maiore nanque mole plus inesse materiae uidetur. Quae pingua fiunt, ea corpulentiae ambitum, quasi pomeria promouent: tametsi haud auspiciato semper, surrepentibus interdum

propterea morbis non minima parti Poparum. At Vrsus, & Gliri somno captis, nulla suppediatur extrinsecus materia. Non dicentur igitur ali, quando nihil apponitur noui. Non dicentur hæc nutriri uerè: sed attenuatis partibus crassioribus ab illo tum calore naturali, qui per id tempus est modicus, atque etiam intra modum, nec propterea resoluerè, sed potius dissoluere potest: fit illarum mutatio in aqueum aëreum: atque illa dilatatione turgent. Illud quoque nihilo uerius: Plantas omnes hyeme suscipere nutrimentum. Silet namque uis illius caloris, quæ carpit humidum: qua de causa non est opus supplemento: ac propterea sustinet sese à suis functionibus attractoria. Post hæc somni declarat causas in animalibus. Animalia, inquit, sic dormiunt. Cùm aluntur, occupatur caput exhalatione. Ita nullo negotio cognoscetis hominis uerècordiam. Nam modò qui dicebat, somnum capere nullum, quæ semper aluntur: nunc ait, somnum capere animalia, quæ aluntur. Sic, ἢ ὅτι hic illud refert, quod supra ponebat, ἢ πῶς ὁλοῦν ἐστίν: ut aut illud destruat, aut ab illo destruat. At quis negarit ali nos inter dormiendum? Nisi fortè cum ieiuni sumus. Grassatur enim tunc in humidum naturalis calor: quo tempore nihil ad manus habet, in quo possit operam ponere. Illa ergo sic sunt diruta. Siquidem satis constat: nos, neque semper somnum capere, dum alimur: neque semper ali, dum somnum capimus. Verùm sic dixerit Anaxagoras: Defatigatis plantis ab opere faciundo per aestatem, animæ uim operatricis ad radicem retrahere sese, atque ad medullam hyberno tempore, tanquam in arcem: spiritus ipsos dico, non ipsam facultatem, quæ nunquam potest ab ipsa absistere substantia. Tum id eorum sit somnus: qualis & in animalibus. At hic

argu-

argumentatur: negatque fieri somnum, nisi exhalatione. Quæ uerò sequuntur, corrupta puto. Sicuti malè, αἰαβαίνε-  
 Ge, pro αἰαβαίνε. Porro autem scriptum est: ἢ τις διζῶν ἐστίν  
 αὐτῆ ἢ ἀνεθουμίας πολλῆ, καὶ πῶς ὀλίγον ὑπνώσει. At in ani-  
 mo meo duo hæc simul nequeunt bona fide gerere societatem. Ab exhalatione fit somnus: Ab exhalatione maiore minor somnus proficiscitur. Nisi fortasse Ferrerius subueniat nobis. Ego uerò, inquit ille, atque attemperatè quidem. Alio- qui perierat Græcus iste tuus. Nam illius, πῶς, nulla hîc ha-  
 bita ratio est. Meus enim hospes sic: In quibusdam anima-  
 libus multa eiusmodi exhalatio: quæ tamen parum dor-  
 miunt: ut in Camelo contingit, & Ceruo, & consimilibus:  
 præ cerebri siccitate scilicet, & meatuum angustia. Sanè tollitur his uerbis dubitatio tua, & affertur ratio dissidij illarum enunciationum. Tum exemplis historia confirmat apotelesma. Esto: Cameli somnum animaduertit: eiusque in Ceruo modum. At in iis multam exhalationem? At cerebri siccitatem? At meatuum obfessa itinera, aut angustis effecta incommodiora? Non quiuit ulla coniectura componere simul hæc. Vnde plurimum agnoscemus exhalationis? Ex gibbo Cameli? At non est in caput. At uenter uillosissimus. At nulla cornua. At dentibus caret in superiore mandibula. At minima omnium animalium, aut maximè fera bibit. Hæcine sunt signa sicci cerebri? Hæcine exuberantis exhalationis? In Ceruo uerò ut assentior multos uapores sursum rapi: ita nego, ei meatus angustos esse. Sed si parcè somno utitur: id ea fieri de causa, quod nubes illa in cerebro non residet: sed ulterior fit ad exeundum: unde cornua conformentur. Ita erit eius cerebrum, quasi portorium quoddam: quò delatæ merces, per id aliò transferantur: non tan-

quam apotheca, in qua debeant reponi. Quòd si per naturæ stationes decurramus, aduersum hæc inueniemus integras animalium classes. Siccissimum Felibus cerebrū: iis diutius, aut frequentius, pauca sopiuntur animalia. Canibus haud multò humidius: somnus equalis aut maior. Quid siccus Lacertis, & Serpentibus? Quaterni menses ad somnum uix satis sunt. Sed sit modus. Sequitur autem somni definitio alia à priuatione, unde nos deducat in genus. Ait enim: Somnus est motus statio. Hæc autem quies motæ rei. Hem, inquit Baiulius, nihil hîc dormitationis. Nam equidem sic legebam hîc, te audiens: ὁ δὲ νύστα γινώσκω σαωχὴ κινήσεως. αὐτὴ δὲ ἡγεμίνα πράγματος κινουμένης. Ergo nihil noster inuentum habuit, quo differret ὕπνος, & νύστα γινώσκω. At ego didiceram νύστα γινώσκω esse somnum interruptum: quem sic nominassent Græci propter mutationem. Proinde Latinos à somniculorum illorum frequentia dixisse dormitationem. Sed & σαωχὴ conjunctionem significat, non stationem. Neque statio Latinis idem, quod ἡγεμίνα, aut ἡγεμίσις, aut ἀρεμίσις ἔχειν, siue ἀρεμίαν: sed locum, in quo milites seruaent ordines, etiam si mouerentur. Denique stare priuationem tantum dicit progressionis, & sessionis, & ἴσιν κἀδαι: non autem motus. Et statio motus erit, ubi motus non abierit. Dum ego mouebor, stare dicetur in me motus, si usu abuti uelis: Si non licet, ne id quidem, dicere scilicet motus stationem. Non uos clam est, quid σαωχὴς sit, & σαωχὴς, & σαωί χεῖν. Iccirco quod est corporis σαωχὴς, erit motus ἀδελχὴς. Ἐπὶ πᾶσι potius quietem denotauerit, aut inhibitionem. Præterea nihil absurdius illis uerbis, in atrio Philosophiæ: ἡγεμίνα πράγματος κινουμένης. Latine orationi per participium non licet asserre tale uitium.

uitium. Nam uerum erit, quietem esse rei motæ: quippe si non amplius mouetur. At dum mouetur, nulla potest esse quies. Hoc uerò dicit ἡ κινήσεως. Hæc ita. Mihi uerò haud obscura spes est, iis quæ sequuntur, præteritorum incommo-  
 dorum tedia oblitteraturum. Ad normam sanè, atque amu-  
 sissimam Aristotelicam, directa ut essent, accurasse uidetur. Inquit:  
 » Potissimum, ac maxime proprio instituto quærendum est de  
 » eo, quod dixit Empedocles: An in plantis inueniatur sensus:  
 » Et an sit species concreta quadam ex duobus sexibus. Sic  
 » igitur dicamus: Mas cum generat, in alio generat. At-  
 » que ea duo sunt ab se inuicem separata. Si ergo mas, &  
 » femina in plantis inueniantur: & mas asperior, durior,  
 » horridior: femina debilior, & fecundior: qua ratione  
 » duo hæc in uno concreta queant esse, uideamus. Pri-  
 » mum ergo dubitat, ut statui possit: an uterque sexus in eo-  
 » dem sit. Argumenti uis in eo uersatur: quòd certis distinguū-  
 » tur differentiis, iisque contrariis, mas & femina. Sed ridi-  
 » cula est oratio. Sic enim scribit: ἰπὸ τῶν δειστικῶν ἐν τοῖς φυ-  
 » τοῖς, ὅτι ἔχει τὰ φυτὰ ἄλλος ἀρσεν, καὶ θήλυ. Et subdit, ὁ φαιλομεν  
 » ζυτεῖν, πότερον δειστικῶν τῶν τῶν δύο ἄλλοι κληρονομοῦν ἐν τοῖς  
 » φυτοῖς. Nam si apertum, atque confessum est: sexum esse in  
 » plantis, ita cognitum, ut & à substantiæ modo: puta molli-  
 » tie, lænore, rigiditate: & ab officiis, quale est fructificatio,  
 » designentur, Quid nos moueat ad quærendum, an mista sint  
 » hæc in uno. Quæremus igitur etiam in animalibus, Quam-  
 » obrem sic est intelligendum: Si mas minus, femina plus fru-  
 » ctus fert: sic enim dicit ἄλλιον ὑπερφόρον: non hoc ipso diffe-  
 » rent, quod est ferre fructum. Sed quia generatio in animalibus  
 » uidetur fieri per marem & feminam: & in una plan-

ta fit generatio sine alterius plantæ coniunctione: concludetur a simili natura, in illa una planta duos esse coniunctos sexus simul. Galenus in libro de historia philosophica sententiam recitat Empedoclis: prius emeruisse plantas animalibus. Verum propterea quod temperamento modus aberat: hoc enim est *ἡ ἀπὸ τῆς ἰσότητος ἀμειλιχία*, utriusque tum maris, tum feminae simul obtinuisse rationem. Declarat autem quamobrem defuerit commensus ille mixtionis. Quia, inquit, terra planta pars est: quemadmodum matricis fetus. Non ergo pessimè nugatus ille fuerit, Vinum esse terræ sanguinem: præsertim cum terræ fel item habeamus, Centaurium. Superiorem sententiam de terræ fetu Stoicis ascribit Plutarchus. De sexu uerò sic agamus: Non posse simul utrumque conuenire, atque in unum coalescere: tum quia concretionē diuersa, tum propter officia contraria. Siquidem respondent inter se mutuis affectibus agentis, & patientis. Priores persuasiones admodum imbecillæ sunt. Esto mas robustior, durior, horridior natura sua in animalibus, femina mollior. In planta hæc misceri posse profitetur Empedocles, quemadmodum in Androgyno. Firmiter argumentum fuit illud ab officio generationis. Quanquam mox exactius perpendemus hæc. Nam si Erythinus in se gignit sine maris opera exterioris: maris interioris in se habere proportionem uideatur. Et quemadmodum innuebamus, laxior est sententia, καὶ ἡ ἀπὸ ποθέου ἀλίου. Non potest hoc accipi pro differentia, quæ alterum admittat, ac statuatur: alterum amoueat: quandoquidem plus, & minus non incommodat essentia. Et pueri nō ignorāt illius orationis necessariā cōsequutionē: Si plus est fœcūda femina, quàm mas: mas quoque fecundus.

us. Habent igitur eadem in se principia: ergo mixta. Ait uerò, separatū sexum plantis attribui decere: nō officio sexus, atque functione: neque enim à mari fœminam iniri: sed ab imitatione qualitatū, quæ insunt in animalibus. Tametsi antequam ab hisce discedamus, nonnihil horum quoque uestigiorum in plantis ipsis diligentius explorata demonstrabimus. Incundam uerò excursionem, si deducare per sexuum differentias in plantis. Aliis nanque alia de causa sunt attributi. Persica, quorum carnes ab ossibus absistunt, arboris fœminæ fructum dicunt: quibus hærent, masculæ. In Cydonis oblonga maribus, orbiculatiora fœminis assignant. Franci iudicant aliter: assignant mari pulpam pallidam, fœminæ candidiorem. In Cannabi à fructu. Semen quod ferat, fœminam: marem, sterilem. Idem in Spinachiis. A qualitatibus autem sic, Molliores fœminam. Itaque scriptum est in tricesima secunda questione propositarum questionū: Graias mulieres appellare consueuisse aurem dextram, marem: sinistram, fœminam: propterea quod sinistra omnia molliora. Enodes quoque magis fœminas arbores, itēque rectiores. Mares tortuosiores iccirco, quia materia constent crassiore. Crispitudo nanque ex succi crassitudine, aut uiarum anfractu, aut perustione: ideo non secus à calore, sicut in sequenti sectione disputatur. Qua ratione uidetur similitas in Aethiope. nā in nostratibus infantibus modus alius: scilicet humiditas nondum percocta. Subsiciens igitur, & plane humiditas absque calore, quantus ad id rei requiratur: quasi opus affectum modò, necdum perfectum. Theophrastus in primo de causis, mares ait in plantis densiores, atque sicciore. Sic & Philosophus in decima sectione: Ani-

similitudo  
in Aethiope



malium genus animosiorum item durius. At animosiores  
mares. De Tigride, & Vrfa aliter alij sensere. Verum equi-  
dem arbitror fœtuū charitatem illis animos addere. Quod  
si præter id quoque tales etiam sunt, ferociã dixerim potius,  
quàm fortitudinem. Sunt enim bestiaẽ quaedam, quæ pro-  
pter amentiam præbent speciem generositatis, ut Elephan-  
ti fœminæ. Aliis in periculorum momentis, metus peioris con-  
ditionis audaciam creat. Tales Panthera sunt: fœuẽ potius,  
quàm liberali confidentia fortes. Itaque illis etiam  $\rho\delta\lambda\epsilon\gamma\eta$   
assignat Aristoteles. Sic partim fides, partim inuidẽtia parit  
in Cane feritatem. Quamquam etiam citra rabiẽm, tum fa-  
mes, tum atrabilis eos acuit in dominorum perniciẽm ali-  
quando. Hoc & Actæoni contigit olim, & nostrorum pa-  
trum tempestate, Corsis quibusdam. In eodem libro Theo-  
phrastus, rariore concretionẽ, ac solutiore fœminam, quàm  
marem. Sexum uerò mistum, confusumque uno in subiecto  
inter hæc naturalia potuit existimare Trimegistus: qui e-  
tiam in Deo principia posuerit utriusque sexus, apud suum  
Asclepium. Id quod prudenti est intellectu temperadum.  
Est enim Deus idem in se, & ab se, & per se, & propter se  
intellectus, & uoluntas una, & unum. Vnde ex intellectu  
fœcundo uolũtas gignitur: utriusque consensu, quia unus est  
in uno, unus procedit spiritus. Spiritus ille ineffabilis, omnia  
complens, omnia ens, omnia esse faciens: Vnum uerò sunt,  
propterea quòd principium habent nullum. Esset enim prin-  
cipium illud, hoc ipsum, quod Deum esse dicimus. In aliquo  
tandem igitur acquiescamus, quod sit hoc, quod ab alio non  
prodeat, quod in aliud sibi simile non exeat. Quippe nihil  
extra id, quod totum est: qui est omnia, extra quem nihil.

Ibi

Ibi cum paulisper substitisset: Vix, ait Minutius, queo me  
continere, quin exclamem. Iam tu ex uulgaribus plantariis  
in uera illa prisca, ac tot illustribus uiris decantata uirida-  
ria duxisti nos. Nam equidem memineram uerba illa Tri-  
megisti, ac sanè corticem substomachabar. At tua opera di-  
uinam medullam, quouis Encephalo Siculo suauiore, gu-  
stare iam nobis licet. Sed herbas ubi relinquemus? Nam  
ego statim supra celos omnes sum. Et ille: ad herbas igi-  
tur. Profecto diuinarum rerum contemplatio uentus est: at-  
que, ut loquitur optimus præceptor,  $\iota\sigma\tau\alpha\lambda\upsilon\varsigma$ . Is uti me su-  
stulit, si uolet item demittere, apud Plutarchum iam sim. In  
quinto de placitis Philosophorũ,  $\rho\alpha\upsilon\delta\omega\delta$  ascribi masculis à  
Parmenide, scriptum reliquit: fœminis autem  $\alpha\sigma\tau\alpha\lambda\upsilon\tau\alpha$ .  
At in mulieribus nostris aliter sentiat aliquis: de flore nanq;  
uidetur carne. Quocirca minus affici frigore, minus sudare,  
minus pilosas esse. Ceterũ carne quidẽ carne. Nã sanè pro-  
pemodum nihil aliud quàm caro sunt. At ossa, & nerui, &  
membranaẽ uiri longẽ sunt compactiora omnia. Hic autem  
de mari tria dixit:  $\sigma\alpha\lambda\upsilon\varsigma$ ,  $\sigma\epsilon\lambda\eta\gamma\epsilon\delta\omega\delta$ ,  $\phi\epsilon\lambda\sigma\sigma\omega\delta$ . Adeò tamen co-  
herent inter se,  $\phi\epsilon\lambda\sigma\sigma\omega\delta$  &  $\sigma\alpha\lambda\upsilon\varsigma$ : ut facilius dicantur uoca-  
bula, quàm res diducantur. Asperum nanque affectus est  
partium in superficie dissitarum:  $\phi\epsilon\lambda\sigma\sigma\omega\delta$  est eius quidam  
modus, quem per horrorem libenter explicauerim. In nobis  
horripilationem uulgares medici, minus ineptẽ, quàm bar-  
barẽ. Græcam uocem retinent etiamnum Galli. Eam cutis  
inæqualitatem, quẽ tactui leuem asserat offensionem, in ser-  
pentum coriis  $\phi\epsilon\lambda\sigma\sigma\omega\tau\iota$  Philosophus appellauit. Empedo-  
clem uerò etiam, in quibus non licuit sequi, libuit admirari  
saltem. E re igitur cẽseo tanti uiri animum interpretari. Pu-

q 4

caus

to itaque eum sic sensisse: Generationem esse actionem in  
 substantia, à substantia, ad substantiam. Quamobrem ha-  
 bere & efficientem, & effectiōem, & effectum, & ex  
 quo fit, & in quo fit. Quae omnia cū separatim nequeant  
 in plantis poni, propterea quòd ea locum mutare nunquam  
 uisa sint: opinatus est in ipsis ille horum principia confusa.  
 Non admodum, ut ego quidem reor, ineptè. Quemadmodū  
 in lapide si quis intelligat agens, & patiens, cū mouetur  
 (siccirco nanque descendit) eundem ad modum plantis inesse  
 simul actionis primordia, & passionis: ea proportione, ut in  
 se & concipiant, & fœtent. Non enim assignare possumus  
 causam fructificationis, aut propagationis, quae è semine,  
 & per semen fit: nisi sic intelligamus. Sterilibus autem plā-  
 tis, quia horum altero destituantur, alterum tantum ascri-  
 bent sexum. Vtrum uerò desit? Sanè masculi. In se nanque  
 fœmina concipit: mas nunquam. Porro ad alterum argu-  
 mentum accedamus: quod est profectò nobile, nec displicebit  
 uobis. Accedit enim ad eum disputandi modum, qui ualde  
 est commendabilis in prima philosophia: A simplicitate, à  
 primitate, ab eo quod est esse in alio, aut in seipso. Quae, in-  
 quit, concreta sunt: ea necesse est, prius simplicia fuisse in se-  
 ipsis, & seorsum esse marem, seorsum fœminam: atque inde  
 misceri. Concretio autē erit nō nisi secundū propriā genera-  
 tionem. Igitur inuenta fuerit in plantis concretio ante con-  
 cretionem: Quae etiam debet esse agens causa in eodem tem-  
 pore. Non ergo maris & fœminae sexus erit ulla in planta  
 simul in unum coniunctorum. quia enim talis utique plāta  
 fuerit perfectior animali. At quanam ratione fieri queat id?  
 Quippe animal nullius indiget externae opis ad propriam

gene-

generationem. Sed planta opus habet anni tempestatibus,  
 & Sole, & aliis talibus, potissimum in tempore ortus sui.  
 Eius nanque principia duo sunt: unum alimenti à terra, al-  
 terum generationis à Sole. Quinetiam dixit Anaxagoras,  
 plantarum humidum à terra euenire. Quocirca ad Lechi-  
 neon scribens, ait: terram esse plātarum matrem, Solem ue-  
 rò patrem. At nos in plantis concretionem alio delineare  
 modo instituamus. Planta semen existere simile fœtura ani-  
 malis: quae maris, ac fœminae mistio est: & sicut in ouis, cū  
 generatur pullus. Indidem enim est eius alimentum quoque,  
 quoad perfectionis, atque exclusionis tempus appetat: tunc  
 enim excludit pullum fœmina una hora: Sic de planta se-  
 mine dicendum est. Haec ille, quae doctè atque acutè di-  
 cta uidentur mihi. Quae hīc ego concreta, ille κερραυδία,  
 & κερραυδία tempestatibus. Est enim tempestatas idem, quod  
 temporis opportunitas, à paucis obseruato usu hoc significā-  
 di. Sic noctem intempestatam dixere ueteres ineptam operi  
 faciundo. Ea uerò pinguiusculè excurrimus: sic enim scri-  
 ptum est: ἃ δὲ φωνὴ τῆς θεῆς τῆς οὐρανῶν καὶ τοῖς κερραυδία τῆς ἔρας. De-  
 clarat quid sit illud, τῆς θεῆς: scilicet Solis eget. Ait itaque, θεῆ-  
 ται γὰρ ἡλίος. addit deinde & tempus, & temporis qualita-  
 tes, ut sit opportunum: καὶ τὸ δὲ κερραυδία, καὶ τὸ ἔρας πᾶσι. id  
 est, accommoda temperatione. Et ἡ γὰρ τὸ πᾶσι δαίμων, delineare.  
 Est enim τὸ πᾶσι figura impressa ab aliqua ui, παρὰ τὸ πᾶσι.  
 Itaque formula, quas ante legitimum opus sibi faciunt ad  
 manus pictores: in quibus sese postea imitentur, hoc nomi-  
 ne dicta fuerunt. τὸ πᾶσι est in cera per impressionem Sphin-  
 gis, aut Palladis in gemma excauata. Signatiūs in nummo.  
 Et οὐ κερραυδία, in fœtura. κύναιος nanque fœtus Hippocrati.

ἔξωδον uerò dixi, exclusionem, apto ad materiam uerbo. Hac rectè ne, an secus expresserim, consulendus est Ferrerij thesaurus. Haud malè, inquit Ferrerius, coniectaris. Nam ipse tempus satis habuit dicere τὸ καιρὸν. At aliter Hippocrates: non solum ubi monet τὸ καιρὸν ὁ ξυὼ εἶναι, atque elabi: nam tempus nunquam deficit nobis: temporis articulis ὑπερζόμεθα uerum etiam cum dicebat, ὁ καιρὸς οὐ χεῖρον. Ἐ δὲ κεραιῶν simpliciter, communique generis uoce temperamentum. Quae iniuria facta politioribus institutis emendatae medicinae iam est ab illo animaduertenda. κεραιῶν enim temperamentum quodecunque, qualecunque, quantumcunque. Nec caret ratione. Ex confundendo enim, ac miscendo, refringuntur mutuò qualitates. Iccirco Galenus ex usu, præceptisque sapientum semper μετὰ πλεονείκης, δὲ κεραιῶν, aut δυσεκραιῶν. Sanè temperamentum ipsum attemperat adhibita lege. Proinde tuo more fecisti, ut signatissima uoce diceres commodam temperationem. Tuam uerò delineationem illusit hic deterrimo uerbo, imaginari inquit. Quin τὸ ποῖον, tametsi figura est aliunde, sicuti dicebamus, exprompta: at ἔνδε, ἔνδε alibi pro exemplari sumitur, quod imitemur: non quòd alius rei sit imitamentum. Tanquam lex igitur proponitur, atque edicitur, quae spectet ad seminis plantarum rationem. Deformare uidetur hunc ad sensum uti Quintilianus. Et puto maximo poetarum carmen deductum, nihil aliud significare, quam quòd ἰχνοσεκραιῶν representaret, à filorum simplicitate metaphora sumpta. Quin ita interpretor è Rhetoricis δὲ ἀπόλυτον Philosophi, quòd nequicquam, pendens, ueritit Trapezuntius. Verùm de his alibi. χυμῶσαι uerò uox est cucullaria, nec meliore nota signata nobis hìc. Dixit enim,

pragna-

prægnationem. Fatura, belle: sicut scriptura, curatura, sepultura, coniectura. Excludit autem optime, ἐκλίπει, iste exponit: credo est, ἐκτίθεισιν, apud te. At illa nihil minus, quam exponit: Imò uerò tollit, ἔνδε educat. Esse nanque contraria ἐκτίθεισιν, καὶ ἐκτίθεισιν, non ignorauit Oedipus, Cyrus, Romulus. Est uerò hìc, quòd te uereor ueritum esse: masculinitas, ἔνδε feminitas: ubi tu maris, ἔνδε feminae sexus dicebas non uniri posse. Quòd si ille ausus est ita, ἀρεῖοῦτος καὶ θηλυτός, iam habemus metaphysicum: qui uix semiphysici sustinet dignitatem. Sexum uerò longè melius tu semper, quòd ἔνδε Græcè γένος, ἔνδε hìc Genus. Non enim Latinis philosophis hoc id unquã significat: sed commune illud, quòd de pluribus differentibus specie prædicatur. Quae in re certior fuit supellex nobis, ἔνδε opulentior etiam in media philosophia, quam adeò sero profiteri cœpimus. Tametsi Graiis ipsis originem debemus: sicuti penè uniuersa lingua nostra. A disunctione tractum nomen, quae per aduerbium ἔνδε, denotata est. His dictis ille conticuit. At suscepit extemplo Minutius oratione. Multa utrinque admodum accuratè. Sed quare non rogabas Ferreri, quid ita κεραιῶν dixerit concretionem. Quòd igitur non fecisti, ut rogares, facio ut non nesciam. Dicam ergo quasi causam, inquit Baiulius: cum postulor quasi κεραιῶν, inuectis nouis docendi legibus. Si Græcam uocem Latina uobis æquauissem: laudi id fuisset mihi: si Græcolatina dedi sedulo expressam, quis infimulabit flagitij? Creò supra ducebatur πλεονείκης τὸ κεραιῶν: hoc πλεονείκης τὸ κεραιῶν deriuari placet. Vnde cum Cicerone κεραιῶν concretionem dicam, ἔνδε concretionem. Tametsi fusius patet κεραιῶν. Nam concretionem tantum utar, ubi solidi quippiam

fit:  $\kappa\epsilon\gamma\acute{\alpha}\varsigma$  aptatur etiam liquidis. Vnde  $\kappa\epsilon\gamma\acute{\alpha}\mu\alpha$ , uinum aqua dilutum, & apud Plutarchum in commentario ad Pollianum, & apud Dioscoridem in capite de iunco: quod Hermolaus aquam transtulit. Vitruuius autem  $\kappa\epsilon\gamma\acute{\alpha}\omicron\nu$  in primo misionem appellauit. Et uerbum temperare in ea posuit significatione, quæ non ut Ciceroni latitudinem, sed punctum ipsum medium statueret mediocritatis. Sic enim scribit: Aliam misionem habet genus auium, aliam piscium, longè aliter terrestrium natura. Volucres minus habent terreni, minus humoris, caloris temperati, & aëris multum. Ecce, temperatum, statuit sub medijs modo. At multum illud aëris, & parum illud terreni est nihilominus temperatum in auibus. Non enim simplex & summum, sicut in elementis. Meminerimus etiam Senecam, in secundo de ira, misturam appellasse. Satis, inquit Minutius, habeo. Sed explica quæso, quomodo concreta prius discreta fuisse necessarium sit. Nam inter elementa fac ignem simplicem, ac seorsum situm: at terram, & aquam puras usquam inueniri, neque animalium induxerunt multi boni, ac docti uiri, ut crederent: & à me, quid ita sit, multum dubitatur. Quamobrem hic idem cum dicit, semen esse fœturæ animalis simile: non secum facit. Quæram, eo in semine ista ipsa principia, quæ sunt coniuncta, extra semen ubinam disiuncta fuerint in seipsis. Nempe arboris aut pars, aut opus, semen est. Si pars: ergo in arbore concretus sexus. Si opus: igitur accepit ab arbore, quod habet. Sunt itaque in arbore maris, ac fœminæ cōfusa principia: idque optimo naturæ consilio. Cum etenim generatio sit ab agente in patiente: natura operi suo, cui simul & motum negasset, & generationem tribuisset, generandi

facul-

facultates proportionales indidit coniunctim. Id quod inde quoque potest colligi. Siquidem quarundam stirpium è semine alio mas, alio fœmina proueniat. Idem fiet ergo, quod querit, licet alio modo. Querit, an principia fuerint antea disiuncta. Ostendo: post illam coniunctionem quemadmodum disiungantur. Id constat in Cannabe. Ex eodem stipite funditur semen, quod partim euadat mas, partim fœmina. Igitur & separantur in plantis, quæ in ipsis erant comparata: & comparantur in animalibus quibusdam, ut in Erythinis, quæ erant in alijs separata. Hæc habebam, quæ sentirem. Probè, meo quidem iudicio, sentis, inquit Baiulius: & acutè explicas. quare prorsus assentior. Hæc eadem dicturus ego quoque fueram, nisi anteuertisses. Nunc uerò rē operosissimam, ac maximè iactatam uideamus. Ait, animalis fœturam maris, ac fœminæ continere misionem: ergo ita statuere uidetur: utriusque semen concurrere. Ac quamquam in decimo historiarum ita scriptum est, tamen aduersus omnes ueteres in secundo de generatione animalium certo instituto Philosophus aliter profitetur. Ergo, inquit Minutius, Decimum illum librum cuius censes? Aristoteli nanque attribuere uideris. At multis indicijs non esse deprehenditur. Principio nouem tantum libri recensentur à Laërtio. Deinde non potuit ab eo proferri pro sua talis opinio, quam tantis conatibus esset euersurus. Et semina tanquam aliqua iacit in historijs eorum omnium, quæ cæteris in libris est postea perspicacius explicaturus. Neque sanè cohæret argumentum. Vt post mores, ac uitam animalium narret hominis generationem, de qua iam antea dixerat in septimo. Denique mos eius non est, uiri maxime constantis sibi, atq;

in commentationibus suis parcissimi uerborum, frustra materias retractare. Tum ille, Decepit me dictionis puritas, atque elegãtia incomparabilis, tum stilus perquam similis sui: ut etiam si non Aristotelis nomine circumferantur, ultrò ascripserim. Arabes quoque ij, quibus tantum tribuit hic Scaliger, Auicennam dico, & Albertum, & alios, illius esse existimarunt. Tu uerò Cæsar, cui detulisti, cum es illum omnium primus ausus excutere? Videbis, inquam, ubi edentur. Edentur uerò non antè, quàm firmitatem nacti sint: quam equidem nondum in eis uideo: atque haud scio an illis unquam affuturam sperem. Sed quid altius uideris Baiuli, cogitare? Quærebam, inquit, quod ait hic: Si in planta uterque sexus insit, planta sit, quàm animal, perfectior. At non sine caussa moderatus est aduerbio, fortasse. Argumentum enim uidetur esse nullum: Facilius, aut commodius sit: ergo perfectius. Contrà sic: Solo attritu ex occursum, atque in transcursu coeunt pisces: horum tamen coitus imperfectus est. Nam quod addit, plantam opus habere anni tempore, Solis opera ad generationem: hoc item de animalibus multis dicas. Locustarum historiam, Bombycum, Cicadarum, aliorum complurium recense: atque cum illis item apponas locum, cuius ratio par. Non enim in Germania, Nortuegia, Schondania Psittaci gignuntur: quia regiones propitio celo non utuntur. Tum pisces, aut aues, aut fera alia, nõ nisi certis, atque statis anni temporibus. Neque Sol solis seruit plantis, præsertim in Lyceo, ubi Sol & homo gignit hominem. Quod uerò facit, ut ouo semen comparet, rectè fit. Idem sentit præceptoris insistens uestigiis Theophrastus in primo de causis. Seminum, inquit, natura ouo proxima

proxima est. Illud autem: τὸ θῆλυ ἐκτίθειται τὸν νεοσσὸν ἐν μὲν ὄρεσσιν, ex Arabia prodiit in hanc scenam. Sic enim loquuntur, ubi tempus nominant. De ouo maxime urgeas, si sic dicas: Oui principia coniuncta esse, quæ foris erant in mari & femina separata. Ergo si semen ouo simile sit, habeat cõiuncta principia. Ea cum ab una tantum arbore sint profecta, necessariò in arbore concreta fuisse dicantur. In his paulò diutius sum immoratus ob difficultates & propositum confragosa loca prospiciens quadam, ne in ea impio, & magnoperè pertimescebam. Sunt enim adeò obscura, & que ad ingrediendum animi satis sit: & ualde meo, ne ingresso mihi non liceat inde sine maximo periculo referre pedem. Igitur Gracè recitabo, quo uos omnes partem ferre nã feratis: Ferrerius uerò etiam euocet subsidia. εἶπε πάλιν ἔμπεδοκλῆς, ὅτι τὰ φυτὰ, εἰ καὶ νεοσσὸς, ἔθνη ἄνθρωποι. διότι τὸ θῆλυ μὲν οὐκ ἔθνη ἀνθρώπων, εἰ μὴ ἐκ φύσεως τῆς ἀέρος. Nequeo satis mirari hanc uerborum turbam. An dixit Empedocles plantam non gignere, qui in planta coniunxit principia generationis? An sic? Non gignit à planta plantam, neque à gallina pullum: sed ex plantæ semine plantam, ex gallinæ ouo pullum? Quæ hæc argutatio? Non interficiet uiatorem latro, sed ensis quem latro tenet. Et νεοσσὸς quid hinc rerũ gerat, nescio: neque uerò, quid antecedentes particula. Sed uerba potius tegunt sensum, quàm ostendant. Quare Ferreri, ne desis nobis. Adsum, inquit ille, nec fortasse uacuus. Legit enim νεοσσὸς, nõ autem νεοσσός. Atque ita fit. Quanquã plantæ nõ gignunt pullos, quia quod gignitur, gignitur secundũ seminis naturã. At natura in semine lactuca, lactuca est: nõ autẽ pulli. Exhibet igitur lactuca, non pullus. Scitè, inquit Ba-

*iulius, meque, teque expedisti. Sensus enim iam ex uerbis elucet: at Autoris consilium adhuc in obscuro est. Huic enim, εἰ καὶ τὰ φυτὰ τῶν νεοσοῦς ἔχουσιν: quomodo respondebunt illa? ὅμως ἔτι οὐ φαίνεται ἀποκριθῆναι, καὶ οἱ τῆς μίξεως ἀφ' ὁρίων, καὶ τῆς ἀπλοῦς φυτῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ζώων. ὅτι καὶ ἡ μίξις τῶν φυτῶν ὅστιν οἱ διοικίσει τινί. Quanquam lactuca non gignit pul- lum, tamen debemus intelligere de mixtione plantarum, si- cut & animalium. Nam eodem modo dicā: Tametsi equus non gignit capram, tamen, ea quæ subdit postea. Tum quod ad hanc attinet partem: quis uidit usquam plantas anima- lium coire modo? De proportione quadam huiuscemodi coi- tus postea uidebimus. Et quid hoc est constantiæ, nunc po- nere οἱ μὲν διοικίσει concretos sexus, quos ita esse negabat su- pra? Sed omisimus, quæ extra ordinem de initiis uitæ plan- tarum dicebat supra. De semine loquēs addit hæc: καὶ ὁ πῶς μὲν ἔστι τὸ αἶμα τῶν ἀρχῶν ἵσθηται γίνεσθαι τῶν ἔργων. καὶ τὸ γυνώμενον κινᾷ αὐτὸ ἰαυτὸ παρ' αὐτῆς. Existimat, ex seminis portione ra- dicem confieri, ex altera, quæ reliqua fit, illi alimentum sup- peditari. Quippe radix illico hausto à terra uiuit humore, quo nutritur. In generatione uerò patiens alterationis mo- tu mouetur ab agente informatrice: quoad organa uerum ad motum comparentur, atque constituantur. Nunc ad re- liqua. Animalia, inquit, cum coeunt, miscentur sexus, at- que eorum potestates, quæ prius erant seiunctæ. Inde ab his duobus res una prouenit. Id quod in plantis non est. Non enim, posteaquã earum uel sexus, uel potestates mixtæ sunt: rursus fit, ut segregentur. Mirifica profectò uerba, quibus supponit (sic enim Mathematici loquuntur) misceri planta- rum sexus inter se. Dicit enim sic. ὅτι μίγνυται τὰ ζῷα, καὶ*

διωκόμεναι

διωκόμεναι τῶν φυτῶν. Ergo sunt separatæ alicubi, aliquando, si- miscentur. Est enim mixtio motus rerum separatarum uni- bilium per contactum minimorum naturalium inter se. At supra negabat separata illa extare usquam. Præterea ne in animali quidem semouentur: propterea quod generatum semel animal neuiquam postea mutatur. Quippe ex semi- ne maris, & femellæ item semine coniunctis fit fœtus: quo in fœtu nihil apparet disunctionis, quæ demonstret iterum se- xus illos segregatos. Et supra Cannabis exemplo similem naturam declarabamus. Quod uerò de separatione diceba- mus, de coniunctione quoque uidendum est. Quoniam sicut ostendebamus semen in fœtu non distingui: ita etiam indi- catur: ex eo semine non confici fœtum, qui mas, & femella fit. Imò uerò quod eiusmodi fuerit, monstri nomine, & censu comprehendi. Quare alterum è seminibus, quod ad sexum attinet, nihil conferre uidetur. Ergo cum sexus ipsi non sint principia substantialia, poterunt in plantis misceri: quo mo- do uis utraque, maris scilicet ac femine misceatur in alterutro sexu tantum. Neque illa commodiora. Si natura, inquit, marem cum femina miscuisset, rectè res procederet. quippe in plantis actionem uidemus nullam, præter fructuū gene- rationem. Nihil hisce uerbis perplexius: nihil hiantius hac sententia. Sic tamen emolliamus durissima hæc. In plantis cum femina si concretus esset mas, à natura factum rectè fuisset. Quod inuenirentur in plantis actiones. Essent itaque perfectiores. At nullæ sunt actiones. Primum quæremus: an putarit quicquam melius à natura fieri potuisse, quàm fa- ctum sit. Nemo sanus hoc dixerit. Deus cum omnia conde- ret, atque ordinaret, nihil plus ex se quæsiuit, quàm quan-

r iij

tum uoluit . uoluit autem optimum. Classes igitur, ac gradus, & constituit, & attribuit suum cuique. Quod uerò præter hæc est, monstrum est. Quid enim esset arbor, si loqueretur? Nam eiusmodi uanitates detestantur sapientes in mendacissima natione, apud Argonautas. Haud perfectio esset perfectior. est enim id præter illius genus. non esset igitur id, quod esset. Itaque actio tametsi perfectionem arguit animalis: at lapidi nulla fuerit perfectio. Quanquam quid hinc actum est? Cum generationem attribuit, actionem tollit? Nonne est actio generatio? Tanto inconsultius: cum est actio sexuum propria, prima, per se, immediata: & quoad sexus ipsi sunt. Imò uerò tanto præstat actio generationis actioni motus animalis: quanto est nobilior perpetuatio speciei, quæ est imago quædam æternitatis: quàm huius, aut illius animalis ministerium, quod motu comparatur. Quare contra sic concludam: Habent à se plantæ generationem: ergo habent in se plantæ principia generationis. sexum igitur. Non separatam: motu nanque carent. mixtum igitur.

Quæ sequuntur, morosa sunt: ἡ δὲ γὰρ ἔστι ζῶον κεχωρισμένον τῷ θήλειος, εἰμὲν οἱ ἄρσενος, αἷς ἢ σωάπτεται. Hoc est, quia datus illis fuit motus: iccirco plantis immobilibus simul inditus uterque sexus. Verbum uerò, κεχωρισμένον, ambitiosius positum. Nam etiam ubi coeunt, sunt κεχωρισμένα. non enim locus unus communis ambobus est. Sed aer utrique suus: mari uerò fœmina ipsa aliqua ex parte, qua illum ambit. Proinde non sunt unum, ut planta. Vbi uerò paulò attentius rem cōsideraui: eandem sententiam cōtrario dixissem modo. Nam quid referebat, ponere animalium disiunctionem ad id probandum. Imò uerò potius sic, per affirmationem, non per ne-

gatio.

gationem: αἷα δὲ τὰ ἄρσενα κεχωρισμένα ἔστι τῷ θήλειος, ἕξω ἢ σωάπτεται. Quod uerò addit, tanquam finem, audiamus: τῷ δὲ ἔστι δὲ πῶς πολλὰς ἀρσενίας αἷας, καὶ πολλὰς ἰδησίμους. At enim uero nunquam ratus sum fore, ut putaret quis fœminam à fœmina separatam propter uel officiorum frequentiam, uel copiam scientiarum. Contra equidem sentiam. Quemadmodum in consiliis plura capita sententiam dicunt compositiorem: ita Deus mari fœminam si miscuisset, pro uno duos, pro simplici duplicem hominem ageremus. Nolim tamen. Careremus enim tot elegiis, tot cantiunculis, tot conuestiunculis, tot exprobratiunculis, & tuis illis Cæsar nouis epigrammatibus: quod tibi, opinor, plus doleret, quàm tuæ Lucina proteruitas. Hic cum arrissemus, rursum se ille recepit ad narrationem. Huiusce, inquit, naturæ dicuntur Heroes olim fuisse: quorum humanitas diuinæ perfectionis coniunctione fieret augustior. Neque alia de causa Mulus Equum patrem tolerantia, pernicitate matrem superat Asinam, atque elegantia. Neque alia ratione Cypriū, quod uocant, as arte factum, æri natiuo & cattitero firmitate antecellit. Ergo & Antisthenes cum in prælio, quod ad Tanagram factum fuit, præter ceteros foriiter pugnasset, fecit, ut Socrates diceret: ex duobus Atheniensibus ortum ad eam uirtutem accedere non potuisse. Obiiciebatur enim illi, quod non esset ἀνὸ τῶν θεῶν. Verum hæc animi gratia: ne de meis uerbis, pessimum lolium, spurij tollant animos. Minus uerò sententiam nostram probetis uos: ubi in mentem ueniet, in Platonis picturis utranque naturam simul fuisse, postea meliore opificis consilio disiunctam. Inter hæc Minutius, quasi aquulam fesso de uia facetus aspergeret: po-



taſti tu, inquit, merum aliquando? Quid tum poſtea? reſpondit ille. Et aquam? Nimirum. Et utrunque miſtum ſimul? inquit Minutius. Equidem, ait ille. Ergo longe deterius eſt meraco dilutum? Virum tu confæminatū (monſtroſo enim apparatu monſtrum adornandum eſt) ita diluiſti, ut iam ſit neutrum, quia ſit utrunque. Deteriorum nanque affinitate atque ſocietate deteriores ſimus. Subriſit Baiulius, & ait: Sapientior eſſes fortaiſſe tu, ſi minor exiſteres iſto tuo animo igneo. Id quod lectiſſimæ, ac modeſtiſſimæ uxoris temperatione contingere potuiſſet. Nam & tibi cum ſubſelliis facilius conueniſſet: & rem haberes, uel faceres lautioſiorem, & affinium uoluntatibus commodioribus uterere. Cui faciliore, atque apertiore uultu Minutius: Accipio, inquit: ſed ita ſane, ſi etiam Leonem admiſceas ob fortitudinem: Tigrim ad pernicitatem, aut Bubalin, ſi modò eſt Lant Africana. Tum addas alas, ſed ſine filo & cera. Ad cælum enim malim, quàm Cumas. Hic uerò magis arridere nos: Baiulius etiam plauſu approbare urbanitatem. At ego, inquit, hoc agebam. Separandorum ſexuum non fuiſſe cauſſam, uel intellectum, uel uoluntatem: quorū perfectione conficitur Sapientia. Cuius umbram modò ſi plantarius hic noſter attigiſſet, non nos oneraſſet nugis. Quamobrem ne de huius uæcordiæ poſſeſſione deturbetur, pergit etiamnum eſſe ſui ſimilis. Sunt, inquit, qui completas arbitrentur plantas. Sed malo Græcè. Nam uos tam ſaris myſteriis defraudare, mihi iam religio eſt: εἰς δὲ οἷτινος τὰ  
 20 φουτὰ πεπληρωμένα ὑπολαμβάνετε, καὶ τὴν χεῖρα τῆς ζωῆς αὐτῶν εἶναι  
 21 Διὰ τὰς δύο διαίτας, ἃς εἶχει, ἤρωσθε τὴν τροφήν τὴν αὐτῆς  
 22 δεῖται εἰς τὸ φέρεται αὐτὰ. καὶ Διὰ τὴν μακρότητα τῆς ἰδέας ἐπέφθασε,  
 καὶ

καὶ τὸ καὶ ὅπου τὸν βλαστῶν, καὶ καὶ ποφορῆ ἡ ζωὴ αὐτῶν. καὶ φέ-  
 20 φεται πρὸς αὐτὰ ἡ νεότης αὐτῶν. καὶ ἡ γίγνηται οἱ αὐτοῖς τι πορεῖ πόν.  
 Quis intelligat τὸ χεῖρα, & τὸ Διὰ, utrum utrius cauſſa fiat? Nifi res ipſa per ſe clara eſſet, uerborū beneficio nō fieret. Videtis, qualem, ut aiunt, uſam in caueam ſuſceperim abdu-  
 cendam. Iam illa ſententia cuiuſmodi? Gratia uitæ planta-  
 rum eſt à duabus poteſtatibus: tum quia ei ſatis ſuppedi-  
 tatur alimenti, tum quia uiuunt diu. Ita rem illam arca-  
 nam, atque antea nunquam auditam: Plantam uiuere, quia diu uiuat. Et ait uitam fructum ferre: ut etiam in hi-  
 ſce agris Pindarum ampullari miremini. Et quomodo reuer-  
 titur ad eam iuuentus, qua nondum aduenerit, cum acce-  
 dit? Quòd ſi tantum audeat facinus, ut reuerſionem fruti-  
 ficationis appellauerit iuuentutem, fecerit iam ille quidem  
 atatum uiciſſitudines. Vt poſtſidie, quàm deſierit germina-  
 re, aut fructum edere, uetula ſit. Tum atas hæc mala, ac  
 uieta poſt abeat, ſubeunte de integro uegeta illa. Neque ue-  
 rum illud eſſe: Nihil in plantis redundare ſuperflui: ſciat is,  
 qui etiam ex iuuenculus Amygdalis, ac Ceraſis, puta trimis,  
 aut quadrimis, gummi uiderit redundare. Concinnari ta-  
 men poſſit hæc ſententia ueſtra æquanimitate, ſic: Comple-  
 tas eſſe plantas, cum ſatis ſuſceperint alimenti: atque adeò  
 promouerint à primordiis ortus ſui, ut iuuetam adeptæ ſint,  
 neque quicquam habeant excrementi, & fructum ferant.  
 Caterum quotus quiſque dicat: adulta, ſtatæque atate  
 plantas carere ſuperfluis? Nam ſanè id atatis Allobrogum,  
 Centronumque arbores nobis Agaricum fundunt. Et ipſe  
 ſuam facit cauſſam deterioſiorem, cum ait, μακρότητα. Mul-  
 ta nanque planta anno altero perfectæ ſunt: eodem, non

f

paucā. Aliquot trimestri spatio : quaedam paucis diebus ferunt fructum : ut Lactuca, & Brassica, si terræ mandetur semen eo tempore, quo semen efformatur in sementiferis eiusdem speciei. Est enim semen tota planta : neque ab ea differt, nisi partium expressione. Et *ἡμεῖς* & *ἄλλοι*, quid esse dicam? Nisi quis nugetur, uita uenustatem. Loquuntur enim Syri, & Arabes ualde picta oratione, multasque delicias affectant in dicendo. Quemadmodum illud, quod monebamus, Planta uitam fructum ferre. Quod uerò dicit *ἡμεῖς*, iam quid illi cum Leuiticis? Etiam ne decumatum huc uenit Primitias sic uocant. Videbitis apud Pollucem *ἡμεῖς*. Fortasse fuit *ἡμεῖς*. Si est: esto. Planum hoc faciet Ferrerius. Ita sanè, inquit ille: nisi corrigenda asseram, corrector adero. Addit enim de suo, integras: Plantas completas, & integras. Quin integras esse eas, minus est, quam completas. Integrum enim solas partes denotat materiales. Completum idem, quod perfectum, etiam potestates, potestatumque tempestiua momenta: & quasi dixerim cum antiquis, tempestiuitatem. Paucis diebus planta integra est. Vbi folia constiterint primū, si stipes ei nullus debetur: cui debetur, ubi constiterit stipes. Nam flores, ac fructus tam eius partes sunt, quā fœtus mulieris. Sed longè negligentius dixit sic: Ipsarum uitam duarum facultatum gratia esse. Pessimè. Nam uerbum hoc, gratia, finem dicit. idem quod, propter. Quis putet, datam uitam, ut aliamur. At ille uersus plebeius est, quod primæ etati ad discendum apponatur: plenus tamen Sapientiæ, Esse decet, uiuas: uiuere, non ut edas. Concinniorem fecimus nos: melior fieri non potest. *ἡμεῖς* uerò, aut *ἡμεῖς*, non ineptè, durationem: fortasse

melio-

melio-  
 meliore fortuna, quā scientia. Pauci nanque nō ignorant, à lignis ductā, dictamque durationē. Quo merito plantis eam hic ascripserit. Fermēti similē, aut etiā fermentatā tuā cruditionē uocare solitus sum, Ferreri. Quoquo enim te infers, turgēt. Vel hoc postremū quis hīc inter plantas expectasset? Sed illa me reuocant. Ad somni reuertitur narrationes: quas nō puduit inter hęc cōmiscere. Non habet, inquit, opus planta somno multis de causis. Quippe in terra sita est, & ab ea uincta. Neque in sese motū habet: neque discretis terminis in partibus propriis, neque sensum, neque motū uolūtariū, neque animā perfectā, sed potius animæ partis partē tantū. Perpēdamus singulas propositiones. Non egere somni plantā: propterea quod non labore. Iccirco dixit, affixā terrę. Sed quid hoc? Nonne etiam animalia quaedam, licet immobilia, somnum tamen capere creduntur? Quot enim ex ostreaceo genere saxis hærent? Quanquam enim somnus quies est: non tamen est quies propter spiritus motiuos solos, sed ad aliorum quoque recreationem comparatur. Nihil ergo concludit inde, nisi addat, quod dicebat: neque sensum habere. Hoc iam tum toto negotium demum absoluitur. Pertinaciores pro Anaxagora dicant sic: Non de lassari motu, sed opere fructificandi. Falsò tamen illa uidetur apposuisse, *ἡμεῖς* ὅσον διαειρημένον ἐν μέτρῳ. Sanè suprā declaratum est: corticem, pulpam, medullam, definita esse: ut omittam uillos, nervos, uenas: quæ continua sunt mathematica, contigua naturalia. Quod enim corpus nerui est, uena non est. Loquutio quoque animaduertenda: ὅσον διαειρημένον. Imò uerò, μέτρον ὅσον διαειρημένον. Terminus enim præter, & extra intellectiōnem nihil est: neque tam separa-

f ii

tur, quàm separat. Si enim separaretur, fieret id per alium terminum: deinde ille per aliū. Tum porrò in infinitū ridiculè. Non enim forma à forma, neq; differentia à differentia, per formā differt, aut per differentiam, sed seipsa. Sed & in quibusdam animalibus partium disiunctiones obscuræ admodum: ut in Limacibus. Alia ratio. Non habet animam perfectam: non dormit igitur. Non habet equus animam perfectam: & dormit equus. Illud uerò quomodo accipiamus? μέγος μέγους ψυχῆς. Nam si uiuit planta, neuiquam partis partem, sed partem obtinet totius. Neque enim uegetatrix pars est potius sentientis, quàm intelligentis. Quanquam tum acutius, tum commodius intelligamus anima partes tres, id est potestates, uigorem, sensum, intellectum. Partem crasse dicimus: nō enim paritur anima. Et meministis M. Tulliū, partitiones illas dicere, quæ in toto fierent, cū in eas ipsum scindimus, quas philosophorum uulgus haud ineptè uocat integrantes: Diuisiones autem, cū secamus, atque diducimus in species genera. Quanquam ille secus, atque statuit, usus est. Partitiones enim cū inscripsit dialogum, plus in eo fecit diuisionum. Sed ad rem. Vnum restat difficillimum: καὶ τὸ φυτόν ἐκ ἰδίου καὶ ἐξ ἄλλου φυτόν. Principio ad rem nihil faciunt. Quid enim cum somno his? Dicebamus, formam esse finem generationis. Ad hunc modum quodcunque gignitur, propter se gignitur. Est alter finis extra. Hominis enim finis est, unio intellectus cū Deo: Deus unionis finis. Vtrum ergo plante finis homo est, an non? Pendet hæc ab illa: An omnia propter hominem facta sunt. Hoc Philosophus ipse asseuerauit: & uerum esse, alias ostensum est. Neque hic est locus. At plantæ si capiunt, ut hic exci-

stimat,

stimat, iccirco somnum, quia alterius rei ergo fabricatæ sunt, ne nobis quidem dormiendū esse uideo. Nec, si hominis caussa creatæ plantæ propterea negatus est à natura somnus, eadē ratione, pecori quoque negabitur. Itaque ut uobiscum atticissem, ὁ λόγος ἐκ ἐπιπέρας. Græca enim hæc in margine codicis huius ascripseram. Nam Latinè quibus modestius simul, ac plenius dicerem, in memoria non habebā. Venio ad reliqua.

Si quis, ait, iam dicat: Plantam etsi egentem parabilis, ac uilis alimenti, tamen & diurni, & cōtinui, quòdque haud facile corrumpatur: atque ex his eam statuat aliqua in re præstantiorem animalibus: ac propterea res inanimas esse animatis excellentiores: huic ita respōdendum est: Animalis officium anteire omnibus plantæ operibus. Quinetiā in animali omnes plantæ facultates inueniuntur. At non contrario. Ordinemus propositionem, argumentum, respōsionem. Quinque proponit, διπλῆς, μαχρηδόν, σαθηρόν, στωιχῆς, καὶ ἐξ ἄλλου φάραγόν. Duo priora sub prima parte aduersatiua: Duo posteriora aduersantia: Quintum superfluò. Pertinet enim solum ad prædictorum expositionem: neque iure, aut officio partis fungitur sub toto. διπλῆς, rectè posuit. Est enim id, cuius sine facile potimur: tractum à portoriis, & à uectigalibus, quæ mediocria paruo negotio penduntur. Ea uoce frequenter in historiarum libris utitur Aristoteles. At illi μαχρηδόν est contrarium, τὰ γὰρ διβίατα & διπλῆ βίω contenta sunt. Quippe non multum opera ponunt in parando uictu. Sed quæ sors obtulit, ea satis habent à natura, ut ita dicam, fortuita. Aquilæ βίος μαχρηδός est: laboriosè nanque uictū sibi querit. Interpretes sic abutitur: qui dicere poterat cōmodius, φαῶλον, uile. Plato in Epinomide statuit inter se contraria &

f iij

*μὴ δὲ αὐτὸν, καὶ τὸ μετέπειτα δὲ αὐτὸν, quod duret, interpretor: à li-*  
*gnis scilicet, ut monebat Ferrerius. Vnde equus Durateus*  
*apud Lucretium ex Homero. Verū in plātis resolui partes ab*  
*Austri, Solis, Sirij aestibus: deinde roris, pluuia, nebulæ, ri-*  
*gationis humore denuò reponi, atq; instaurari, manifestū est.*  
*Iccirco temperauit audaciā uocis illius, cū dixit, μὴ ἐξ ὁδῶν*  
*δὲ φθέρου αὐτῶν. Quā etiam melius expressisset per formulam*  
*διωτικὴν, ut esset, φθαρτῆς. Nam quod dicit σαρξῆς, se ipsum*  
*imitatur. Perstat enim ea in sententia, quā suprā refelleba-*  
*mus. Siquidem non perpetua opera trahit alimentū planta,*  
*sed per interualla. Hęc est propositio. Argumentū autem hoc.*  
*His de causis prestare uideri animalibus. Id uerò nō sequi-*  
*tur. Quapropter impugnat ipsemet. Quanquā nō soluit ar-*  
*gumentum, sed aliud obiicit: Nobilius esse animal, quā plā-*  
*tam, propter naturam perfectiorem, atq; pleniorē. Concedit*  
*ergo tacitus, illis prerogatiuis animal à plāta superari: supe-*  
*rari autem ab ipso plantam aliis. Tamen prudētius intuea-*  
*mur. Nō enim, sicuti dicebamus, factū est animal, ut alatur:*  
*sed alitur, quia factū est, ne deficiat. Hic autē finis, est alimē-*  
*ti, non animalis. Finis enim opera perfectio est. Animal dum*  
*alitur, non agit, sed patitur. Alimentū uerò patiēdo facit.*  
*instaurat enim. Instauratio est, quasi iterata generatio. Fa-*  
*cit sanè, quo diximus modo, non uera affectione. Quippe est*  
*animę uis, quę facit. Proinde si egent alimēto plantę diutur-*  
*niore: nō id efficit concretionis, atq; cōstitutionis nobilitatē,*  
*sed potius ignobilitatē. Lapidī nanq; affinior ea natura est,*  
*qui etiā multo minore opus habet interpolatione. Corporea*  
*profecto cōcretio propter formā facta est. At nobiliori formę*  
*neutiquā utilis ea materia, sed inepta. Nempe bruto propior*  
*elemento,*

*elemēto, terra ipsi: atque iccirco minus resolubilis. Vbi uerò*  
*apposuit, σαρκῆς, debilitauit argumentū suū. Quando id nō*  
*est perfectionis indicatiū, perpetuo indigere alimento. Incorru-*  
*ptibilē naturā decet ea uis, quę nullam requirat instaurationem.*  
*Ergo quālongissimē abest ab ea, id, quod est, perpe-*  
*tuò desiderare supplementum. Sibi quoque uidetur aduersa-*  
*ri. Nam cui necessaria instauratio est, eget: propterea, quod*  
*absumitur. Ergo quod semper alitur, semper resoluitur: aut*  
*alioqui semper crescit. Hoc autē contingit nulli. Puto enim*  
*fabulosa, quę de Crocodilo quibusdā persuasum est. Hinc ad*  
*Empedoclem redit. Dixit etiam Empedocles: Plantas gene-*  
*rari, quia mundus diminutus. Non enim perfectū, comple-*  
*tū ue esse. Vbi ergo mundus cōplementum fuerit adeptus,*  
*non generatū iri animal. Verū hanc sententiā ineptā esse.*  
*Quippe Mundū & perfectum esse, & perpetuū: neque un-*  
*quam cessasse ab animalū generatione: itē plantarū, alia-*  
*rūmq; omnium specierum. Tota uis argumenti uersatur in*  
*hoc: Si sit, quod non erat, ergo deerat. Nō ergo perfectus erat*  
*mundus. Est enim perfectum, cui nihil addi potest. Galenus*  
*quoque, in historia philosophorū, recitat Empe doclis senten-*  
*tiam huic haud absimilem: quę censeret, generationē haberi*  
*pro imperfectione. Itaq; plātas eas quę folia nō amitterent,*  
*perfectas solas existimari debere. Caterum illi tā parum pro-*  
*cedit, quod intendit, quā uerū est, quod proponit. Verissimū*  
*est dupliciter illud. Primū, Generationem esse imperfectionē.*  
*siquidē est & γινώσκω. Alterum: Instituta est à natura ge-*  
*neratio propter imperfectionē: id est impulsā à defectu, ad*  
*supplementū, ne deficerent species. Verū igitur est. At ex hoc*  
*uero non oritur illud, ut uerum. Iccirco mundū esse imperfe-*  
*ctum: nihil enim fit in specie noui. Empedocles hūc ad mo-*

dum constitutione partium ducebat perfectionem. Caterum aliter euenit. Nam & à numero partium, & ab usu contingit. Perfectius Buxo triticum. Quod tamen numero, concretione, firmitate, uita tractu, minoris est. A foliis uero trahere perfectionem deterioris est iudicij. Non quæuis planta propter frondes: sed eius officiorum, atque utilitatis, & fructus, & radix, & cortex, & lignum, & succus sibi partem uindicat. Nemo absolutius Adiatum, quam Vitem unquam ratus est: nisi forte in Thracia, aut Anglia, ubi uinum non bibunt, si non habent. Haud negarim: se ipsa esse perfectiorem plantam, cum gerit folium, quam si nullum habeat. At ea perfectio nihil est, nisi δυναμις ἀνεργουμένη. Non enim Latine possim, sed barbarè sic: potentia actuata. Hic ergo τὸ τί ἐστιν haud mutatur. At id solum perfectio est: & est indiuisibile: quodque neque intentionem admittat, neque remissionem. Nullo unquam accidente desinit Idea esse id, quod est. Materialis autem perfectio huius heræ serua est. Sic Aristoteles ait, Mundum esse completum, ei que deesse nihil. Alioqui primum efficiens esset in opere perpetuo imperfecto, quod nesciuerit, aut nequiuerit absolueret: quod est & ridiculum, & impium. Esset enim istis Lucretianis imperfectus ipse. Neque posset efficere opus sibi dissimile, quod semper intra pensum esset. Habeo tamen aliquid tam perplexum, ac tam acutum, ut curiosa opulètia possit uobis parere fastidium. Verum aliò nos uocat res. Quam tu, inquit Minutius, rem narras, quæ plus quam res sit? Nam hæc esto uera res, quam & profiteris, & abduci ais te, quominus profitearis.

» Sed dic sodes. Mira, inquit ille. Nam cum Empedocles agnoscat  
 » in mundo generationem, ut interea seruetur perpetuitas: si enim  
 » perfectus existeret, nihil in eo fieret noui: hoc autem est generatio:  
 » ex me dicam hoc, Eiusmodi imperfectionem imperfectam esse.

Intelligamus

Intelligamus perpetuitatem aliud ab aeternitate. Aeternitas finem tollit: perpetuitas interruptionem. Igitur illa curat extrema: hæc designat medium. Augurum uox: ubi uolatus non intermitteretur à certa linea designata ad certam usque. Qui loquuntur aliter, eos neque pro Latinis habeam, neque recensero in numero philosophorum. Hæc ergo perpetuitas est, quia Mundus imperfectus. At perpetuitas est perfectio constans ratione unitatis, quippe cõinuitas: & continuum unum. Generatio uero est imperfectio: constat enim rationem motus. Motus tametsi est perfectio mobilis, non tamen simpliciter, sed duntaxat ut mobile est. Quare motus perficitur per quietem. Non enim quies priuatio motus est, nisi sicut motus est priuatio quietis, prout alterum alteri succedet. Non igitur quies est priuatio motus, sed perfectio. Eadem nanque uis naturalis, quæ mouet ad locum suum, continet in loco suo. Est, inquam, motus δυναμις, quies ἀδύναμις: unum opus numero (quod maximè monstruosum uidebitur monstris, hoc est ἀλλοσόφοις) & à motrice forma una numero. Tantum abest, ut hæc illius sit priuatio. Itaque finis generationis, quies. Eum adeptam Natura finem, haud amplius generat. Omnia uero ante finem, imperfectio: propter aliud enim sunt. Ergo mundus erit perfectus Empedocli propter imperfectionem: est nanque perpetuus per generationem. Perpetuitas autem, sicuti dicebamus, perfectio: generatio autem, imperfectio. Cum igitur cessabit generatio, cessabit item perfectio illa perpetuitatis. Altera uero perfectio complementi succedet. At hæc erit imperfectio. Siquidem cessante generatione destruetur. Mundum sanè haud semel gignit, ac destruit Empedocles. Quid hæc ad uos? Ego uero, inquit Minutius, uix apprehendere quini di-

labentia: nedum ut contradicam. Mirer tamen potius, quàm laudem: adeò perplexa sunt. Et putem, paucos amafios habitura. Curiosa uocant hæc, atque alia cuncta, quacunque uidentur abducere animos nostros à beatitudine. Quanquam equidem reor interesse candoris Christiani, summum opificem, etiam in culicis aculeo contemplari. Et sophista uaser, horridus, atque etiam horribilis hispido supercilio, fallaciis inuictis; capit animum meum, atque ducit ad optimi maximi Dei cognitionem: si illius ego spiritum acrem, uersatile, igneum, nõ nisi sub primi numinis potentia intelligam operari. Deprauata mentis utrunque est: aut in peiorem partem rapere, quæ simplici affectu uel fiunt, uel dicuntur: aut effugere munus oblatum calitus sapiendi. Hæc tamen aspera, quantum mihi licuit comprehendere, lenitate cõdita memini apud Timæum Platonis. Mundum ille ibi, non solum perfectum, sed etiam perfectissimum uocat: & quod plus est, αὐταρκῆ. Hoc enim excedit terminos rei finitæ. Nullum finitũ sibi sufficit, quod à se non est. quare Deum quoque non est ueritus appellare. Est igitur operæ, caelestis illius oraculi sonum audire: ὁ θεὸς ἀδυστάμηνος ἄμω καὶ διακρῆς ἐν αὐταρκῆ, καὶ τελώτατον θεὸν ἐξίνα. Nos omnes diuinum uiri animum, excellentem memoriam admirati conticescebamus. Sed maiorem Baiulius effecit admirationem, inexpectata quadam atque inaudita explicatione. Quid, inquit, si ita censeã? Quæ rectè ille senserit, suauiter expresserit, parum pro rei dignitate intellexisse? Tum obstupefactis nobis, sic sequutus est: Quot legis impuros diuino correptos afflatu, multa memorasse praeterita, aperuisse praesentia, praedixisse futura? Quæ nobis excidissent,

excidissent, quæ tegerentur, quæ nondum extarent. Quot ueterum philosophorum à Sibyllis, atque Prophetis prodita, pro mirificis adduxisse? Ipsos semiplenè intellexisse? Aegyptios ego Vates, ut seipsi uocabant, appello Prophetas nunc, non nostros. Quos inter & Bitin nominant Platonici, & nos recipimus Trimegistum. A quibus Plato cum sublegeret ea, quæ à uulgi more essent maximè abducta, literas quidem expungebat: sensum exteriorem hauriebat, interiorum, in quem sese nunquam abdidisset, nobis relinquebat. Quis enim mentis compos mundũ, quod & tu Minuti mouebas, dicat αὐταρκῆ? Quis τελώτατον? Quæ eum mouit caussa, ut superlatiuo uteretur: cum tamen nihil uideas, quod aut corruptibile per se non sit, aut non habeat in se principia corruptionis. Quin eodẽ in libro Deos ipsos affirmat, suapte natura corruptibiles esse, conditoris autem benignitate sempiternos. Vel ipsi celo cuiusmodi attribuamus perfectionem? quippe qui semper mouetur, ut perficiatur. Perficitur autem Dei multiplici sanè imitatione. Mouetur, ut agat omnia, quæ agi apta sunt. Ita Deus opifex omnium. Non mutat locum calum ita, ut ab eo exeat: Sic Deus non mouetur, neque ex se exire potest. In seipsum recurrit calum: Eodem modo totus in seipso Deus. Cali superficies extrema nullo corpore terminatur, atque ita ratione habet infiniti. Similiter nec Deus ulla re. Imo uerò, ut effodiamus coruis istis oculos, neque ulla re, neque nulla re. Nam ens finitum, per imaginationem terminatur à non ente. Verum enim est dicere, extra illud ens finitum, non esse aliquid ipsius entis: ut extra calũ primum. Terminatur enim per intellectus nostri uim, à non corpore.



At Deus neque ab ente, neque à nō ente ullo modo praescribitur. Quia nostra est finita comprehensio. Est igitur intra ipsum, qui est infinitus. Si semper intra, nunquam quicquā quod sit extra illū, capere poterit. Ergo uerè Deus infinitus: Mundus non uerè, non simpliciter, non à se, sed quadā quasi (ut alia in re utitur Plato) adulatione. Non est ergo perfectus, tantum abest ut sit perfectissimus. non est item αὐταρκής. Pendet ille ab omnium rerum principio primo: propter quē, à quo, in quo, unū sunt omnia: & cuius unius egent, ut sint unum. Cum igitur non sit ἀφ' ἑωυτοῦ, neque αὐτάρκεια, neque αὐτὸ ἑωυτῶν, nō erit αὐταρκής, sed ἀπ' ἄλλου ἀρκιῶτος. Praeterea quare dixit ἐξ ἑωυτοῦ, non autē, ἐκ ποίης? Nam creauit Deus mundum, nō genuit. Quod enim gignitur, eiusdem uel speciei, uel generis, uel essentiae est. Deus ergo gignit, quod ex se creat autem, quod è nihilo. Hic cum substitisset, atque eum attētius obseruarem: Siles tu, inquit Minutius, postquam Platonem euertisti nobis. Sed, oro, medere animo meo iam: agrè enim mihi est. Quin, inquit ille, intelligis, uerissimè à Platone scripta haec: si unde acceperis, respicias. De Domino Iesu Vates illi primi cū scripissent haec, neque ipse personas in unitate ualeret comprehendere: ea transtulit ad sensu perceptam rem, mundum ipsum scilicet. Est enim filius Dei à Deo genitus. Intelligens enim seipsum Deus, generat ex se sibi equalē filium: propterea quod intellectio est equalis intelligenti. Ergo etiam res intellecta. Praeterea eum unū eundemque sibi Deum Deus: quia generans est, immaterialis, & infinitus: indiuisibilis igitur: unum igitur. Non enim ex se potest exire, sicuti dicebamus. Ideò dixit ἐκ ποίης αὐτος. Hinc filius IESVS sapientia Dei est. Hinc inter intelligen-

tem,

tem, & rem intellectam, cum nullū sit interuallum: & illi sunt aequales inter se: una uoluntas, unus spiritus procedit ab utroque, qui utriusque est, & cum illis, unum. Qui in me nunc, haec uobis ut aperiam, efferuescit. Hic est ille. Deus perfectissimus, quia genitus à perfectissimo, & una cum illo perfectio, prima, media, ultima. Per se sufficiens, quia unum cum eo, qui sufficit omnia: in se manēs, quia pater in se manet. Vnus Deus, unus Dominus, per omnia, super omnia, in omnibus, ante omnia, post omnia, excelsus, gloriosus, immēsus, incomparabilis, incomprehensibilis. Hic cū fecisset finē, exclamauimus. Tum ille: Quid hoc? Iam hīc equidem sum: ne me putetis uos supra calos uolitantem, nisi clamantes exaudire posse. Aristoteles autem, in secūdo de generatione, perfectum dixit his uerbis, quae & alibi recitatae sunt: σωτηρίωσα ἂν ὄλοντο θεὸς οὐδεὶς δεχῆναι ποίησαις τὸ ἄριστον. Etiam in primo de Calo multa praecleara digere ad hāc eandē sententiā. Quāquā uerò generationis causam dicit primū celi motū, & motum statuit generatione priorem: tamē, ut uideris, ad Deum omnia, non solum ut motorem, sed etiam tanquam effectore referat. Dicit enim, σωτηρίωσαν, & ποιήσαις. Interpretes autem pessimis uocibus usus est: οὐ κόσμος ἐλαττωμένω. Diminutum est, quod prius fuit maius, ademptione partis, aut partium. At Empedocles contrā, à minimis initis semper ait incrementum capere. Voluit, opinor, dicere, οὐδέ τι. Empedocles uerò id errat: quod per generationem subeuntium indiuiduorum putat mundum perfici posse. Per eorundem igitur corruptionem, necessario dicit eūdem diminui. Si speciem produci nouam arbitratur: probandi prouinciam capessat frustra. Sin nouam retur nullam, perfectū agnoscat.

t iij



Illud etiam aduersatur ei. Si quominus compleatur, indiuiduorum uicissitudine impeditur, nunquam perficietur. Nunquam ergo destruetur. Intelligit  $\kappa\lambda\acute{\alpha}\omega\ \eta\epsilon\tau\acute{\alpha}\ \tau\acute{\eta}\nu\ \sigma\upsilon\mu\pi\lambda\acute{\eta}\rho\omega\sigma\iota\upsilon\ \alpha\upsilon\tau\acute{\eta}\varsigma$ , in fine, forma, efficiente. Secundum uero materiam non uidebatur imperfectus illi. At falsus erat sibi. Quandoquidem materia nulla noua fit. Sed hoc, ut sub hoc tali. Non enim est alia materia, sed aliud per aliud, id est per formam, & alio modo. Dixit:  $\tau\acute{\alpha}\ \tau\eta\varsigma\ \sigma\upsilon\mu\pi\lambda\eta\rho\sigma\mu\epsilon\lambda\eta\varsigma$ . Videndum, quomodo sit completum complementum. Dixit:  $\xi\ \chi\upsilon\iota\acute{\alpha}\ \tau\epsilon\iota\ \zeta\omega\omicron\upsilon$ , pro eo quod est,  $\chi\upsilon\iota\eta\ \theta\eta\sigma\epsilon\ \tau\epsilon\iota$ . Et posuit, animal: ut per id acciperemus quamlibet generationem. Actiuo uerbi flexu sic utebatur supra:  $\xi\chi\ \epsilon\ \chi\epsilon\upsilon\sigma\iota\ \chi\lambda\epsilon\sigma\iota\upsilon$ , neque actiuam scilicet, neque passiuam.  $\delta\lambda\omicron\pi\lambda\eta\varsigma$  autem uox est ex duabus uocibus mirificis. Vtraque uero statuit perfectionem, &  $\delta\ \delta\lambda\omicron\upsilon$ , &  $\delta\ \pi\acute{\epsilon}\lambda\omicron\varsigma$ .  $\delta\iota\eta\eta\epsilon\kappa\eta\varsigma$  autem accipitur in motu generationis. Hinc illum ad cetera transire uolentem sic Minutius appellauit. Baiuli, cum dicebat Empedoclis ineptam sententiam, quam uoce usus est? Quae inquit ille. Quam inepti uero quidam putabant satis ad explendum nostram:  $\alpha\iota\omicron\alpha\ \rho\ \mu\omicron\varsigma\omicron\varsigma$  scilicet. At ego assentior huic Caesari, pro M. Tullio id, atque alia subtilissime disputanti. Multas Graecas nostram unam emulari: eius ambitum à nulla capi. Pecora uero sunt, non homines, qui uerba omnia, omnium linguarum uerbis exprimi posse putant. Nihil audacius inscitia, & inexperientia. Redeo nunc unde discesseram. Explicatis quaestionibus, atque, ut potuit, solutis concludit caput hoc à materia constitutionis. Nam haecenus à forma processit: cum dicebat,  $\zeta\omega\acute{\eta}$ . Hic uero calidum, & humidum naturale ponit: cuius consumptione plantas agrotare, senescere,

tabescere, arescere. Id quod aliqui uocant consumptionem, alij non. Expressit autem consumptiones duas: naturalem per  $\chi\eta\epsilon\chi\ \sigma\upsilon\sigma\iota\varsigma$ , fortuitam per  $\alpha\ \delta\epsilon\upsilon\tau\acute{\epsilon}\sigma\iota\alpha$ . Tum uero utriusque finem per  $\xi\eta\epsilon\chi\iota\omicron\upsilon\eta\ \tau\epsilon\iota$ . Praeter haec,  $\alpha\ \xi\ \delta\epsilon\sigma\iota\upsilon$  ad finem per  $\phi\theta\iota\upsilon\sigma\iota$ . Quinetiam nomen apposuit, quo definitio de principiorum libris eliciatur, cum dixit  $\phi\theta\omicron\epsilon\chi\ \nu$ . Est enim corruptio uiuentis uitae ablatio: Planta uero uita in calido, & humido. Exiccatis igitur humidum desit. Item abit calidum, humido, quo alitur, abeunte. Intelligit humidum naturale. Propterea quod in plāta mortua inest etiam humidum aliud, quo corpus est naturale: cui subit aliud, quod putrescit. Melius ergo dixisset, humidum animale. Qui uero noluerint appellare  $\phi\theta\omicron\epsilon\chi\ \nu$ , si sunt, qui corrūpi negarēt formas: atque alia in corpora demigrare cōtenderēt. Aliud itē genus hominū negabat, arborem corrūpi. Quippe Nautae, & Carpentarij, quibus persuaderent sensus, pristinae materiae constare usum. Corrupti namque rebatur id, quod in nihilum redigeretur. Sic in Parmenide  $\delta\ \delta\upsilon\ \nu\acute{\eta}\nu$ : ergo incorruptibile. Si corrumperetur, in aliud abiret: non igitur esset unum. Hanc autem sententiam & in primo Physicorum, & in primo de generatione, uidemus explosam. Quippe est & unum, & non unum. Haec cum dixisset, conticuit. Me uero, atque Minutium cum silentes uideret Ferrerius: uideo te, inquit, ex meo codice ad finem capitis peruenisse. Neque uero tam fessum, quam latum, cum es hoc odio liberatus. Sane maxima sunt abs te cōfecta praelia. Mihi uero haecenus haec obseruati non pessimum sese aperit argumentum, quo librum hunc ab Aristotelis officina submoueamus. Ille namque à notionibus cum praecipit incipiendum, tum suis ipse legibus obsequens est. Omnibus igitur in commutationibus auspicatur à materia.

tabescere,

Sic in libris de principiis, in prima philosophia, in historiis, sui similis semper adeo, ut etiam eandem rationem in ordine librorum religiose seruarit. Libros nanque de anima libris de partibus postposuit. Quare si hic ita instituisset, ut radicem, medullam, corticem narraret primum: deinde temperationem adiungeret humoris, & caloris, quorum defectu deficiant illa: iam tum ex iis uita, quam plantae uiuunt, rationem commodissime deduxisset. Anima potestatibus limites praescripisset. Tum propositis quaestionibus de rerum summa cognouisset. Atque ibi plantae substantia constituta ad earum differentias descendisset. Cum finem fecisset ille: satis inquit Minutius, operae consumptum est hodierna die. Potes in crastinum ampliare iudiciu. Imo uero inquit, haud parum etiam superat diei: quod, ut ait Horatius, frangendum censeo tam luculenta disputatione. Tum si non sufficit, noctem etiam ei assuendam. Noctes enim hoc tempore uel sterili anno longiores sunt. Post haec cum sese collegisset, ita cepit rursus. Explorata plantarum substantia iam species erant ipsae diuidendae: siue a loco, siue a partibus: id quod iste quoque facit. Verum dabitis illi ueniam, qui tam negligenter ordinis rationem habuisse uideatur. Iamprimum diuisionem factururus ab incrementis initium sumpsit. At non sic Aristoteles. Qui post omnes animalium partes exteriores, & interiores, numerat lac. genituram, & eiusmodi. Iste uero sic. Plantae quaedam certum habent humorem, ut resinam, gummi, myrrham, suffimentu, gummi Arabicu. Quae uerba iam intelligitis manifesto non tam narrare excrementa, quam excrementa esse ipsa. Vel cum adeo supine gummi discreuit ab Arabico gummi, quod ex Aegypti spina caeterorum

rorum

rorum more stillet. Quamobrem Arabicum ut recte uocent, haud satis scio. Graeci cum alia genera non sine adiectione nominarint: hoc unum καμυ dicunt ἀρωγῆς, ac nomine tanquam suo. Quemadmodum & Plinius, & Scribonius, & Celsus. Ergo si species est, quam ob causam distulit a suo genere? Quin Arabicae arboris lacryma Myrrha quoque est. Quae igitur erit densa, gummi fuerit Arabicum. Hac cum suffimentis addatur, eandem culpam commississe dicitis, qui generis uocabulum in speciei angustiis coarctauerim. Quid facerem? Συμιαμα hic positum est. Hoc a quibusdam pro genere capitur, ab aliis pro Styrace tantum. Sic uulgus quoque thus, speciem ipsam, incensum: cum tamen aequae caetera eundem usum praestent. Nunc Narcaphthum Thymiam uocant: quod corticis naturam praese fert, non lacrymae. Itali corruptiusculo sono, Tegniame. Apothecae quaedam analogiam sequuta, Styracem rubram. Analogiam usum intelligo: propterea quod uerae Styracis uires gerat. Habemus in titulis Hymnorum, qui attribuuntur Orpheo, Συμιαμα pro suffitis certa specie. Ea composita ne sit, an simplex, nondum exploratum habeo. Hanc Aristoteles partem sapientius expressisset: Plantarum partes, alias ad totius constitutionem, alias superuacaneas. Quae totum constituunt, alias simplices, alias compositas. Harum autem omnium qualitates genericas esse: ut liquiditatem, duritiam, colorem, saporem. Quia liquidum, durum, coloratum, sapidum, affectiones sunt corporis naturalis: quanquam non quaelibet cuiuslibet. ut non sint summi generis omnes, ut corpus est, sed generum. Non ergo plantarum, qua plantae sunt. Ideo censentur communes in plantarum genere, neque habentur

pro differentiis substantialibus, ut quidam satis leuiter existimarunt. Igitur excrementa quadam dura, ut fungi, & agnascentia tubera. Quadam mollia, ut lacryma. Harum aliae manent liquidae, ut Vitis lacryma ex uulnere: aliae solidescunt, ut gummi. Dicam ergo. Si naturales partes aliae solidae, aliae non: seipsam imitari naturam in excrementis, ut haec quoque sint ad eundem modum. Quin liquidarum quoque partium ratio non dissimilis. Quippe succi quidam semper manent liquidi, ut oleum: nonnulli concresecunt, ut succus Eupatorii, Radicis dulcis, Prunorum agrestium, Papaueris, Scammonij. Vinum quoque apud Arcadas, prodidit in libro de mistorum affectibus Aristoteles, in utres inditum adeo siccari, ut rasum bibant. Praeter superiores qualitates, pingue, dicas, & aridum, glutinosum, translucidum, boni mali ue odoris, lacteum, oleosum, uinosum, aquosum: ut de lacrymis pleniorē sententiā assequamur. Ex his colligimus, succum esse plantae partem, sicut & animalis sanguinem in primo historiarum. Quod ut ignorabant, ita negabant quidam medici, magni quidem inter Clinicos nominis, sed parum apud Galenum, multo minus in Lyceo exercitati. Hinc transit ad ueras partes. Quadam, inquit, arbores habent fila, & uenas, & uentrem, & stipites, & corticem, & medullam intus. Ab his profecto commodius fuisset auspiciatus. Tum autem uidemus partes hic confundi. Quis enim Philosophus dixerit, unius esse generis cum filo uentrem? Sic enim coactus uis appello. Neque uero male, uillos quis dixerit. Nam fibra non possunt esse, quando iecoris fissurae sunt, & radícula exiliores. Iste uero δειμων dat nobis, simul & acuit ad consulendum Ferrerium. Non enim parum est negotij dissentire a iudicio

iudicio Theodori, qui uertit ubique Fibras. Cui Ferrerius, liberat te collega meus hic ista religione. Quippe nec tibi fauet, nec sequitur illum. Verit enim tuum δειμων, nodum. Antiquos Graeca uos uoce mutata liquida in suam congenerem, autor Festus: qui exilem πειρατὸς ἰνας. Ab eorum officio, quibus musculi contexuntur, & nerui, dicta fuit is: Cui nos addidimus Aeolicum digamma: ut, uis, fieret. Est & alius locus, in quo non tua fides, sed auctoris diligentia requiritur. Nam hic meus, lignum dixit, quod tu, stipites. At hic non recenset partes condissimiles, radicem, stipitem, brachium, surculum, alas, folia, scapum, siue stipitem: hoc aut faciet postea, suo iure: aut fieri debere aio, meo iudicio. Num ergo dixit, σέλινος, an quid? φικρός, inquit Baiulius. At φικρός aliud etiam habent, quam lignum. Rara uox, & a Theophrasto prae terita, quam ab Homero poterat mutuari ἐκ τῆς, ἡ, ἰλιάδος. Vbi interpretes κορμῶν. ac Cormes Hispani Sorbas. κορμῶν stipitem significat, aut uirgultum: sicut & apud Athenaeum in quinto. Addit deinde: quasdam maxima sui parte corticem esse. Scilicet hoc quod sunt, totum cortex est. Huius exemplum rei non ponit. An alluserit ad Arundinem? Quippe eius uacuum latere patet. Propius tamen si spectes, tum eam, tum ferulam, ceteraque omnia ferulacea, siue feniculacea, tenuissimo amiciri cortice inuenias. Diuisio quoque illa fuit primo loco statuenda. Partes quaedam constantes, quaedam uicissitudinarie. Detis hanc uocem philosopho, qua ad rei ostensionem Latinitas augeatur, tametsi non extat apud Ciceronianos. Sed quid prohibet? Quando est, ualetudinarius. Sanè quaedam sunt necessariae, aliae non ita. Quarenti, quae necessariae? haud quaquam sese

offerent folia. Occidunt enim superflite parente. Non rami: quippe sine matris excidio exciduntur. Non cortex: scilicet suo strangulatur suber: adempto, latior adolescit. Non cacumen: Robora crassescunt decacuminata. Non medulla: ea nanque de sarmentis exempta, Græci profitentur, acinos sine gigartis produci. Non radix: quoniam semper uiuum radice nulla uiuit, & semen fert, & sibiipsum radix est. Ex quibus liquet satis, harum nullam esse plantæ necessariam, quatenus planta est. Sola caro uidetur esse eiusmodi. Non enim in arundine, sicuti dicebamus, solus cortex. Nam quibus deesse uidetur caro, in iis illa est confusa cum medulla: ueluti de Ebena prodidere. Quin alij carnem id totum solam putant: medullam habere negant. Non constat partes duplices sunt. Nanque aut suapte natura mutantur, ut frondes: aut ui deficiunt, ut rami. At iste perinde atque facto impetu aggreditur illico fructus situm. Quem tamen prius sic decebat: alias fructum ferre, alias non. Prius enim est, & τὴν, quàm & πῶς. Earum, quæ ferunt: alias multum, alias parum, quasdam quotannis semel: atque ita perficere aliquas, nonnullas uerò non. Esse etiam biferas, etiam triferas: in quibus ratio perficiendi, defectusque spectatur. Esse, quæ tertio quoque tantum anno ferant. Item partim tempori, partim sero. ad hæc, simul cum frondibus, aut ante frondes, aut post. Flores quibusdam sine fructu, quibusdam sine flore fructus. Maximam partem fructus è floribus edere. Sunt, quibus haud unius generis fructus, ut quercus. Hæc à substantia, numero, tempore: tum à situ. Fructum aliis ad ramos, aliis è stipite, aliis in brachiis, supra frondes, in frondibus, subtus frondes, ab radice. Surrecti, peduli,

duli, affixi, sessiles, hærentes, cum peciolo, sine peciolo, singulares, numerosi, frequentes, sparsi, conferti, disiti, stipati, rari, atque eiusmodi. At hic statim fructum, inquit, sub cortice quædam ferunt: id est, ut declarat, inter corticem, ac stipitem. Neque posuit exemplum. Mihi nondum uenit in mentem, cuius arboris cortex scindendus sit, ut fructus excimatur: tanquam è Iouis femore siquis eductum uelit Bacchum. Barbarus interpres rem fecit etiam obscuriorem: ἰνὸς, inquit, τὸ φλοιῷ, καὶ τὸ καρπῷ. Nam si est ἰνὸς τὸ καρπῷ, etiam findatur stipes, quando fructus intra illum sit. Cuiusmodi Græci mentiuntur è Myrrha uisceribus Adonim Casarem produisse: si Grammaticorum etymon uerum est. At alibi, μέσον dicit: ut non meminerit, cuius esset usus, & μεταξὺ. Transit hic ad ea, quæ primo quoque loco dicenda erant. Quædam, inquit, partes sunt simplices, ut earum succus, & filæ, & uenæ: aliæ ex iis compositæ, ut rami, surculi, folia. Aristoteles animalium historiã ab his instituit incipere, quas ἰμοιομερῶν, καὶ αἰομοιομερῶν uocat: Theodorus, atq; eũ secuti, similes & dissimiles, minus benè. Nam si per τὰ αὐτὰ τὰ αὐτὰ ἀδελφὰ dictæ sunt similes inter se partes carnis: ea accidentia, quæ in ipsa illa substantia insunt, dicentur similia: puta, rubor, dẽsitas, mollitia. Ita duritia in osse capitis erit dissimilis, si mollitiei cutis comparetur: quia cutis ossi dissimilis est. Quomodo potuit attribuere Gaza predicationẽ denominatiui primitiuo eius? Pilũ militis militare est. Quis militẽ dixerit militare? Militare quidem uirũ, pro eo quod est, militari uirtute præditum: & Consularem uirum, consulari dignitate perfunctũ: nam dum Consul est, Consul dicetur, non consularis. Sic caro erit similis, non similis: sed affectus qui

u iij

in carne est. Auris, & nasus dissimiles, non dissimilares. Et uerbum de uerbo expressum est. Nam quid aliud est ὁμοίον, quàm simile? sed mihi uidetur uir optimus, atque doctissimus Theodorus, adiungere uoluisse relationis aptitudinem. At ea uis in primaria uoce est. Similis enim est alicuius similis. Quòd si hìc quoque animum curiosum explere uolueris, ut sit mutuus respòsus relationis, dicemus, consimiles, & còdissimiles. Eam miratus ἀκροβολογῶν, age age Baiuli, Minutius inquit, iam te uideo rabiem caniculis. Proinde ab iis tibi cauendum censeo. Tametsi, inquit ille, mordebūt, tamen haud transferent affectum illum liuoris rabiosi. Et Cancri fluuiatiles ubi sint, scio. Non isti oblongi Cammari caudati, qui sunt Squillis affines, atque congeneres: sed orbiculares, quibus, ut marinis, cauda pro operculo alui subtus est. Ne putemus cum agrotis benè actum esse, qui in medicorum quorundam manus incidere. Prosequamur partes. Cortex an sit inter consimiles partes recensendus, ualde ambigo. Ex neruo nanque, uena, & sua sibi carne compositum, uideor animaduertisse. Tum autem uulgo qui iactatur error etiam à uiris doctis, amouendus est. Vocant enim partes condissimiles, officiales. Ita nanque partiuntur: alia simplices, alia ex iis composita, quae sunt officiales. Simples, ut caro, neruus, os, uena. Mihi tamen aliter uidetur: Arteriã, uenã, alia, quaecunque agunt aliquid, officialis merita esse appellationem. Et haud multas partes esse, quae plus efficiant officiorum, quàm neruus. Aluens est, & portitor spirituum. sensibus eos ministrat, & est instrumentum motus. λύγρον intelligit interpres ubique minorem ramum: maiorem uerò, κλάδον. At si quis dispiciat accuratius: maiores rami,

que

quae brachia dicimus, acrius uel flectuntur, uel franguntur, quàm ut κλάδοι meritò queant dici. Notum est, quid κλάον sit, ἀνάκλασις, & Ἀγκλάσις apud opticos. Brachia uerò nominantur ab animalium proportione: sicuti cor, matrix, medulla, pediculus. Prisci commune fecere nomen summis, imis, mediis. Sed imos, si quis inueniatur, qui uocarit ἀκρόμονας, animaduertatur ab eo licentia hæc. non ὀ ἀκρῶ μὲν ὄξυς & nodos, & ualentiores ramos agnoscit Theophrastus. Hic usus τῆς λύγρον paulo est καπεκωπῆρος. nomen fruticis est, quem uulgo Agnum castum. Amerinam interpretantur Latine. Ab eo nostrum ligare, à specie scilicet: quemadmodum, uirere, à generis nomine, uimine scilicet. Leuiter Varro putabat, à legendo ligare. In XV. Athenæus πῶδι λύγρον. πῆς δισμῶν καὶ πῶδι γματῶν ὑπὲρ τῆς δειοῦς. Eum etiam in coronarum usum uenisse ait, ex Anacreonte. Cuius rei fabulam scire nihil intereest nostra. Pro uinculis est apud Homerum in hymno Bacchi. Succenserem ipsi, qui & hìc, & mox, & suprã, & in sequenti libro διναρον pro eo posuit, quod est φυτόν, uerum maximus uir Plato sic quoque in Timæo. Tum ad Ferrerium: habes quid λύγρον agat noui tua ista in officina? Virgas, inquit ille, appellauit haud, opinor, ineptè. Sed nunc demum uenit in mentem, cur & hìc, & suprã δισμῶν nodos dicat. Non enim nodos ὄξυς intelligit arborum, de quorum duritia scribit Theophrastus: sed eam uinculi complicatam arctationem, qua fasces cohibentur. Quod quantum ad rem faciat, uos uideritis. δισμῶν dixit uillos Græculus: quia certo ligna sunt fissilia, quae crassiora procurrunt filamenta: inter quae, & à quibus tamen exiliora prodeunt mutuis nexibus, atque appendicibus complicata.

Ea partes in Carpino incertiores, atque obscuriores animaduersæ sunt à diligentioribus. Hæc habebam. Et Baiulius. Ascribit deinde partes tum has, tum alias speciebus, his uerbis: Non omnes, inquit, hæ partes omnibus in plantis inueniuntur. Rectè, sed aliquam positam oportuit in exemplis. Sunt mihi libri secretioris philosophiæ, in quibus ita scriptum est: Inter corticem, & librum Cedri, lanitiū quoddam interoriri, quod Chaldæi, & Syri uocarint, Sach. Hoc ei arbori cum sit peculiare, uerum erit, & quod ait: non omnes omnibus partes esse, & ipsum non omnes enumerasse. Auger deinde sententiam, cum dicit: Sed aliæ plantæ cum has, tum alias habent partes. Scilicet has, quas supra dixit. Ego uerò sic explicatis partibus, adderem: non omnes omnibus naturam euenisse. Hic autem per paucis enumeratis, negat eas communes omnibus esse plantis. Ergo quas non recenset, relinquit mihi homini suspicaci dubitandum, sint ea communes, nec ne. Addit inde saltuatim, præter eas itæ alias inueniri, αἱ θηκὴ βλαστούς, καὶ φλοιὸν περικυκλωμέναι τὴν καρπὸν. Flores ponit, fructū subicit: fructus enumerat corticem, interioris libri non meminit: geniculorum oblitus est, quorum inuentionem Theophrastus inter frugum differentias, tamen in aliis quoque sunt: ut in Arundine, Flameola, Proserpinaca. Neque supinè transeundum id, cum florem facit planta partem: quod negat Theophrastus. βλαστούς accipit stolones. Melius ἀποβλαστύματα, ἀποφυάδες, περιφυάδες, quæ tamen neuntiquam plantarum partes sunt, sed fœtus: sicut radices, quæ Serpentariæ radicibus agnascuntur. φλοιὸν pro putamine posuit: Aristoteles κέλυφος. Velim scire, quid tuus Crateuas Augeri, fecerit βλαστούς. Germina, inquit ille, ma-

gno sanè ambitu significationis. Nam & folia exeunt in ea significatione: & rami, tam grādes, quàm minores, βλαστύματα æquè omnes. Itaque si βλαστοὶ sint pulli illi, quos stolones appellabas, non sunt plantæ partes. Si sint germina, non sint aliæ partes, quàm quæ supra commemorabantur. Ita uidetur, inquit Baiulius. Comparat hinc animalium partibus plantarum partes, rectè admodum. Verùm ubi diducit in species orationem: an sit librarij culpa, uidendum est. Sic enim scriptum est: ὁ δὲ φλοιὸς ὁμοίος ἔστι τῷ σπύραι τῶν. Lego equidem, δερματι. Animalis nanque cuti similis cortex est. Et ita puto tuus habet, Ferreri, codex. Ille annuit: hic subdidit: Cum diuisit in ὁμοιομερῆ, & ἀνομοιομερῆ, tamen haud pudet repetitionis. Quasdam, inquit, diuidimus per partes ἀνομοίων, quasdam δὲ ὁμοίων. Ergo carnem connumerat inter consimilia. Pulmonem uerò quoniam hac accipit ratione, non immeritò nos excitauit ad propius inspicendum. Diuerso nanque modo intelligo, cum dico: qualibet pars ossis os est: & cum dico: qualibet pars tibiae tibia est. Semper de osse loquor solo, quod est cruris inferioris. Sic qualibet pulmonis pars, caro pulmonia est: at non qualibet pulmonis pars, pulmo est. Agnosco nanque Pulmonem, officij nomen, quod nequit expleri parte: quanquam ne id quidem fortasse uerum est. Non enim omnis pulmonis pars caro est. Habet enim tuniculas, & fistulas. Est igitur ἀνομοιομερῆς. Ad reliqua. Nonnulli fructus, inquit, sunt paucis ex partibus compositi: quidam ex multis: ut in Oleis. Habent enim hæ corticem, carnem, & testaceum quiddam, & semen, & fructum, & opera. Hic non posuit, qui fructus paucis constarent partibus. Tanto erat res dignior exemplo, quo



magis erat controuersa, uel etiam fortasse falsa. Nullas enim paucioribus, quã tribus partibus cõpositus est: cute, carne, succo. Huiuscemodi fortasse tuber est. Obscuriora in seminibus pusillis, ut lactuca. Videamus quot oliuis assignarit: quot in aliis inueniatur. Quinque hinc audio, corticẽ, carnẽ, testã, semen, fructũ. At in iuglande quot? Cutis, caro putaminis, testa, cutis nuclei, nucleus. sex hinc. In malo punico septem: Cutis, caro corij, caro parietum, membrana dissepiens, membranula inuoluens acinum, caro acini succulenta, acini lignea medulla. In pepone, cutis, caro, uiscera, corium seminis, membranula interior seminis, nucleus. Res igitur auctoris huius ut seruetur, bacas aliquot adducamus in medium: uelut Myrti, & Lauri: addetis etiam, si uidetur, Corna. Verũ hæc leuia sunt, neque ipsis infantibus ignota. Dicendi uerò modum quoque castigandum censeo. ὅς ἔστι τῆς ἰλακίδος. Arborem ne proponit, an fructũ? Oleã ne, inquã, an Oliuã? Si Oleã: quonã modo dicat: αὐτὰρ ἴσθυσι σάβρον, καὶ τὶ ὄστρον ἔστι. Horum arbor neutrum obtinet. Si Oliuam: ergo quid habet ὄν ἡσπερὶν, quod sit τῆς σάβροντος Ἀσφύρον? ὄστρον ἔστι uerò in Oliua potius osseum est, quàm ostreaceum. Quin contusionem diutius patitur, quàm fracti partes disiliãt. Pinguis enim tenet naturæ nescio quid, quod à testarum ualde abhorreat siccitate. Itaque apud sapientes Chaldaeorum, quaedam ossa eiusmodi peculiari nomine designantur: ut Palmula, Sopheli. σάβρον uerò dicit hic perpusillum nucleolum, qui est ossi intimus: sicut etiã in Ziziphis. Nam in palmulis aliquando quæsitum oculis comprehendere nequiuimus: adeò compactum corpus est. ὁδὴ ἀλλήματα interpretor, operimenta: non solum singulorum singula, sed etiam unius plura.

plura. Pistacium sub corio continet osseum: atque ob nucleum membranam. Castanea erinaceum, corium, cutem. Strobilis ossea ligna, spicatum concamerata: mox semina in testacea lorica exteriori, amicta propius membranula. Quod addit, an in omnibus sit, uereor ut pbari queat. σάβρον ἔστι ἡ ἐκ τοῦ φλοιῶν. Difficile est è lactuca sumere testimonium. Quis enim duo illa in eo semine sine magno negotio deprehendet? Ne afferam longè alia minutiora. Omnino quaedam tomentacea faciunt, ut ambigamus: qualia generibus Matricariarum. Id adeò, ut flosculaceum semen professus sit in quibusdam Theophrastus, non corpulentum. Tandem claudit opus hoc multis propositis operibus nobis, quæ sunt particulatim recensenda. Sũma, inquit, præsentis orationis est, has plantarum partes definire, operimenta, & differentias: id quod est admodum difficile, præsertim uerò substantiam, & colorem. Item quandiu durent: & quæ continuatis euentis accidant eis. Præterea quemadmodum plantis non insint mores animæ: nec æquẽ eo, quo anima afficitur, afficiantur. Si ergo pro portione partes animæ cum plãta partibus statuamus, neque fortasse possimus hæc percensere, magnis differentiis plantarum partes enumerando. Pars enim cuiusque rei proprio ex genere est, propriãque substantia. Et cum plantæ species gignitur, manet in affectibus propriis: nisi ei à tempore imbecillitas afferatur, aut grauitas, qua proprio de affectu cadat. Auditis hæc, quæ, qualia, quanta, quot? Excusat imprimis sese, si quid omissum sit. Id quod etiam Theophrastus profitetur, ob uariam, obscuram, & ut ait ille, πολύτρον, id est multiplici perplexitate differtam, historiam. At huic quanquam



eadem, haud tamen aequo iure competit excusatio. Quippe  
 & aliquando apponit puerilia: & saepe omittit seria. Quē-  
 admodum iis quoque in capitibus, quae recenset hic: cum di-  
 cit, plantarum  $\omega\delta\delta\iota\alpha\lambda\upsilon\mu\iota\alpha\tau\alpha$  esse investiganda. Nam si de  
 fructibus sentiebat, cur illa non docebat nos? Aliis esculen-  
 tum intus esse, quibusdam foris. Nonnullos totos edendo  
 esse, ut tubera. Omnes tegi, aut corio, aut cute, aut testa.  
 Eaque aut tota obtecta, aut semioperta: cuius haud unus  
 modus. Aliter enim glans obducitur, aliter abellina. Te-  
 gumentum duplex: carneum amygdalo, coriaceum pistacio.  
 Coriū spinis armatur castaneae: asperatur pustulata scabri-  
 tia glandi. Quibusdam & nucleus esculentus, & exterior  
 pulpa, uelut Armeniacis: aliquibus altrinsecus tantum: fo-  
 ris, ut persico: intus, ut iuglandi. Esculentum intelligo ad ci-  
 bum suauē, &  $\alpha\lambda\upsilon\tau\omega\varsigma$ , non medicatum: quale perscis.  
 Quod non ad uoluptatem, aut alimentum comparatur, sed  
 ad lithiasim, & ebrietatem. mirum enim quantum urri-  
 que confert. In coriis proximis modus. Nam Myristica nu-  
 cis, tam exterius palliolium, quam interior callus esui est.  
 Haec hunc ad modum si docere instituisset, ferremus eum,  
 si quid esset omissum: tanquam hominem humani, discipuli  
 docentem: denique non secus, atque nos uellemus excusatos  
 esse. Quin ipse sese si non excusasset, non solum excusatum  
 haberemus nos, uerum etiam laudaremus. Quantum enim  
 sapientia & eruditione cedere uolumus ingeniis feliciori-  
 bus, tantum pudore certare, animi candore, atque modestia  
 superare, certum est. Arbitror enim literariorum certaminū  
 conatus eiusmodi esse, Deo nos similes ut facere possint. Est  
 uerò quaedam species in animo generoso nobilitatis, quae nos

etiam

etiam Deos efficiat. Tum ego ad Minutium: Bone Deus,  
 qualem tu sumpsisti, uel Fatum adiunxit tibi contuberna-  
 lem, sociūque tuarum contemplationum. Diuinus enim  
 uir Baiulius est: qui que cum paucis ueram sapientiam cum  
 illustri coniunxit eruditione. Nunquam, inquit Minu-  
 tius, hoc mihi uel obscurum, uel ambiguum fuit. Nunc uerò  
 quod semper te arbitrari existimaui, cum palam profiteris,  
 etiam puto esse debere confessum apud omnes ordines omnium  
 nationum. Haud enim uilis ulla res est, quam tu cunque se-  
 mel admiratus fueris. Sed ut ad rem ipsam reuertamur: li-  
 benter quererem, quam ob causam tu Baiuli, Myristicae  
 nucis corium suo nomine uocare nolueris. Quia, inquit  
 ille, metui mihi & Criticis. negant enim esse Macim. Nunc  
 extra illam disputationem cum simus, dicam quod sentio,  
 nisi non uultis. Nam me quidem ualde piget conuassare di-  
 uersas materias controuersiarum. Iam ergo hic separatim  
 licebit, si annuentes uidero. Annuentibus tum nobis o-  
 mnibus sic initium dicendi fecit. Principio à Dioscoride scri-  
 bi de Maci: de Myristica non scribi. Hanc igitur ignotam illi:  
 ergo non notam partem: at pars nucis Macis hic uester est.  
 At Plinio nequaquam nucis amiculum, sed cortex arboris.  
 Apud Dioscoridem, crassum esse Macim corticem: nostrum  
 uerò tenuē. Maci Galenus ascribit acerbum saporem, Dio-  
 scorides astringentem. Atque haec quidem non de nihilo ui-  
 dentur educta. Caterum parcè & cautè sunt huiusmodi  
 censura tentanda: atque istis trepidationibus adhibendum  
 censeo modum. Nimirum Macis noster cum ex India ueha-  
 tur per Syriam in Asiam superiorem, & inde in Graciam:  
 item ab eadē India per Assyriā in Aegyptum, atque porro

x iij

in Italiam, ad hæc per Oceanum meridiale de iisdem India partibus in Hispanias: ille uerò cortex nusquam comparuerit hæcenus: si non hic noster Macis antiquorum sit Machir: facit suspicionem, Machir interiisse: si non interiit, nominis affinitatem multum ualere ad persuadendum hoc illud esse, & illud hoc. Argumenta uerò si uerum statuunt, Myristica nucis corium ueteribus ignoratum, fateri necesse est. Quod tamen ipsa nuce longè est nobilius: ac fortasse omnium aromatum obtinet facile principatum. Caterum ut ut est de hac illorum ignoratione: reprehensores isti si non fastidirent Arabum lectionem, aequè docerent, quid utrumque sit, ac dedocent, alterum esse, quod putamus. Macis enim aliud, aliud Machir. Macis ab Auicena pingitur luculente, qualis circumfertur. Similem dicit esse foliis uenosis, perplexis, siccis. Sic enim est in Arabicis exemplaribus. Machir uerò est, quod uocat idem Talisafar. Ut & desinant litigare: & cur desinendum sit, sciant. Autoris sententias nunc exequamur. ἀρότης, dixit, τὸ πᾶρόντος λόγου. Latine, summa: sed alio modo. Nam ἀρότης uerticem significat, & potissimum. Hoc summum est concisum, quod integra uoce fuit, supremum. At summam rei cum dicimus, id aliud est, & à sumendo sumptum est. Ut si dixerim cum Plauti parasito, quinquaginta, centum, triginta, sexaginta: miles statim querit ibi: quanta isthæc hominum summa est? Propterea quòd accipit ea quatuor membra: quæ sic sibi sumenda iubet miles, ut unus fiat numerus, qui eam ob causam dicatur summa. Verum, sicuti sæpè soleo dicere, non admodum multi sincera utuntur dicendi ratione: multo paucioribus, quod loquuntur, quare sic loquantur, notum est. Dixit,

διόλου δὲ, id est fines statuere. ergo etiam differentias. Quid igitur addit, διαφορῶν? Vbi gentium uidit aliquis ὄρον αἰῶν διαφορῶν? Philosophiæ candidati sciunt, differentiam in definitione, pro forma: genus esse pro materia. Quare nomen illi, quia differt, id est in diuersa fert: & amouet hoc ab hoc. Is fuit primus, ac uerus uerbi significatus. Quasi rem difficilem apponit, & χερῶμα. Non solum qui diuersum est à rubro uiride: sed etiam quòd uerbis describi non potest omnis coloris gradus, omnis mistura. Vel uno in uiridi tot insunt modi, uix ut ipsorum sensuum comprehensiones, intellectus facultate cõsequi possimus. διαμῶνν duplicem intelligo: tum uitæ longinquitatem: tum, posteaquam sunt auulsæ, quandiu seruari queant eos ad usus, quibus à natura sunt comparatæ. Quam rem paucis admodum in radicibus curauit Theophrastus. Sed interpres καὶ ἔρον dixit, non autem χερῶν, haud malè. Significat enim, sicuti dicebamus, tractum temporis, nō electionē χρόνος. Obscurissime uerò, τὰς σωοχῆς, τὰς πῶδι, πῆπῶστας αὐτοῖς. Quid est enim σωοχῆ? Quasi cū dicas, continuationes plantis euenientes. Post hæc, quod excussit iam, quasi nouum quasitum reponit: ὅτι, inquit, & ἔχουσι τὰ φυτὰ ἢ θη ἢ χῆς, & δὲ Διῶ. Δεσιν ἰσῆν Διῶ. Δεσιν ἰσῆν Διῶ. Profectò mirificam dicendi superstitionem: quæ plantis attribuat animam, animæ affectus auferat. Habet enim mores suos planta qui à uegetatrice proficiscuntur. Non in iracundia quidem, aut eiusmodi: sed quo dicimus, in morem fluminis ursas anguem caelestem intersitum sinus suos explicare. Ut mos aquæ sit in procliu deorsum uersum ferri. Nihil enim est aliud mos, quàm modus, extritis mediis elementis. Non habent animalis animam plantæ: suam habent. Non habēt

animalis affectus planta: suos habent. Sic enim mollius dicetur, si morum uocabulum uos offendit. Affectum uero sic statuemus, sicut appetitum statuebamus, sine phantasia scilicet. Ita saluaginem appetit Palma, & Crethmon: qua lactuca pereat. Is est affectus ille, atque huius similes alij. Non enim à seipso motum erumpit gummi, sed exactum ab expultrice. Iccirco planta quoque primo uere dicuntur  $\delta\epsilon\rho\gamma\alpha\iota$ , sicut & animalia, qua urgentur in Venerem eadem potissimum tempestate: unde & uerbum nostrum hoc à Graco illo. Illa uero uerba omnino æquiuoca sunt. Non enim aspernabor tam commodum uocabulum. Audite uerba:  $\delta\epsilon\tau\epsilon\ \Delta\lambda\phi\ \delta\iota\sigma\iota\nu\ \iota\sigma\tau\eta\ \delta\iota\sigma\iota\sigma\iota\ \iota\psi\chi\eta\varsigma$ . Ergo, inquam, est hic æquiuocum  $\iota\psi\chi\eta$ . Hac lege non ueniet appellatione animæ plantæ anima. Quod si uerum est: uita quoque, contra quam profitebatur, ambigüe de plantis, & animalibus dicitur. At  $\zeta\omega\iota\tau\alpha$  dicebat,  $\zeta\omega\alpha$  negabat. Tamen est actus animæ uita. Denique si animæ pars, uti dicebat, in planta est: animæ affectuum pars in planta erit. Suo quicque scilicet modo: Anima, affectus, uita. Alioqui ex iisdem principiis illud deducere mus. Animæ pars in equo est, ergo non habet  $\iota\psi\chi\eta$ . At habet suos, licet non humanos. Sic lactuca suos affectus, etsi non equinos. Et translata plantam diuersas in regiones, per initia agrè pati peregrinum calum: postea paulatim assuescere nouis impressionibus. Asperiores uero nobis etiã nunc restant salebra in extremo scrupei huius itineris: Lapides enim loquitur.  $\epsilon\alpha\iota\ \delta\iota\omega\mu\epsilon\lambda\upsilon\ \tau\alpha\ \mu\epsilon\gamma\epsilon\tau\epsilon\ \tau\eta\ \iota\psi\chi\eta\varsigma\ \mu\epsilon\tau\alpha\ \tau\eta\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\omega\tau\eta\ \phi\upsilon\tau\eta\varsigma\ \mu\eta\kappa\iota\omega\delta\eta\sigma\epsilon\ \tau\alpha\iota\ \delta\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ ,  $\kappa\alpha\iota\ \tau\upsilon\ \chi\epsilon\tau\epsilon\ \delta\ \delta\epsilon\ \delta\iota\omega\mu\eta\delta\epsilon\mu\epsilon\lambda\upsilon\ \delta\iota\epsilon\lambda\theta\epsilon\alpha\iota\ \alpha\iota\ \tau\omega\upsilon\ \tau\alpha\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\omega\tau\eta\varsigma\ \Delta\lambda\phi\ \phi\omicron\rho\omicron\alpha\iota\varsigma\ \alpha\pi\alpha\rho\epsilon\iota\theta\ \mu\omicron\omega\upsilon\ \tau\epsilon\varsigma\ \tau\omega\iota\ \mu\epsilon\gamma\epsilon\tau\eta\ \tau\eta\ \phi\upsilon\tau\eta\varsigma$ . Quid? Nonne cuique materiæ parti materialis forma

ma

mæ pars designata est, ita ut cum illius sectione secetur ipsa quoque. Species uero ipsæ, specierumque partes, tum finita, tum nota sunt. Quod si negat persequendam esse illarum historiam, quia multe sunt: quare dixit  $\mu\epsilon\gamma\epsilon\tau\eta$ , non autem  $\alpha\delta\eta$ ? Omnino hæc eiusmodi sunt, ut non perplexius quicquam ab Heraclito scriptum putes. Cuius commentationes ad natatorem Delium remittebat Socrates. Neque illum detertere debuit à recensione generum ignobilitas, ut ipsi uidebatur, quarundam specierum. Nihil enim est in natura censu otiosum: nihil despicabile. Quapropter Aristoteles, quæ certis præscriberentur differentiis, digerit omnia: quæ rariora sunt, atque incertiora, narrat extra ordinem: quod fecit in libro de miraculis quæ perceperat auditione. Ignobilia remittit ad naturæ ordinem sine nomine. Quemadmodum  $\epsilon\iota\kappa\epsilon\ \tau\omicron\ \chi\alpha\ \nu\omicron\iota$  in circulo quærendū reliquit ex Trigoni principiis. Nam sicuti natura haud multo studio contendit, ut talia faceret frequentiora, subtraxitque tum à conspectu, tum ab usu hominis: ipse quoque uicissim de ea contentione, studioque, quod aliis adhibere consueuerat, remisit. Vocat igitur naturæ opera talia,  $\omega\delta\epsilon\ \tau\eta\alpha$ . Galenus quoque optimè sensit id: A sapientiæ studio nobilem tantum occupanda, non omnia complectenda. Quod & ille diuinus canebat uir: Non ego cuncta meis complecti uersibus opto. Vbi modestiã uidetur auxisse, uerborum efficacia, more suo. Neque enim solum sese uoluntatis imperio abdicauit, sed etiam uotis abstinuit, omnia complectendi. Concludit deinde sic: En atam stirpem non mutare propriam habitudinem, nisi ab euentis extrinsecus accidentibus. At mutantur in alias nulla causa manifesta. Quin à tempore mutari, quod ait, falsum est.

y

Si enim mutaret tempus, semper mutaret. semper enim est. Clarius patet, aliam subesse causam. Adhibito sanè cultu non mutatur. At cultura nihil agit aduersum tempus. Ad hæc, tempus est tractus motus, siue duratio, siue quid aliud aptius conuenit. Est igitur aliquid consequens quantitatem in quantitate. nempe in corpore quanto. Quantitatis actio nulla est. at omnis mutatio, actio. Tū autē quo natura decreto faceret accidens substantiam? Generatio nanque actio est ad substantiam. Quod autē corrumpit hoc, idē gignit hoc aliud, aut hoc proportionale, aut hoc simile: aut in actū producit, quod erat in potētia. Sic est corruptio potentia, actus generatio. Quod fit in semine, cū ex eo fit animal: in ouo, cū ex eo fit auis, aut piscis, aut serpens, aut eiusmodi. Quin, ut subtilius loquamur, corrumpitur priuatio. Quæ tam est necessarium principium ad generationem, quam necessarium principium est uacuum, ad motum. Hæc autem nonnisi sublimibus ingeniis explorata sunt. Sic illud hac eadem ratione uanum est, χρονικὴ ἀδυναμία. Imbecillitas enim à tempore nulla prouenit, sed à contrariis: gelu, æstu, squallore æris, aut terra. Quæ tres uoces excessum frigoris, caloris, siccitatis cum significant, iccirco usus sum, quia facilius patimur ab ipsis. Quartum nomen, quo nimium item humorem indicare possem, non habebam. Non enim fuerit βλαχεότης: sed hoc ab illo potius. Hæc ergo foris oppugnant: & nihilosecius intus laboramus contrariis qualitatibus: unde fit senectus, atque solutio compaginis naturalis. Habebis secundum caput: à cuius particulis propositis deducit partes narrationis, quam instituit in sequenti. Ponit itaque deinceps à tempore, partium differentias. Florum, inquit, & fructuum, &

foliorum,

foliorum, in plantis quædam perennant, quædam non. non enim permanent sicut cortex. Ergo intelligit, nulli corticem decidere, folia uerò quibusdam tantum. Omisit uerò nobilem atque iucundam historiam in exemplis, quæ potuit adducere, nec adduxit. Citrus folia non amittit: fructus alios maturos habet, alios affectos tantum, nondum etiam perfectos, alios inchoatos modò, alios in spe floris: ut intelligatur, etiam in plantis proportio quædam superfætationis. De cortice item uidendum. Aliquibus, nisi auferatur, nocet: quod de subere dicebatur: & decidit uitibus, & ἄδελφονομα Arbuteo generi. Verba deinde sequuntur perplexa satis, καὶ τὸ σῶμα πῖπτον ὅτι πρὸς πρᾶγματος τὸ ἀπὸ ἑξῆς πῖπτος τὸ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς πῖπται. Quasi sit aliud corpus præter frondes, quod ab arbore defluat. Et uulgum simul cum aliis philosophis secure secutus est, in uerbo ἀπὸ ἑξῆς πῖπται. Non enim arbor abiicit, sed ipsa cadunt. Sic Aristoteles: Equus ἀπὸ βάλλας dentes. Sic puer ἄβολος, cui nondum excidere dentes. ἀπὸ ἑξῆς πῖπται melius Theophrastus, & Hippocrates. Aggreditur post hæc causam, propter quam labantur frondes, tametsi nõ erat causis reddendis locus hic: sed ad sequentem librum integra deferenda consideratio. Is primus error: alter non minor, quando nullam ponit: tertius, ubi nugatur. Ait enim: semper ab arbore partes non discretas cadere. Sic enim ait, πῖπται μὲν μὴ διακριτῶν. Quæ nanque sit hæc redditio causæ? Quæ ue cadunt partes non discretæ? Non enim rami. Quin comparatio dissipat sententiam. Sicut, inquit, in homine pili, & ungues. Nam & pili discreti sunt, neq; labuntur annuo casu: & ungues nunquam, nisi morbo amittuntur. De Ceruinis potius cornibus loqueretur. Empedocles quoque hæc

γ ἡ

inter se uoluit comparata. Cuius duo uersus ab Aristotele recitantur in libro de affectibus mistorum.

πῶτα, τεύχεα, καὶ φύλλα, καὶ διαίων πτεροὶ πυκνὰ,  
καὶ λεπιδὲς γίνονται ὡς ἰσβαροῖσι μέλασι.

Verum alius alia caussa est. Nam nec squamma, nec penna excrementa sunt, neq; pili, uel Mugili, uel Aquile, uel Equo: sed partes officiales adeo: eaque uel utiles, uel etiam necessariae. Quanquam enim Aquilae uita non pendet à pennis, uita usus pendet tamen. Pili uero in homine nulli necessarij: quidam uero adeo sunt inutiles, ut etiam impediunt usum uita: cuiusmodi sunt ij, quos in superiore labro mustaces Graeci uocant. Nam quod ait Galenus ad tegendum homini datos à natura, tollit eius prudentiam, simulque eleuat eorum fidem, quae de ipsa predicabat. Exaedificasse nobis manū, quod & Philosophus ait, quae futura esset instrumentū instrumentorū. Caterū ineptia huius pertinaciae apparet in cadaueribus, quibus pilos crescere manifestum est: cum tamen illorum iis nullus sit futurus usus. Caterū excrementorum rationem, ac finem declarauimus alias. Quae uero sequuntur, ualde me perturbant. πλὴν χυμῶν τεύχεα, ἢ οὐκ ὡς τοῖς τοῖς μέρεσι, ὅθεν ἀπέπεσον, ἢ ἐκ τῶν ὡς ἄλλοις. Communis est & pilis, & frondibus casus. Quo differunt postea? Quia pili, inquit, aut iisdem exeunt è partibus, aut ex alijs. De pilis non est hic historia propria, de frondibus est. de pilis narras, de frondibus nihil. Vtro igitur frondes afficiuntur, aut deficiunt? Exeunt ne indidem, an aliunde? Nam in iis quae surculos è ramis fundunt, surculi nō prodeunt inde, quae sese priore anno frondes extulerant: sed ex oculo, qui in cauo pediculi frondis extuberat. In illis autē, quae ramos nullos emit-

tunt:

tunt, cuiusmodi Spartum est, etiam atque etiam considerandum censeo. Deinde redit ad pristinos errores. Arborum partes indiscretas esse: hoc enim est ἀδιοείρων. At frondes quis non uidet haerere? Nihil secius profecto, atque Ceruo cornua, & ungulae, & dentes. At haec discreta omnia, materia, forma, finibus. Sic & ipse mox: pilos esse animalis partes, ut frondes arboris. Haec tamen haud uidetur caussa, quam ob folia delabantur. Quin de folijs ambigunt, partes ne sint: quia cadunt. Tum quare cadant, quaerimus: cum sint partes. Questionis ratio. Totum nō esse totum demptis partibus: ergo ne esse quidem, sicuti dicebamus. Cum uero casus explicat affectionem, turpissimè dixit, καὶ ἐκ δὲ διαιρητέων. Si enim indiscreta essent, non amitterentur, sed disrumperentur. Habent enim principia cohesionis, non continuitatis. Sed iam cum ipso ad aliud caput nos conferamus: in quo partium statuit differentias: magno sanè lapsu. In hoc enim de partium scribit affectibus: at id accidens est: in sequenti, de differentijs: at haec substantiales: atque ab iis accidentium ἀδιοείρων notiores. Antecedit enim notitia quantitatis, figurae, coloris, situs, cognitionem casus foliorum. Haec igitur notiora tum natura, tum nobis. Quippe & magis communia, & sensui propiora. Sed uideamus, quemadmodum sapit Aristotelicas diuisiones. In partibus, inquit, permagna differentia est: in multitudine, & paucitate: magnitudine, & paruitate: ui, & debilitate. Hoc autem propterea est, quod succus, qui in magnis arboribus est, in quibusdam est, ut lac: qualis in Ficu. In alijs liquidus, Pici similis: qualis qui de uite stillat. In nonnullis ἀρρηκτός: quē admodum in Origano, & in planta, quae dicitur Opigais,

γ ιij

Et aliis . At aliter animalibus Aristoteles praescribit differentias: genere, specie, quantitate utraque, qualitate, proportione, loco, situ, τὸ ἔχειν, καὶ οὐκ . Genere differt Equi crura à Corui crura. Specie, lingua Psittaci, à lingua Pici. Quantitate continua, pes Phoenicopteri, ab Alauda pedibus . Discreta, mamma mulieris à mammis canis . Qualitate, ut figura, colore, moribus . Proportione, piscium spina ab ossibus terrestrium. Loco, ut Mulli iecur ab aliis. in laena nanque situm est parte. Situ, ut cornua supina, prona, surrecta. A quibus postremi praedicamenti capias exemplum . Habet enim ceruus, cerua caret: extra unam, cuius cornua seruant uestigiam nunc in Fracia. An uero succum pro caussa debuit afferre? Vt quoniam in quibusdam est liquidus, in aliis lacteus, in nonnullis piceus sit: iccirco differant partes multitudine, magnitudine, ui. Vt omittam, quod magnas tantum arbores nominauit, in quibus agnosceret lac, et humorem liquidum: cum tamen longè maior sit herbarum numerus lactariarum . Vereor autem, ne sibi ipse imposuerit: ubi nos uitibus carere putaret . Nam qui speraret aliter sese esse persuasurum nobis, è uite manare succum liquidæ similem pici? Consultius ita constituisset. Quaedam ualida, quaedam imbecilles: quaedam tota, quaedam sola radice, aut stipite. Abies ualida est ipsa, radix imbecilla: Rapi scapus inualidus, radix firma: Esculo utrunq; robustum . Ita etiã quaedam plena, quaedam inaniore: unde succorum quoque ratio non contemnenda comprehendatur . In uicesima sectione propositarum quaestionum scriptum est: Inanem caulem quæ ferant, id eis euenire propter debilitatem. Caterum id aliter se habet. Quippe ex iis, quæ plena sunt, uidemus aliquas imbecilles.

imbecilles . Eiusmodi Salix, Tilia, Populus . In uacuis Ferula ualida est: nempe filo ualentissimo . Neque respondet analogia . Densior Buxo stipes est, quàm Quercui: at ualentior Quercus. Neque putandum est: naturam in id unquam intendisse, ut impleret aliquando Fœniculi scapum: nihilo magis, quàm sit unquam pedes homini quatuor meditata . essent enim imperfecte sibi planta illæ. Hoc autem nemo dicat, qui modò philosophiæ limen salutarit. Quod reprehendebamus, attributum lac grandioribus: quando fruticuli multo plures abundant, admittit illam quoque castigationem. Quippe magnas illas ubi nominauit, admiscet earum censui, pusillum fruticem Origanum . nam ὀρίανος, nota est repetita partium distinctarum . Agedum, Ferreri, tua hinc opera opus est, ut sciamus, quænam sit planta ὀριανῆς: et quid sit ὀρίανος succus in Origano . Quænam sit in eo uetustatis, aut principatus prerogatiua, doce nos, si quid habes . Habeo, inquit ille, originem . Originalem is eum uocat. Mihi tamen duo successunt negotium. Primum, quia non multum ex Origano fluit succi: alterum, quod unicuique planta suus est succus à natalibus ipsis statim. Illico, inquã, ubi dici potest, plura est: dici item potest, succus eius est. Neq; ante Origanum Origani succus est: neque planta cuiuspiam post plantam ipsam. Ita ὀρίανος, neque Origano absolutum quiddam est, neque ὀρίανος πῖς . Hanc tam plebeiam concertationem adornabo narratione rei non contemnenda . Noctis eam Trichomanis speciem, quam uocant Capillum Veneris, ut ea sit arida, si tangatur: ut prorsus exueta uideatur: et nomen ipsum Adianti fauet opinioni. Ex eius herbae libris quaternis, parum abest, quin tantundem prematur succi. De Opi-



gaide, nihil hic mutat. Autores ergo multi cum minus bonis uocibus utantur, sibi solis uidentur scripsisse. E populi uero face sumpta uocabula suis cum autoribus interiere. Quamobrem neque in oratione dignitas, neque in sententiis mansit fides. Opigais autem fortasse hinc sit, unde uel Medicus, uel Cyrenaicus eximatur succus: uel etiam ipsum Opium hic exemplum statuatur papaueris. Non laboro. Vterque enim <sup>omnis</sup>. Neque uero uos latet, quot plantis nomina casus immutarit. Euersis imperiis uictoria transtulit in uictos etiam lingua ius. Vel Asiam nunc ipsam aspiciate penè totam: ut misera in spuriorum abierit mores. Hoc enim sunt Scytharum Parthi, à quibus Turca. Vnde hi Musulmani, illi Besermani. Nam de Graecia nihil dicere, quam lugere, satius puto. Quot censetis repetita sub aliis nominibus? quot aliena nomina haud suis stirpibus attributa? Ita querimus interdum, quod habemus: quod abest, habere putamus. Etiam apud Paulum uidetis barbara uocabula. Inter quae Midamuda in Aboali codice librarij incitua mendose scribitur. Proclus quoque in libro de Magia, Carduum uocare uidetur Cnebison. Item Raccinum uirgultum quoddam aculeatum: quod alioqui non explicat, cuiusmodi sit. In Hydrosopio, quod Democriti nomine circumfertur, & in libris  $\chi\alpha\tau\omicron\iota\alpha\varsigma$  habetis multa, quae perturbant herbariorum diligentiam. Diu latuit Amelus Virgilianus. Et hodie quoque Bocchus flos quid sit, in culice queritur. Verum contigerit haec calamitas seculorum successionibus, fortuna uicissitudine: ut Cichoreacea uocentur aliter à Theophrasto, quam legantur in commentariis Dioscoridis. At ues quot ab Aristophane ponuntur, quorum nomina nulla scripserit Aristoteles? Vt

contenti

contenti rebus, appellationibusque certis, desinamus iam periclitari diuinando. Tu uero ubi uoles, expedi. Rursus, inquit, planta est partes habens siccas: alia humidus, & eiusmodi. Quasi uero non omnis planta partes habeat solidas ad consistendum, alias liquidas, quibus illae & alantur, & contineantur. At iam posuit prius differentiam specierum, quam generis. Prius enim lacteum, & piceum dixit, quam liquidum. Nam illae sunt huius differentiae. Post haec dicit: Plantas aliquas habere distinctas partes, neque similes, neque aequales. Aliis esse similes, sed non aequales: aliis aequales, sed non similes. Quibus profecto uerbis nihil esse potuit fallacius. Dum enim argutatur in uocum transpositione: putauit, orationis concinnitate rerum naturam contineri. Nos uero uim ipsam perspiciamus: nec opera ponetur frustra. Spero nanque, in tertio partitionis membro circuli quadraturam inuentum iri. Ibi partes facit quantitate pares, figura dissimiles. Mirificum Architam, qui folio aequalem spinam agnouerit. Huic adiungit difficilem sententiam: Locum uis praescriptum esse nullum. Quis nescit, suum cuique locum, locique finem esse praestitutum? Ex oculis rami, frondes uel semper exeunt. Omnibus cortex extimus est, semen intimum, & medulla: radix infima. Fructus, ubi flos, aut analogum extitit. Post haec concludit caput certis legibus differentiarum ab accidentibus. Impure tamen loquitur, cum sic dicit:  $\alpha\iota\ \delta\epsilon\ \phi\omicron\sigma\sigma\iota\ \delta\epsilon\ \tau\eta\ \phi\upsilon\tau\eta\ \epsilon\iota\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \omicron\iota\kappa\epsilon\iota\omicron\iota\varsigma\ \mu\epsilon\gamma\epsilon\iota\ \mu\eta\lambda\acute{\omicron}\sigma\kappa\eta\tau\omicron\iota\ \kappa\alpha\lambda\acute{\omicron}\varsigma\ .\ \delta\omicron\mu\omicron\iota\acute{\omicron}\varsigma\ \delta\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \tau\alpha\ \gamma\eta\mu\alpha\tau\omicron\iota\ \alpha\iota\ \tau\eta\ \epsilon\kappa\ \tau\eta\ \chi\epsilon\acute{\omicron}\mu\alpha\tau\omicron\varsigma\ ,\ \epsilon\kappa\ \tau\eta\varsigma\ \alpha\epsilon\theta\epsilon\iota\acute{\omicron}\tau\eta\varsigma\ ,\ \epsilon\kappa\ \tau\eta\ \pi\upsilon\kappa\acute{\omicron}\tau\eta\varsigma\ ,\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\kappa\ \tau\eta\varsigma\ \theta\alpha\lambda\lambda\acute{\omicron}\tau\eta\varsigma\ ,\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\kappa\ \pi\alpha\iota\tau\omega\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omega\ \tau\eta\ \sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\theta\eta\kappa\acute{\omicron}\tau\omega\ \alpha\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma\ .$

z



Assentior enim ad figuram pertinere nonnihil asperitatem: non esse tamen figuræ quippiam. Non enim asperitas est illa superficies, sed affectus superficiei ex positione partium, quo tactus progressus discontinuatur inæqualitate. Igitur ex illarum situ figura fit in ipsa illius planitiei uariatione. At asperitas suo ῥησιμῶν refertur ad tactum. Non enim dicitur asperum quicquam, nisi ad respectum tactus. Sed pauci posuerunt operam in prima philosophia. Quin ipsa inæqualitas non est figura, sed relatio, & quantitatis affectus, non figuræ: sed affectus figuræ similitudo est. At asperitas est inæqualitas superficiei. Præterea tametsi color aliquo modo ratio est, qua figura uisibilis sit: quippe non est figura uisibilis in corpore translucido: tamen non est ratio color, qua figuræ notio capiatur aut sensu, aut intellectione, sed alia duo: nempe lineæ uel linearum secundum suas partes situs, & linearum mutua dispositio. Nisi uelitis etiam addere quantitatem. Quandoquidem aliud est quadratum, aliud ἰσοκύβητος idea. Lineæ partium situs intelligitur diuersus in recta, & obliqua, unde figura uariatur. Linearum dispositione figuram confieri, etiam tyrones sciunt. Non pendere figuræ cognitionem à colore, satis patet: idem enim esset triangulum, & quadratum alba. Tanto minus dabit illud pro confesso, aut pro uero Philosophus: per densitatem, aut raritatem cognosci figuram. Omisit etiam quartum membrum similitium, & æqualium: quod neutiquam fuisse ab Aristotele prætermisissimum. Quæ in calce sunt, haud magnum afferunt momentum ad scientiæ perfectionem, sed neque multa indigent opere ad explicationem. Quapropter quintum iam caput aggrediamur. In hoc quinto capite fructuum decla-

rat

rat situm. Ego quidem à foliorum, atque ramorum situ cœpisssem prius. Frondes aliis ad cacumē, ut Pino: aliis infernè, ut Ceratiæ: plerisque in ramis: herbis multis in stipitibus folia: surrectæ Lauro, deuenx Abieti. Tum à figura, colore, magnitudine, crassitie, frequentia, duritia, neruis, dorso, uenis, oris, asperitate, horriditate, rigiditate, & horū contrariis, siqua sunt. Item ab aliis affectibus. Nam quædam pro loco, aut situ aliã, atque aliam figuram sortiuntur: ut in Scabiosa, Coriandro, Serpētaria. Quædam solstitio inuertuntur: alia ad Solem circūaguntur. Primam differentiam designat à loco: propterea quod aliqui supra ipsas frondes producuntur, alij infrà. Ac prioris mēbri maxima pars arborū popularis est: posteriori pauca comprehenduntur. Ficus ἀμφοτέρωθεν. Grossos enim supra frondes gerit. Bolæ uocantur à Venetis, cætera Italia Florones appellat. Alterū genus infrà erumpit. Aliã subdit huic differentiã haud absimilē. Illa erat relatiua: hæc erit absoluta. Quidã fructus à trunco exeunt, quidã ab radice, quidã ex ipsorū medio. Sic enim ait: τινῶν δὲ κερτοῖ ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τῶν ἐκ τοῦ ἑσπέρου. Huius postremi non ponit exemplum. Secūdi esse modi ait, Aegyptias Margaritas. Videtis & hîc ἰσχυρῶς. Hoc enim est Vingū, & Arachidna Theophrasti. Cuius Philosophi lapsū uel hinc animaduerrere potes: cū dicebat ille, caulē fructus aut floris caussa procreari: in hisce enim funditur ab radice. Vel ex eo, quod nō omnes caules fructū, florē ue gerūt. Non enim Trichomanes, non Filix, non Salicum genera quædam, non omnes Populi. Exemplum primi petemus à Ceratiis. In tertio uerò membro non satis mirari queo fructus locum, qui radicem inter ac truncum sit. Et locum hunc, inquam, hîc mecum ipse quæro: & historiã non memini, quæ mihi loci huius facere possit suspicionem.

7 ii

Sed quis ferat, quod ait deinceps? Quarundam fructus,  
 & frondes, ac neruea filamenta indiscreta esse. Hoc enim  
 est ἀδύχητοι. Nemo unquam, puto, uidit arboris cuius-  
 piam fructum, & folia confusa simul. Nam folia quaedam esti-  
 manduntur, ueluti folia Tambor: at ea non sunt alimen-  
 ti uice, sed medicamenti potius. Hac enim lege frondes o-  
 mnes esculentæ, ut olera, fructus explerent naturam. A-  
 liam hinc assuit differentiam. Quarundam folia esse inter  
 se omnia similia: in aliis non item. Rectè hac quidem. Nã-  
 que si Scabiosa folia conferas ima summis, uti supra diceba-  
 mus, duas esse dixeris illorum matrices. Sed & in Agrimo-  
 nia non est omnibus eadem facies. Quam naturam cū ne-  
 gligentius Dioscorides explicaret, implicuit nos haud con-  
 temnenda dubitatione. Parthenij folia Coriandri foliis te-  
 nuibus, siue exilibus, λεπτῆς quidem, similia dicit. Vtra in-  
 telligit: ima ad radicem, an summa ad umbellam? λεπτόν, est  
 ne, sicut angustum in uacuo, ita exile in corpore, latitudine,  
 & profunditate parua, cuius omnia, undecūque latera pro-  
 pinqua sint: an tenuitatē solā dicit profunditatis, quæ con-  
 traria est crassitie, & latitudinem concedit? Illa exilitate  
 Cotula nostra referetur ab illis summis foliis: hac tenuita-  
 te lata folia representabuntur in Matricaria. Cetera utri-  
 que communia æquè omnia: uirosus odor, flos, natalia, cra-  
 sis, usus. Faueo tamen Cotulæ: quando Chamamelo, quod  
 ibi describit, similior est: atque, ut sciant, qui nesciunt,  
 ita similis: ut eandem putem speciem, sicuti Molossum, &  
 Corsos canes. Differre tantum qualitatibus ignotis no-  
 bis, quæ capi queant ab una specie. Quemadmodum agre-  
 stitas fera, & Heroica humanitas in una hominis specie.

Nanque

Nãque in eodē loco legi, ac cōmixtas indiscretè quidē, Cha-  
 mamelum, Cotulā fœtidā, Cotulā odore nullo, ne si fricare-  
 tur quidē, præterquā herbaceo. Istā uerò Dioscorida securi-  
 tatem, quā de nobis præ se ferre uisus est, nō semel experti su-  
 mus, pudēda sepe doctiorum usque ad conuicia uelitatione.  
 Sui nãq; Eupatoriū florē si pinxisset posteritati, nō nunc dis-  
 quireremus, utrum esset: Agrimonia ne, an ea, qua utuntur  
 uulgò. Equidē ne obtundā, aut grauatim uidear admittere  
 sapientū iudicia, utroque utor simul semper, ubi requiritur  
 Eupatoriū. Ita & calūniam fugio, & periculū uito, ne que  
 illis nō credēs, neque mihi habens fidē. At enim uero non fa-  
 ciat Naturæ Deus, ut Agrimonia folia Cannabinis similia  
 sint: nisi uel prestigio fiat id, ut quod cernimus, non uidea-  
 mus: uel eorum mutet figuram, scindatque continuam pla-  
 nitiem illam quinquepartito, atque digitatam faciat Pen-  
 taphyllo similem. Sed hac uidebimus, ut excusseris tu Cæ-  
 sar in tuis commentariis. nunc ad propositum. Quædam,  
 inquit, ramos pares habent: quædam non. Ex æquo, & bo-  
 no, ut cōsueuistis uos, Minutium intuēs, non ex summo iure.  
 Qui enim ramos tam oculatè metitus est: ut sine fidei, aut  
 pudoris periculo queat hæc ita pronūciare. Hic omittit dif-  
 ferētias: & affectionē ponit naturalem omnibus cōmunem:  
 augmentū scilicet, atque additamentū. Quo loco præpostere  
 locutus uidetur. Est siquidē πῆξις, quàm αἰσῆσις prior. Sci-  
 licet πῆξις est alimenti, αἰσῆσις corporis. Et nō suo loco par-  
 tes enumerat: ῥίζα, λῦτοι, φῦλοι. Deinde cum dicit: similes esse  
 mēbris humanis plantarum partes, quæ cōtinent alias par-  
 tes: ostēdit esse partes compositas: radicem, ramos, surculos,  
 truncos. Itaque rectè μέλα dixit. Sic etiam Aristoteles

z iij

in principio historiarum. Sic latinè membra, nō solūm partes. Verūm curta nimis sententia est. Quasi uerò non & cetera partes, simplices dico, augeantur. Id etiam nihilo prudentius: Media, inquit, radix est inter plantam, & alimentum. At radix, nonne plantæ pars est? Quoniam ergo modo fuerit inter plantam, & radicem media? An murus est inter uiam, & aedes medius? Erit igitur medius inter se, & uiam. ἡ μετὰ τὸ ἔξω habemus apud Aristotelem, quod neutrius est. Hoc differt à continuo: cuius terminus partium partis pars est. Addit absurdum inde loquendi morem.

Non solūm, inquit, radicem appellamus, sed etiā uitæ causam. Eam plantis afferre uictum, tanquam portitorem, fatemur. At quis dixerit, homini uitæ causam esse os? Hoc enim est plantis radix, ex Theophrasto, & Aristotele. Habet tamen in plātis unicum radicis officium, excipiendi. In homine uerò, & excipiendi, quod habet opus, & tum mala expellendi, tum bona emittendi. Id quod diuinis Plato uerbis in Timæo: τὴν ἔσσοδον esse αἰχμαίων, scilicet ἡ φρονῆς τῆν ἔξοδον τῆν ἀρίτων. Haurite, uerò obsecro uos, nectar illud: ἡ δὲ λόγων γὰρ μοι ἔξω ἔξον, καὶ ὑπερτοῦ φρονήσει καλλίον, καὶ ἀρίτων πάντων νομῶν. Quod uerò non sit uitæ causa radix, patet ex iis arboribus, quæ solo cacumine amputato, pereunt. Contrà in animalibus quibusdam. Viuunt enim Muscæ abscisso capite: ergo sine ore. Non est igitur uitæ causa os. nihilo magis quam specus fontis. Pro certo habent saltuarij decacuminatione Abietem interire. Verum quòd huic addunt Cupressum: nobis id falsum compertum est, nisi fortassis adiungant atatem. Nouella nanque manu

pac̄ta

pac̄ta nostra cacumen amisit casu: quæ etiam nunc uiuit ingens, pristini uerticis in locum proximo ramo substituto. Hæc igitur argumenti pars est: quòd radice non lesa, & alia parte lesa, plantæ quaedam moriuntur. Altera pars est. Quoniam absque ea uiuunt aliquæ plantæ. Tum quod maximum est, semen & perferunt, & perficiunt. Tale est Semperuiuum. Malobathrum quoque predicabant Veteres eiusmodi. Verūm nunc apud Indos nihil tale reperitur: sed Græcorum mendaciorum uestigia manifesta in arbuscula ἀλοκάλου naturæ, sicut loquitur Theophrastus. Aduoluit enim sese Tembul adminiculis Iasionæ modo. Cortex quoque, uel medulla tota si Moro detrahatur, uitam simul auferri Theophrastus autor est, in quinto de causis. Suprà tamen memorabamus, absque medulla Vitem uiuere Constantini præceptis: unde prodeant uinæ, quas uulgus Corinthiacas uocat. Nam Theophrastus idem, è palmitis medulla lignum in acino prouenire dicit. Vnde scire potuit id, nisi si ea sublata nullum ibi granum compareret? Medullam tamen qui findet, facturum insitionem, ei opera perditur, ut uulgo persuasum est. In uulgaribus racemis acini maiores habent giga, minores nō habent. Idem in primo de causis ita scribit: Rami etiam præter radicem habent in se principia uitalia innata. Ergo non erit radix plantarum uita. Quod uerò, sicuti dicebamus, ori queat comparari, Mnesitheus quoque docuit. Is ineptas radices aliquas aiebat ad alendum, quia multum succi traherent: idque adeò, ut excoquendi potestas plus haberet operæ, quam uirium. Ad alias nanque destinatum

partes ipsa nequeunt conficere. Itaque ut in ore animalis succus nondum perfectus est, sed affectus tantum: sic neque in radicibus. Quam omisit rationem, sic in eas. Radici non esse perpetuo attrahendum, sed quantum satis habeat. Expeti reliquum a partibus superioribus. Ipsam, quod pro se facere sentiat, retinere: atque e re sua suo more coquere. Radicem Democritus quoque uitae statuit auctorem. Tortas arbores uiuere diutius, propterea quod uegetiore nitantur radice. Succum enim ab ea intercipi. Idcirco non corrumpi eas superfluo, atque aduentitio, quemadmodum contingit palustribus. Similem deprehendemus apud Philosophum rationem. Claudos esse libidinosos, retenta scilicet uberiore materia superna. At proceras, rectasque arbores minus diu uiuere. Ego uero in propter multa memini, quorum praesidio secus sentiam. Quercus rectissimas, grandissimas, uetustissimas. Salices flexuosas aui breuissimas. Cupressus longaeua est, et Pinus, utraque rectitudinis, atque proceritatis specie uisenda. Haec plantarum natura si cum animalium genere comparatur, longe diuersa uideatur. Voracia namque animalia parum uiuunt. Igitur plantae longaeuitas non ascribetur ex multa radicis attractione. Argumentationem Philosophi more sic explicemus. Radix non est uitae causa efficiens, non forma, non finis, non materia, sed materiam excipiens prima pars. Quin materiam exceptam ipsam non potius transmittit agendo, quam amittit patiendo, ceteris ad se trahentibus partibus. Nimirum attractione subit succus, non appulsione. Iesemini talea nostra manu parata primo statim anno florem tulit: biennio post sequenti plures etiam pertulit. Eam nos transferre cum uellemus ad opus copiarium, ne uestigium quidem radicis inuentum est.

Contra,

Contra, Arancij, quod gelu periisset, triennio post effossi radicem mirati sumus, non solum uiuere, sed etiam latissimam esse. Post haec ridicula fundit. Stipes, inquit, est qui solus a terra oritur, et similis est hominis aetate. Verum neque solus oritur e terra stipes: nempe folia quoque prodeunt herbarum primo. Ita falsa canit: si uox haec, solus, excludat ceteram naturam. Quod si intelligit singularem: nihilo felicius. In fruticibus enim nullus esset stipes. Quis non rideat collationem stipitis cum hominis aetate? Quae temporis, et substantiae potest esse similitudo? Resoluantur uerba in sua principia, more Aristotelico: statim ineptia deprehendetur. Substantiae praedicamentum simile est praedicamento mensurae motus. Sed et partes omisit quasdam: alias non omittas repetit. Omisit albumen in Quercu: quod cum animalis pingui potuit comparare. Sunt in adultis item partes aliqua non ignobiles, quibus nouellae carent: ut in Pino teda: quod in secundo de causis proditum est. Repetit *παρὰ φύσιν*, quos stolones supra dicebamus. Ab radice pullulare canit Virgilius. Si quis uelit argutari: a frequentia (hoc enim est *δαίμων*) πολλοί, unde uerbum illud. Nam potest ab animalium fetura duci, πολλοί. Pollinem quoque dixerit acutem quis ab eo, quod πολλὸν factum est. Ceterum a rotarum uersatione magis arridet, *πελὲν*. Definit autem *κλάδους*, qui mittantur a stolonibus rami. At quam bene, quamque pro uocis usu, nondum statuo. Namque apud Theophrastum etiam a matrice ipsa, hoc est a stipite, prodeunt *κλάδι*. Paulo post male describit, quod bene sentit. Quae, inquit, *κλάδους* habent, quaedam sunt perpetuae, quaedam non: sed quotannis subnascuntur. Nam *κλάδους* etiam si stolonum tantum sit:

A

at hæc differentia, perennandi, & intermoriendi aliis quoque competunt: non solum quibus stolones nulli, uerumetiam ne stipes quidem ullus est. Lingua canina nihil horum ascribit Dioscorides: & ea moritur. Pinus non fruticat, & perennat. Perennat Scolopendria, & Lingua ceruina, sine ramis utraque, sine stolonibus. Propterea uero quod non omnes partes suprascriptas omnibus arboribus inesse dixerat, iccirco recenset eas accuratius. Quaedam, inquit, neque ramos habent, neque folia: ut Fungi, & similia. Intellegit Tuber. Addit aliam sententiam: Partes omnes à succo gigni. Hoc fecit, ut materiam indicaret. Nemo uero putarit, anima rei partes aliunde concrecere, quam è succo. Aut quis ignorat, partes aliquot per initia constitutionis, non planta, quæ nondum existit, sed è seminis confieri succo? Post hæc, quemadmodum supra diuersa radicis attulit nomina: de medulla hic idem capit consilij. Eam non solum *μεδύλην*, sed etiam *μύσχα* nominari: item *πλάγχθη*, & *καρδίαν*. Quo in loco delineatur sententia philosophorum, qui in æquiuocis, translatis, & analogis semper unum primum, ac principem loco statuunt, quod sit uel nobilissimum, uel notissimum: idemque aliorum meta, modus, mensura, caput. Proinde cum animal nobis notius sit, quam planta (nobis enim nos notissimi sumus) optime factum fuit: cum partibus nostris indita sunt prius nomina, quam generi plantarum. Et est animal nobilius planta. Ac de Cordis quidem uocabulo satis constat. infrequentior uisceris appellatio. rarior quoque Matricis uox. Non enim ad uitam, sed ad generationem comparatum fuit à natura membrum, quo fetus contineretur. Contra, medulla uitæ caussa, non fætationis: unde etiam cordis nomen participauit. Lo-

cum

cum medulla potius indicat, quam officium. Satis patet, à medio dictam. Apud Theophrastum, & Xenophontem Cerebrum dictam memini. Quem uocis usum retinent etiamnum Siculi. Nec dissimulauit eorum uicinus interpres Serapionis, qui popularis esset oppidi Rhegij. Nam illi à Græca uoce, cuius linguæ olim alumni extitissent, & *εγκεφάλω* affinem fecere Cifilionem. Tametsi longè, latèque patentem significatum coarctarunt limitibus plantæ nunc, quam Palmitam uulgò uocant, longè aliam à Cacto, ne cum quibusdam fallar. Ac quanquam longè abest ab officio cerebri medulla hæc: tamen quia cerebrum medulla rationem obtineret, haud inuitæ accepit conditionem appellationis. Iste uero interposuit hæc importunè: Arborum partes ex eorum succo sic concrecere: Quatuor ex elementis constare succum. Pertinent enim ad libros De generatione: & eum qui debet inscribi De mistorum affectibus. Sunt enim propiora principiis scientiæ naturalis. Saltuatim deinde percurrit, & partes aliquas agnoscit, ad foliorum, florumque generationem comparatas. Sententiam profectò longè alienam à scito Philosopho. Non rami frondes gignunt, sed plantæ uirtus, quæ in ramis est: sicuti uis eadem ramos ipsos in stipite, stipitem ab radice, utrumque ex semine, aut analogo. Si gigneret folia rami, nunquam aliunde gignerentur illa: at gignuntur in herbis, quæ ramis carent. Neque sanè generat unguem manus, neque uero dentes caput. Quinetiam pessimè dixit, *πλάγχθη*. Nam quod ab essentia tale est, tale semper utique est. Si igitur apti natura sua sunt ad folia generanda, semper existet tales, non *πλάγχθη*. Ab hac diuisionis parte producit alias. Quarum una florum generationem etiam surculis attribuit

A ij

breuioribus : Salicis exemplo . Sanè pannos demittit Salix  
 spicatum confertos, & lanitium quoddam, Corylorum, ac  
 20 Populorum more. Addit: Quidam & flores, & fructus, &  
 21 alia, quacunq; è semine generantur: atque ea quoque, un-  
 22 de illa conteguntur. Verba malè conciliata. Nam si è ramis  
 præter flores, & fructus exeunt omnia, quæ è semine pro-  
 ueniunt: egredietur etiam radix. Nunquid uerò ipsimet e-  
 tiam rami? Nam hi quoque de semine producuntur. Partes  
 exequutus, earumque nomina, ac differentias: tum officia  
 generandis foliis, floribus, fructibus: diuidit summum ge-  
 nus in genera media. Illæ sunt partes, quibus corpus consti-  
 tuitur: hæ sunt, ut generum species. Illas integrantes dispu-  
 tationū magistri uocant, has substantiales. Ipsa uerba sub-  
 iicienda sunt: ut appareat, quàm sit autor idoneus ad hanc  
 23 diuisionem. *ἢν φυτόν εἰσὶ τινὰ δένδρον, τινὰ δὲ μέγαν δένδρον,*  
 24 *καὶ βοτάνων, καὶ τῶν τινοῦ μάλιστα δάμνοι. καὶ τινὰ μὲν εἰσὶ*  
 25 *βόταναι, τινὰ δὲ λάχανα.* Proponamus in alia formula pictu-  
 26 ram huius rei, sic: Animalia quædam sunt aquatilia, qua-  
 dam inter aquatilia, & terrestria. Et quædam sunt terre-  
 stria, quædam uerò sunt iumenta. Auditis Laruam, nō Ari-  
 stotelem. Prius dicit relationem, quàm extrema. Nondum  
 scio quid herba sit, & eò me allegas ab arbore, ut interea  
 fruticem inueniam. Postea subinfers herbam, disiunctis pe-  
 nitus partibus. Sed & speciem separat exaduersum à gene-  
 re suo: nempe Olus ab herba. Tum omisit φυτόνον. Nos er-  
 go rectè: Plantam φυτόν, in arborem δένδρον, φυτόνον cre-  
 mium, fruticem δάμνον, herbam βοτάνων, quæ iam uulgata  
 sunt. Quocirca minus uulgata his adiungamus: Non esse  
 uerum, quod aliqui profitentur, herbam esse, quæ intermor-

tua,

tua, rursus ab eadem radice fundit scapum. Multa nanque  
 talia sunt Cremia: uelut Peonia, Matricaria, Serpentaria,  
 alia. Item contrà non pauca, & perennantes, & plures  
 annos æuum suum transigentes: Ut lingua ceruina, Scolo-  
 pendria. Alij dixerunt, herbas esse, quæ canle careant. Ne id  
 quidem uerum est. Hac lege excluderentur olera omnia: ne-  
 que quicquam herbarum esset nobis edendo. Dignam sen-  
 tentiam, quæ per Plautinam scenam traducatur: in qua de-  
 ridet suorum popularium coquus artem: qui, inquit, alijs  
 super alias aggestis herbis, boues ut sint, efficiunt conuiuas.  
 Sed herba est, cuius satu exeunt ab radice illico bina folia,  
 post ea folioli, quæ è seminis in ipsa transmutati substantia  
 fiunt primum. Nam in arbore, cremio, frutice, non hæc folia,  
 sed scapus erumpit statim. In hoc igitur genere duplex na-  
 tura est. Quibusdam nullus exit scapus: quod de Canina  
 lingua scribit Dioscorides: in nonnullis prouenit: ut è la-  
 ctuca. Atque harum una differentia pro tempore. Sunt e-  
 nim quæ citò, ut brassica: sunt quæ ita serò, ita rarò: ut à  
 quibusdam ἀκαλοὶ natura sua sint existimata: qualis Tus-  
 silago. Altera differentia de caulium numero, uel frequenti,  
 uel singulari. In alijs tribus generibus egreditur scapus, aut  
 unus, aut plures. Si unus, aut magnus, & est arbor: aut  
 paruus, & est cremium. Si plures, est frutex. Horum uerò  
 affectus proprij sunt: Arboris, ut ne intereat, & denuo sub-  
 nascatur: Cremij, & fruticis, ut aliqui tales sint, aliqui  
 intermorianur: id quod cum herbis commune habent. Ad  
 hæc, genera plantarum propter imperfectionem abeunt alia  
 in alia, sicut & species. Nam Sisimbrij species in Mentam.  
 Triticum in Lolium: Hordeum in Auenam. Sic genera

Corylus, si non colatur, frutex est. item Punica. Si auellantur soboles, arborefcunt. Huius Ideæ proportio quadam est in Brassica, & Lactuca, & Paliuro. De Paliuro scriptum est à Dioscoride. Lactucæ stipitem ad hortorum postes quæsitum prodit Theophrastus. Brassicam uidimus nos tam grandem, ut unum folium, proceri hominis, risus gratia, fuerit palliolum. Hic Minutius, luculentam à me gratiâ inisti tu Baiuli: qui tam modico loco tam instructam aciem ostendisti. Et sanè benè armata, nunc primùm placuit. Antehac anfractus Labyrinthi mihi uidebantur. De Frutice uerò illo, qui arbori affinior est, etiam apud nos uideor meminisse. Nam Germinales arbores legere est in titulo, Soluta matr. quarum è brachiis usus esset, sicuti Cremiorum ad cremandum. Hoc enim est φεῦγανον, sicuti φευκτώειον. Pollux in personis Tragicis pro arido, atque adusto posuit. Sic Latini ueteres flagrum. Et in libris χαρπυίας τὰ φεῦγανὰ, καὶ ἀφλεκτα. Et aliquando materiam uocat Theophrastus, ad ignem scilicet, non ad opus. Arabes quoque id nomen imposuerunt: ut intelligamus ad fasces conficiendos, qui essent ignibus usui. Quo loco libet hunc morosum (me intuens dicebat hæc) castigatorem uellicare. Nanque in suis illis admirabilibus sanè mysteriis, ὕλην dicebat ex Chaldeis aquam: nunc ad ignem uidet eandem duci. Hic me arridente continuauit orationem. Tamen habeo quiddam haud plebeium, & non est alienum ab iis, quæ de succo dicebas. Est enim χμὸς, & χλὸς idem re, sed differunt & ἔν. Vtriusque uerò est origo eadem. Priori indidem, unde nostro humori: in posteriore est ὕλη illa: in utroque & χεῖν. Ut omnino sit, & liquidum, & fusile. Plantam uerò non omnem stirpem olim dictam

dictam puto: sed eam tantum, quæ pangeretur. Fuisse nanque Palatam à palo. Palus autem concisum: integrum Paxillus. Ut ala ab axilla: extrita insuauis consonante, quemadmodum Cicero docet. Quin uocem aliam, Stirps, solis firmitate præditi fuisse reor peculiarè: quasi στέροπος. Vtriusque postea significatum ad communem omnium usum factum commodiorem. Pumilas autem arbores, arbusculas docti, arbussti nomine uocant barbari. Qui purè loquuti sunt, pro arborum ordine posuerunt, quibus applicatas disponerent uites. Appellant Taurini Ligures Altinum. Pro fruticis natura Iurecōsultus usurpauit in titulo, De termino moto. Olus uerò dicit quancunque herbam esculentam, claro indicio priscae frugalitatis: quæ ad uictum nihil obsonij sibi deesse existimaret, modò ne deesset olus. Hoc enim ὄλον est, sicut & panis, πᾶν. Sed fortasse hæc importunè. Quam tu nobis importunitatem narras? inquit Baiulius. Nunc uerò demum perfecta res est. Aedes exædificatae sunt: tu eas instruxisti. Ego uerò ad hominem redeo. Cum hæc tractauit, quasi ad alia uocatus, ait: πάλιν εἰσὶ τινὰ δένδρα, ἃ πρὸ ἔχασιν ἐκ τῶν οἰκίαις εἰζαεσθε ὄλον. καὶ χμὸν τὰ οὐ αὐτοῖς κλάδοι πολλοί. ὡς συκαὶ καὶ ἐλαῖαι, τινὰ δ' ὄν. At iam dixit hoc. Est igitur uerè, πάλιν. Ridiculè uerò dicit, stipitem à propria radice nasci. Nam unde igitur? si non à radice. Et à qua radice? si non à propria. Deinde animaduertam, κλάδος hic ab radice prouenire: at suprâ κλάδους educebat definitione παρὰ τὰς παρὰφυάδας. Ut idem totum faciat, & partem. Nunc igitur, cum δένδρον dicit: non quit δάμνοι intelligere. Distinxit enim hæc. præsertim quia ponit ὄλον, ἢ ὄλον. Et tamen exempla dat Oleæ, Ficique: at ea fruti-



cescunt. Hoc, quod dicebamus, doctum oportuit. Quasdam nisi colantur, abire in fruticem. Itaque stolonibus excisis, aut auulsis, arborescunt. Nec locus praetereundus sine portorio. Punica in arborem cultu redacta nihilo deterius fructificat: contra Corylus, ipsa frequentia popularium fecundior. Ratio: Quia Punica ad arboris naturam propius accedit: Corylus ad fruticis. Alia in Oleis ratio. Non enim eam ob causam in Italia proceriores, in Prouincia breuiores: sed hic apud nos ob Circij uim, ne afflictentur. Est enim uentus, ut scitis, ferus admodum. Videte uero hominis uel fidem, uel eruditionem. λέγειν definit, τὰ ἔργα ἐκ μεῶν ἕξασ κλάδους πάλαις. Iam hoc erat δάμνος. Brassicam ubi posuit ad exemplum: fecit primum, ut addubitarem. Non enim memini à me hac uisam facie. Sed certum est, iis, qui stolonibus stipatam uiderunt, credere. Quos inter etiam cognoscas Theophrastum. Ex hac definitione, seiunges ab oleribus lactucam, quae λέγειν facile princeps est. Nam Catonis de Brassica iactatas religiones nihil moror. Et malum praebet succum optimum lactuca: si ab herbis optimus potest proficisci. Ab his digressus recenset herbas, quae stipite carent. Differentia uero sic pote statuenda est. Herbarum quaedam surculum exerunt, quaedam nullum. Ex iis, quae caule carent, aliae florem statim edunt in summo solo, ut Chamæleon albus: aliae ferunt in ligulis, ut Chelydonium minus, Mandragora, Cyclaminus, Asarum: aliae fundunt ab stipite, non uno modo. In nonnullis umbella, partim conferta, partim sparsa: in aliis alio situ. Quibusdam frequentes scapum stipant, ut in Phlomo. Agrimoniam in ramos disiti. Adiungemus his eius herbae modum, quam Centum grana uocant, & Laurum

Ale-

Alexandrinam. Sequitur post differentia ἀπὸ τῶν δία μόνως. Quaedam, inquit, quotannis gignuntur, & siccantur, ut Triticum. Mihi tamen hac in parte uidetur ualde mancus. Nam quaedam perpetuant: hoc enim plus est, quam διατείναν, aut perennare. Eiusmodi sunt Capillares: Quaedam non perdurant, atque diuersis formis distinguuntur: aliae per-eunt, neque renascuntur, ut Triticum: aliae renascuntur, ut Gentiana. Atque harum aliqua perennant, ut Agrimonia: quaedam intra anni spatium moriuntur: idque haud uno more. Triticum plusculum durat: & trium temporum, ac fortasse quatuor particeps est: nimirum autumnio satum, aestate metitur. Pusillum trimestria. Quapropter non bonum exemplum duxit à Tritico: neque enim quotannis nascitur, nisi feratur. Inde tradit uiam, & rationem scientiae triplicem. Syllogismum, exemplum, picturam: quibus artibus plantarum facies pernosci queant. Vt per picturam sit notum nobis, ἀπὸ τῆς εἰς. Intellego uero cum Aristotele ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν. per syllogismum autem ἀπὸ τῶν. Quod falso negat Auenrois in tota medicina extare usquam: & uix in uniuersa philosophia naturali tres concedat extare demonstrationes. Accipiamus hic syllogismum, laxiorem demonstrationem. Veluti: herba, quia calida est, aperit: aut, ut subtilius dicamus, quia sic calida. In quem syllogismum inducer nos media ratio cognoscendi, id est exemplum. Vt quia radix Asparagi aperit: etiam Pastinacae. Quia Dictamnus uenenis aduersatur: etiam Pulegium. Quam rem fusius agit Theophrastus: hic in sequenti libro strictim. Neque uero solum fines tractat, sed figuras quoque, colores, magnitudines, natalia, frequentiam, excessus, & defectus. Nunc

B

autem obscure satis proficitur: Herbas esse quasdam ἐὶς δύο αἰακλιούσας. Vult, opinor, innuere διδραχμάχαια. Philosophus dixisset, ἐπιμφοπέριον. Alternationē naturā significat hoc. Ponit exemplum. Si Ocimum intelligit, quod Basilicum vulgus uocat, Sotiō autem μεσόδουλον: hinc nobis in Aethiopiā Abissinorum abeundum est, ut uideamus an arboreſcat. Ibi nanque maximum: sed fruticis potius, quā arboris magnitudine. Et nos aluimus in hortis pensilibus ea magnitudine, ut folium Arancij frondes aequaret. Certo igitur nobis fuerit φεύχων: huic autori an esse possit λάχων, uidendum est. Nondum enim comperi fruticantem. At huius λάχων πολλοὶ αἰσροὶ ἀπὸ μιᾶς ῥίζας. Quae uerò uocat ἀχρηδύο, accipit: quemadmodum ex Themistio fastigia uerit Hermolaus, genera. Summis tamen generibus solis ea conuenit appellatio. Sed facetus est, cum dicit ἐὶς ἀχρη inclinare. non enim in summa, sed in ima inclinamur. Perstat uerò in superiore culpa, ubi ait: Quasdam in eadem natura esse, & herbae, & oleris. Nam etiam Phrygani & Oleris natura conueniunt in quibusdam. Quae uerò subdit, ecquid capere possim? Quaedam, inquit, cum exeunt, spica figuram gerunt, ac euadunt arbores postea: cuiusmodi ij, qui in Arabia dicuntur Benteli. Et planta, quae nominatur Helioscopium. Benteli, apud ipsos Arabes, quid sit, quaesitum non inueni. Si non est Amomum: quid aliud afferam, nescio. Est enim Amomum omnino id, quod Rosam Hierosolymi, aut Beatae Marię uulgus uocat. Perplexa sarmentilla in racemi modū. Quae si nihil spirat odoratum, natalium humori, atque uetustati sit attribuendum: non detrahendum speciei, propter accidentium absentiam quorundam. Athenaeus in tertio

Bentelos

Bentelos concha genus margaritifera prodidit apud Indos. Audite uerò nouum proaemium inepti huius. Qui perinde, atque rem ualde nouam, fruticum aggreditur naturā: in qua tamen defatigatum putabam: nos certè exercuit ad fastidium & langorem usque. Myrtus, inquit, & Malus, & Pyrus eo genere continentur. Quarum rami multi, & inutiles sunt ab radicibus editi. Ac propterea decet, harum praepone diuisionem: ut ad exemplum faciant, & ratiocinationem. Neque enim debemus omnium uestigare definitiones. At quomodo πεδροειζεί, si nequit, διοειζεν? Et audaciore uerbo usus est, ὁ φάλομεν. Imperiosa negatio. Modestius, διαμείδω. Nam profecto sapientis est, persequi definitiones. Sunt siquidem ad scientiam πεδροειζεις immediatae. Iste uerò nos adeo uacordes existimauit: ut suo iussu speraret obtundere posse aciem perscrutationis nostrae. Nihil enim cordato uiro dignius, quā definire. Quinetiam proposita in praefatione hac non exequitur: sed transit ad diuisionem cum suo πάλιν. Planta, inquit, alia domi altiles, alia hortēses, alia agrestes. Agrestes intelligo, quae humani studij cultu carent. Ergo si τὰ κατωικτιάζει distinguit ἀπὸ τῆς κηποιᾶς: Adonidis horti pensiles non erunt horti: cuiusmodi plurimi in Africa, Hispania, Roma, Genua, Venetiis, Ferraria, hic. Recitabo, quod ascripsi margini, αὐτῆ ἢ γνῶμη, ἢ ἀπαιδευτος, ἢ παιδός. Duo nanque membra sunt, si ἀγριον est, quod humano cultu caret. Non differre autem specie, sed accidente docebat in Timaeo Plato: qui τὰ ἀγρία προεβύπερε τῆς ἡμετέρας dixit. Habemus apud Theophrastum, quid ille senserit: nec minus ex Aristotele. In nuptialibus Institutionibus declarat Plutarchus: ab agresti non distare mitem genere, sed modo. In

B ij

Bæotia consueuisse sponſas Asparago coronari: ut ostende-  
 rent, Spinam, ex maximè incommoda, mitem factam, atque  
 humanæ uitæ aptam. ἤμειον melius dixisset, quàm λιπώδης.  
 Quam uocem ad alia quoque deduxit lacteus ille fons: qui  
 in sexto de legibus, uias ἡμειώτους appellauit, quæ essent  
 commodissimæ: ad saltuum, nisi fallor, differentiam. Quippe  
 munitionibus ad hominum usum factas aptiores, atque cõ-  
 positiores. Sic eodem in libro benè institutum uirum esse  
 mitissimum; rudem uerò literarum, efferatissimum omnium  
 animalium. Cultura nanque cicurescere plantarum more.  
 Non tamen uerum est: meliores omnes euadere. Iridem stu-  
 dio, atque opera nostra fieri deteriore, proditum est. In ter-  
 tio de causis, Corni fructum, si colatur arbor, mitescere qui-  
 dem, sed degenerare. Adeò uerum est, quod scripsit oraculum  
 in primo Politicorum: Quosdam homines seruos nasci. De  
 plantis dicamus idem. Vt hinc quoque castigetur autor hic:  
 qui mitia omnia meliora esse professus est. Etiam Fœnum-  
 græcum desiderare cultum ullum negant. Crocum uerò uel  
 despectum, uel contemptum, uel calcatum melius euenire.  
 ἤμειον Theodorus, urbana, dicit minus benè. Quando &  
 extra urbes mites arbores sunt, & ἡμειώδεις, & ἀρβύλαι, &  
 ὡς ἄρβύλαι μέλιτος. Sed & meliores, quàm urbana, liberioris cę-  
 li beneficio. Quin uos, Minuti, sola ipsa, quæ essent arbori-  
 bus consita, etiam intra mœnia, prædia rustica nominatis:  
 tantum abest, ut rustica, propter cultum, uelitis urbana  
 dici. Post hæc ab actionibus plantarum sumit argumentum  
 \* multarum diuisionum, sed confuse admodum. Primum à  
 \* fructu, deinde ab oleo, tum à foliis. Atqui debuit, à foliis  
 primum: sunt enim communiora, & priora, & notiora

tam

tam naturæ, quàm nobis. Tum autem quæ inculcauit, re-  
 petit: & contradicit sibi, de sterilitate Salicis. Suprà nan-  
 que Salicis breuioribus ramis flores attribuebat: nunc amo-  
 uet à toto genere fructum. Sic Homerus Salicem canebat  
 frugiperdã. At Amerina, si ex multorum sententiis, sit in Sa-  
 licum censu: suis bacis siue granis infirmet hanc sententiam.  
 Cetera uerò pannos etiam ferunt, sicut & Coryli: quod &  
 suprà dicebamus. Sunt tamen Salicum genera quædam ad-  
 uiminum, atque cistarum usum, quæ nullum ferant fructum.  
 Theophrastus quoque in primo de causis, inter sterilia po-  
 pulum numerat, & Salicem, & Sambucum. Verum de  
 aliis cum uiderimus, de Sambuco non patiar illud nobis:  
 Umbellam enim spargit admodum odoratam: & è flore ba-  
 cas. Quædam etiam Quercuum genera negauit fructum  
 ferre. Nos sanè aliquot pumila Roborilla sterilia nouimus:  
 si glans exigatur. At Gallã ex iis legimus grandem oppidò.  
 De oleo uerò perridiculè. Oportuit enim membra digeri alia.  
 Et de eo iã suprà dixerat. Sic igitur fortasse melius. Quædã  
 uinũ, quædã oleũ, quædã lac, quædã resinam, quædã aqueũ,  
 idque album, uiride, croceum, cruentum, nigrum. Nonnul-  
 la liquores alios, qui ad hosce referentur industria, atque æ-  
 quanimitate philosophorũ, ex Indicis nauigationibus. Laxe  
 uerò nimis loquutus est, ὡς ἡ δένδρον. Tam facit arbor folia,  
 quàm uel corticem uel radicem ipsa: homo uerò uel pilos, uel  
 ungues. Pars siquidem arboris folium est, sicut & Aquile  
 penna. Verum uulgi morem sequutus uidetur: quemadmo-  
 dum nos quoque, cum dicebamus, hanc esse arboris actionẽ.  
 \* Illud repetit imprudenter. Quibusdam folia fluere, nõ item  
 \* aliis. De ramis autem inuerecunda negligentia. καὶ τὸ μέλι

B iij

*γινώσκου κλάδου, πρὸς δ' οὐ.* Sic enim potius : partim à specie, partim à locis. Nam sparto, & iunco forma nullos quaesivit ramos. A locis autem non priuationem, sed copiam, proceritatem, crassitiam, rectitudinem, rigiditatem, & his contraria. Item ab etate. Sic & de foliis aridioribus, & gelidioribus : item è contrario nimis uliginosis, & aestuosis citius amitti. Amygdali nouellæ etiã sæuissimã hyeme frõdes pertinacissimè retinent sub uer usque. Tum alia differentia, de qua supra dicebamus. Situm quædam mutant antè quã cadant, ut Salicis : inuertuntur enim solstitio hæc. Quædam *μεισθησὶς* non amittunt, quia non cadunt : ita quantitate continuantur : at *φυσικῶς* amittunt, quia non amplius uiuunt frondes. Postea colligit ex partibus hîc propositis, multa de plantarum differentiis dici posse, quæ hisce uerbis enumerat : Magnitudo, paruitas, deformitas, bonitas fructuû, prauitas. Sed statim confert agrestia cum hortensibus : quoad exigit natura fructuum. Non igitur propositas partes exequitur, ut dicat maiora hortensia, proceriora, speciosiora : eorûmque fructus præstantiores. Sed fertilia dicit agrestia genera, meliores hortensium fructus. Notãda uerba, *μεισθησὶς καὶ φασγῶν τὰ ἄρτια*. Iam dictum est, admittere cultum quasdam, atque inde consequi fecunditatem. Succum, quem requirebant, nacta uberiorem, & melius degunt, & plus ferunt, ut Vites. Aristoteles fortasse sic loquutus esset : *τὰ μὲν ἄρτια ἀφ' ὧν ὁπότε καὶ φασγῶν ἔστιν ἡ κηπεύων ἡδ' ὡς ἡ καλλι.* Nanque sic intelligas suauiores. In Sorbo, & Cydonio minus suaues agrestes sunt, & præstantiores tamen. Hoc enim querimus in asperitate ad remedia, non ad cibum : sicut ad uictum quoque in agrestibus malis student Cantabri. Ve-

getiorem,

getiorem, atque uti dicam, experrectiorem premunt succum ad potum, uini uice. At ex miti malo qui fluit liquor, is mollior, languidior minus uibrat uirium, minus tangit gustum. Eas uitium uicarias uocant Auarcas. Attendendum ex Theophrasti lectione, quid ille super hac re sentiat. Idem quoque in libro de causis primo, fructuum ubertatem attribuit agrestibus : quos ob copiam perducere nequeant ad maturitatem, licet arbores ipsæ sint ualentiores. Putet tamen aliquis, si magnitudo fructuum mitiorum cum agrestium copia comparetur, paria facturas. Succu uerò contumaciam causam esse, quominus percoquantur, id quod *μύλοντι* uocat Philosophus : nobis, qua id significemus, nulla propria uox est. Proinde in eodem libro rectè obseruatum est, mitiorum nucleos multo minores esse, quàm ferarum. Dilutior enim succus. Intelligemus tamen abesse oportere nimiam soli ubertatem, ibidem nanque disputatur, arborum fructus luxuria degenerare. Fit siquidem, ut succi plus suppeditetur, quàm possit perfici. Ad eam rem exemplum è ficu peti, quãquam in Græcia tantum. Illa in terra non maturescere, nisi aut pertundantur, aut scalpantur, aut oleo perungantur, ut eis agrè sit. Esse uerò plantis oleum inimicum, & apud Theophrastum meministi, & in sexto de legibus scriptum est. Herbae quoque haud continuo nitidiores omnes, quæ locis latioribus : si Dioscoridæ credimus, Leucadem montanam latioribus esse foliis, quàm campestem. Acutior illa diuisio fuerit. Quasdam cultu mitescere, ut Cydonia : quasdã in sua natura cohiberi, quominus degenerent, ut Sisymbriû : alias fieri deteriores, ut Iridem. Nonnullas contemptum contemnere, ut Fœnumgræcum. Pueriliter autem mox diuidit

fic. Siccis aliqua proueniunt locis, alia in mari, nonnulla in fluuiis, quaedam in rubro mari. Distinxit ineptus à mari mare rubrum. At sinus omnes simul, & Oceanum Philosophus unum mare facit in Meteoris. Hic igitur etiam ruffum hominem ab homine separet. Rubrum dixi Erythraeum: non quod nesciam ab illo colore dictum, tametsi pingitur ita: ceruleum nanque est. Sed à cognomine rege nuncupatum, conqueratur de rusticitate. Opicorum nostrorum, rerum omnium rudium, praeterquam occupandi aliena. Qui pari uel in scitia uel negligentia τὰ βροχία in mari, Breuia nominarunt. At equidem malim, Fremia. Non enim quia βροχία, sed quoniam βροχία. Quemadmodum ὑδάτες malè quoque nominarunt, si Succulas πνεύματα τῶν ὑγρῶν, non autem Succulas ὑγρὰ τῶν ὑδάτων dictas statuere. Haec uerò loci differentia, quae sicco & humido continentur, cum sint maximè uniuersales: quippe statim ipsorum elementorum, iure optimo debuerunt aliis anteponi. Sic ergo poterat, opinor, commodius. Quaedam siccis, quaedam humidis. Intelligo nunc sicca medicorum more, non ut Physici uocant, ea, quae penitus humore carent, sed quae aperto, aut mediocri humido. Humida uerò loca distinxisset hunc ad modum: Aut in humore nasci plantas: aut prope, ut in ripis: aut alio modo, uelut ad parietes, aut rupes: in quibus aquarum halitu, uel aspergine, uel appulsu concreantur, ut Adiantum, Lichen. Ab humoris partibus sic: In humore, aut summo, ut Lenticula: aut ab radicibus, ut alia multa. Item aliquas nunquam emergere, ut Algarum genera. Aliquas extare, ut Aquapium. Ab humoris differentia, aut in perenni, aut instante, aut ubi fuit humor, neque amplius est. In resiccatis enim prodit Xanthion. Post haec à qualitate.

tate. In dulci, in falso. Plutarchus in libro de causis naturalibus, negat, aqua marina plantas ali. Cui rei causas assignat quatuor: crassitiem, qua subire nequeat: grauitatem, qua impediatur ascensio: uim desiccandi, qua tollitur alimentum: & postremo pinguedinem. Marinae pinguedinis argumentum esse, quod ardeat. Pannos quoque non posse lauari marinis aquis, ut in nitorem dentur: neque uerò celeriter exiccari. Caterum prima causa nulla est. Neque enim tam crassa fuerit, quin transmitti queat per meatus plantae. De grauitate uerò perridiculè. Nam è mari nebulae tolluntur à Sole solo: tanto facilius à Sole, & à planta ui. Quasi uerò non & terrestres partes cum aqua subeant simul: quae aqua pro alimento plantis omnibus futura est. Nam est id à Philosopho scriptum in secundo de generatione, uerbis nectareis: ὅσα πρὸς αὐτὸ δέξιν μάλιστα μόνῃ οὐ σέφειται & ὑδατι τὰ φυτὰ, πλείοσι σέφειται. μίμικται γὰρ & ὑδατι γὰρ. διὸ καὶ διχαεργαί πτερόωνται μίξαιτες κότερον ἀρδεύει. Eiusmodi quoque uim sicciorem deberi dicam marinis plantis. Sunt enim quaedam etiam terrestrium tum siccissimae, tum paucissimo contentae alimento. Velut Africanae ferae, quae rarissime bibunt. Est etiam inter illas quaedam, quae nunquam bibunt. Eadem iniecta in os aqua (eius nanque rei periculum factum est) interit. Spina Aegyptia in sabulo & excocto, & falso nascitur. Borrys apud nos, & Pulicaria, & Crithmum, & ea, cui ego Tomentilla à candida, mollique lanugine, si per doctos licet, nomen facere ausus sum. Praeterea pugnant inter se oppugnationes illae duae. Exiccatur alimentum: haud facile exiccatur. Nemo quoque est, qui neget, pingue aptum esse ad alendum. Ad haec quot reperiemus pingues arbores, fru-

tices, herbas, oleo, resina, lacte. Nam & ex Platano factum fuit oleum. Quot inuenientur planta salsuginem praeseferentes? Veluti Matricaria tenuifolia, Ciceris genus, & Lupini. Longe sapientius Aristoteles. Vbi res constat, si opinio aduersetur rei: quarendum rationem, non rem ignorandam. Ita contra Parmenidem, Zenonem, Pythagoreos, Megarenses sectam cum pugnat armatus, tum nos armat ad vincendum. Theophrastus in quarto, adhaerescit ei sententiae, quae fouetur a nobis hic. Sanè uerò in mari quoque semina inesse uitalia: pisces argumento sunt: quorum Capitones, & Labeones, & Mugiles aluntur limo: quem in stagnis marinis, atque in astuariis cum gustarem, adeò salsum comperi, ut mihi fauces uri uiderentur. Et statuendum nobis censeo: pisces nobilioribus naturae legibus animantes esse, quam arborum quamlibet etiam nobilissimam. Ideo Theophrastus in quinto de causis ait: Halimon, & Ederam salsugine sua conuicta necare stirpes. Perniciosiorem Halimon. Quomodo igitur non alentur salis, quae salsa sunt? An si mutant in salsuginem succos dulces, non admittunt salem si nactae sint? Itaque in secundo, Platas aliquot sui esse generis: nec nisi propter mare, quasi salsedinis appetentes, ali posse. Quin Palmam ipsam aggesto sale plurimum iuari. Quemadmodum & inter olera Betam, Brassicam, Rutam, Erucam. Crethmò ad hortenses parietes frequentibus urinis fortè perfusum; latissimum euasisse deprehendimus. Nimirum maris accola, sensit a maris affini beneficium. Androstheneas ita narrat: In Tylo insula Rubri maris aqua salsa fieri nitidiores arbores: eamque ab hortulanis peti solitam post imbres ad irriganda sata. Theophrastus quoque in eo, quo dixi

libro,

libro, de Rubri maris arboribus loquens, ait eas contraxisse naturam eiusmodi, ut alantur mari. Contrahi nanque naturae leges consuetudine. Id quod & Hippocrates scriptum reliquit, in libro de aëre, & aqua: & Aristoteles in uicesima octaua sectione, consuetudinem dicit esse, magnam rem. Quare in quarto de causis idem prodidit Theophrastus: Thrasium triticum etiam in meliora translatum nihilo maturius germinare: propterea quod è natalibus aduentitiam naturam contractam adiunxerit speciei. Ita uerò demum, si consuetudo non sit aduersatrix naturae. Neceesse est enim à principiis id deduci: quae principia, sicut ait Philosophus in octauo Metaphysices,  $\pi\rho\omicron\upsilon\pi\omicron\lambda\epsilon\chi\epsilon\iota$ . Ita duplicis naturae sunt. Aut constituunt: uelut forma Trimestrium facit, ut intra nonagesimum diem maturescant. Aut non repugnant: ut Triticum illud serius enasci posse. Itaque si ad primordia, quibus planta constat, potest accessio fieri consuetudinis, qua salsugines admittat ad alendum: hoc ipsum, salis alii posse, affectus erit aliquis à primordiorum illorum consensu fluens. Secundum haec apponit diuisionem ex affectu quantitatis, qui designatur à locis. Nempe siccis quae gaudent, leduntur humidis. Ideo crescunt minus. Ineptè uerò interponit hic: Quippe discerpit membrum sequens. Quaedam, inquit, in ripis fluminum, quaedam in lacubus. Sequentem quoque diuisionem mutilam fecit. Quaedam, inquit, earum, quae proueniunt locis siccis, nascuntur in montibus: quaedam in planis. Sic enim debuit: In planis non uno modo, terrenis, sabulonibus, arenosis, argillosis. In aliis: ut collibus, rupibus, montibus, muris, parietinis, sepulchretis. Item à tempore, temporisque affectibus, aestiuas, hyemales, apricas, umbrati-

C ij



les. Mox tamen attingit partes minutiores, cum dicit: Sic-  
 cissimis uiuere locis aliquas, ut in Aethiopia: qua in terra  
 melius, quam alibi proficiant. Tum Minutius: uter uero  
 tibi sicior uidetur locus: saxum ne in prouincia, uel Cala-  
 bria, cuius superficies obducitur musco, an Aethiopica terre  
 solum? Et ille. O Minuti, ut semper ad manus habes tela,  
 qua etiam fugientibus intorqueas. Mihi uero hoc repente  
 nimis obiectum est. Quando igitur neque antea prouisum,  
 neque nunc meditatam quicquam habeam: te, quem par-  
 est excitatum re dubia, cum ueritate quippiam decidisse:  
 nos illis impartiri aequius est. Age uero sodes, fac, ut siquid  
 in ea prospexisti, ne nos quoque nesciamus. Habebis er-  
 go, inquit ille, quod iudices, non quod ediscas: Humoris mihi  
 uideri triplicem modum, qui ad terrae naturam pertineat.  
 Vnu, ubi humus suapte uiuda est: unde & audis appella-  
 tionem. Talis enim est etiam non compluta. Alter est, qui ex-  
 trinfecus appellitur ad terram, qua intra uenas nihil habet  
 tale. Tertium agri genus est, quod neque intimum continet  
 humorem, neque reficitur extimo. Prima fors obtigit terris  
 nostris. Alterius generis est Aegyptus, qua statis Nili cre-  
 mentis inundatur. Item Cyrenaicus tractus: quibus tantum  
 nocturni reponunt rores, quantum excuggitur aestu diurno.  
 Postrema ratio inicitur in Aethiopia, qua neque ex sese exudat,  
 neque rores bibit. Ros namque pars humidi tenuior est ab Sole  
 sublata, neque dum mutata in aere. Quam iccirco rursus no-  
 cturnum gelu circumuentam cogit in guttas. Ideo neque nubilo ca-  
 dit, neque magnis aestibus: & serena bruma pruina fit. Ergo  
 saxum in Sicilia, aut Liguribus aridum est ipsum: eius uero su-  
 perficies aere adherescere bumescit, subque efficit frigore, ut  
 ali-

aliquid crassioris citius concresecat: unde guttas etiam uidemus.  
 Ita cuiusmodi sorte solum afficitur, uel rore, uel irrigatione: sa-  
 xum aeris concrectione comparatur ad muscum excitandum. Ca-  
 terum haec cum ad eam partem, qua plantarum tractat genera-  
 tionem, potius pertineat: malo hic finem facere, quo per me  
 tibi liceat exequi reliqua. Faciam, inquit ille. Summa  
 huius sententiae uidetur esse: Tenuis solum amare nonnullas,  
 pingue alias, quasdam aliusmodi. Sic pingui Triticum bene  
 habitum est: Secale infeliciose: Hordeum leui, ac solutili.  
 Plutarchus in causis naturalibus memoriae prodidit pro-  
 uerbum agricolarum: οὐ τὸν οὐ πικρῶ, καὶ δὴν εἰ ἐν κόρῳ. Valen-  
 tissimum enim quodque plurimo egero nutrimento. Verum  
 esto. Sit triticum Athleta lacertosus ille, cui apparet multa  
 millia coliphiorum. At cum parem fortunam statuit, ut aequae  
 degenerent mutato solo: uidetur iniuriam facere meliori con-  
 ditioni. Degeneret sane triticum, defraudatum demerso suo,  
 quantum de natura penum debebatur. At hordeum si letiori  
 mandetur sulco, quare non fiat melius? An uero concoquere  
 non potest, quod nimium est? Ac de his sic in praesentia. Nam  
 equidem alia habeo, de quibus haud ita facile iudicetis. Sunt  
 enim formarum actiones occultiores, quam ut extare, at-  
 que deprehendi queant per elementares qualitates. Sic  
 Gammari fluuiales afferunt capiti grauitatem: marini  
 Cancris etiam temulentiae uestigia simul, ac dolorem: at Sues  
 eorum esu leuari cephalalgia Plutarchus in eodem libro scri-  
 ptum reliquit. Non adducam Hyoscyamum, & Cicutam,  
 alius uenena, alius esse cibos animalibus. Afferam minus tri-  
 tum illud: Cannabini seminis ui steriles homines, gallinas  
 fieri fecundiores. Subdit deinde: quasdam celsis locis, alias



humidioribus uiuere. Hanc diuisionem antecessisse oportuit. Celsum, siue editum, ac depressum, siue humidum, differētia loci sunt prima. Referuntur enim ad partes uniuersi, uel mediū puncti, quod centrum uocant, uel summi ambitus, quam dicunt circumferentiam. Huius rationem montes obtinent: illius ima, ut ualles, & campi. Subtilius tamen per uosmetipsos intelligetis, quā quo modo hic instituerit docere. Nam earum, quæ in campis sunt, pauca admodū, aut nulle, in pracelsis uiuunt saxis. E contrario, quæ summis praruptis oriuntur, in campos demissa, complures melius habēt. Largior enim munificentia naturæ suppeditat quantū usui futurum sit, quantumque ex iniquitate loci deesse uidebatur. Siquidem, ut est in tertio de causis disputatum, montanis radices breuiores, & brachia curta admodum, si cū cæpestribus conferantur. Sunt etiam quæ utrobique uiuāt, tertia naturæ commoditate, ut Adiantum. Neque enim uel plana, uel edita cōtemnit loca, modò sint illa uida, & saxea. Etiam ex opacis sepibus Trichomanes legi manu mea. Et passim prostat alioquin altis rupibus, iisque Soli expositis, ex aquarum procursu, aut aspersione ortum. Quemadmodum uerò loci, locati que proportio sit accipienda, solus Aristoteles diuinitus, ut omnia, docet. In frigidis animalia quædam frigida propter similitudinem, atque cognationem collocata sunt à natura. Frigida quædam in calidis ob temperationem: & è contrario. Asinum sicca frigidaque temperauit crasis. At idem frigoris adeò impatiens est, ut in eiusmodi regionibus morte luat impatientiam. Quædam in contrariis agitant propter uictum: ut quæ spirant in aquis. Ab aquis enim uictum capere, aërem trahere nequeunt. Iccirco

data

data eis fistula ad hauriendum spiritum: aut alia commoditas, quæ possint ab illo abstinere. Idque duabus legibus. Nam quædam supprimunt diu, uelut Mergus. Alia diutius, ut Crocodilus, Hippopotamus: quibus cor humidum, Pulmo spongiosum, humoris eiusmodi plenus, ut ex eo fieri facile queat spiritus, quo Cordi consulatur. Alia diutissime. Quippe sub Canicula totos illos dies latet Delphin. Et uereor eius latitationis causam multo magis latere nos, quam Delphinum ipsum. Natura enim hæc temporaria est, non perpetua. Nec ad Pulmonem confugiemus, sed ad cor, prætextu aliquanto uerecundiore: dicemusque tum paucissimū illi calorem inesse, nec egere uentilationis. In hac contemplatione, satis manifestum est, nos ab Empedoclis sententia longè diuersos abire. Is putauit piscium concretionem calidissimam, atque ob id in frigidissimum ablegatos elementum. Vbi non supinè prætereunda sit Galeni sententia in tertio artis: Habitudines conseruari similibus, aëre, uictu, exercitio, aliis. Nam ut uerum hoc est; ita patitur multas causas dubitationis. Iuuenis calidus in secundo gradu, si aëre calido, uictuque gradus eiusdem utatur, item uestitu, exercitio: quibusdam uisum est, tot ex caloribus illius calorem auctum iri. Verum haud ita est. Omnes enim calores illi unum ad gradum perueniunt, atque in eo sistentes sese finem faciunt. Sed de his satis. Aliquibus plantis expeti loca siccora, quia sicca sint ipsæ. Aliis contraria, quia nimis humida. Melones ergo sabulosis melius proueniunt. Cepe quoque tenue solum magis amant. in eo & optima, & gradissima: in uliginoso marcescunt. Ea de causa si serantur aridiora, commodius exeunt, plus proficiunt. Id quod in .xx. sectio-

capitulum

ne scriptum est. Viscida nanque ualde sunt. Propterea reposita etiam germinant. Quippe opulenta natura sibi ipsa solū semen, planta est. Nam & calor multus uiuificus, & humor plurimus, sed is, qui neuiquam propterea resoluatur, quin turgescat in uitam. Idem euenit Pulegio proportionē quadam. In carnariis enim florescere prodidit etiā Plinius. Pisorum umbilicum in ligulam sese promouere, ac porro surculi faciem meditari uidimus. Sic & Fabas, & Castaneas, & Triticum ipsum. Hæc à situ sic. Nunc à qualitate alia diuisio: Sunt, quæ siccis, sunt quæ gaudent udis. Siccissima feruntur, quæ summis rupium spectamus labris. Hærent enim radice, penè dixerim, nulla. Inter hæc est, Os Leonis, cuius meminit Columella. Verum idē humidis quoque prouenit. In umbrosis autem florem gerit candidum, alibi puniceum. quod & Violis Martiis euenire constat. Vidimus & minus Centaurium pro locorum qualitatibus eadem affici coloris mutatione. Nec remisso animo intuendum hoc: si quidem albescit cera Solis ui: umbra ignauia flores albescunt illi. Quia tollitur à cera mel, eaque partes expirant, quarū tenuitate conflatur color. Sic & à rosa serotina, posteaquā diu sub Sole steterit. At quibus ab umbra comparatur albedo, in iis aqueus humor inelaboratus obruit eam tenuitatē, de qua supra dicebamus. Colligit dehinc: plantas à locis multas sortiri differentias: adeo, ut aliquot natalium infelicitate dicat esse feliciores. Nam cum humor anima penè planta sit: quæ tamen oriantur in Aethiopia, si sint translata: meliore nesciant uti conditione. Vocem hanc, παρὸς, non semel posita est in hisce libris, pro eo, quod est, præterquam. In libello, qui inscribitur Aristotelis de signis, eius usus est pro,

pro, iccirco. At enim uero diligentius hæc sunt perspicienda: quoniam locorum uiribus nequaquam uidentur præscribi plantis differentia. Differentias intelligo substantiales. Nullo nanque naturæ opere usquam factum fuit, ut ab accidenti substantia mutaretur. Etiam exactius specum hanc introspiciamus nostro more. Non enim, quod ait, ex iis, quæ proficitur, colligi potest. In siccis, inquit, aliqua tantum degunt: non igitur in humidis ea mutabuntur, sed interibunt. In locis uero sterilibus quid animaduertierim, libet recitare. In summa rupe Leonis dentem reperi, scapo quidem uegeto, atque surrecto, uerum sine flore, fastigio acuto, lunci facie. Cum ei florem excidisse existimarem, circumspexi: atque ibi toto eo tractu multa persimiles plantæ, aliæ nouellæ, adultiores aliæ: omnibus scapi similes, flos nullus. Vt nisi foliola, quæ latitabant in gramine, rem prodidissent, etiam nunc faterer me nescire, quæ fuisset herba illa. Redeam ad locorum qualitates, si per hunc liceat. At his relictis abit ad eorum abitum: Aliquas transponi nolle: nonnullas fieri transpositione meliores. Hoc uerum est. Amygdalus melior fit: Pinus autem perit. Potuit etiam sic: Adultas non transferri. Frequenti translatione fructificandi uigor hebetescit. Adeo pusilla prunella protulere Pruni quartum translata, uix ut ad trientem steterint. Theophrastus scribit, Sisybrium frequentes efflagitare transmotiones. Perpendamus uerba porro: τινὰ μὲν τῆ γῆ περιγῶσι, καὶ ἔχουσιν ἡλικίαν ἀπ' αὐτῆς τινὰ δὲ οὐ τὰ τοῦτο κρητῆσαι μετατιθεῖσθαι. Quid? Hærent terræ, atque ideo nolunt ab illa separari. At quæ transponuntur, ea nonne hærent item terræ, sed ita, ut nolint à terra separari? Est enim terra matrix. Præterea capiamus, καὶ κρητῆσαι,

relatiuè. Meliora illis esse loca hæc: non autè, ἀπὸ τῶν κρείττων.  
 Quando in nitidiora translata Conyza minus uiuunt  
 diu, minus Matricaria tenuifolia, minus Botrys. ἐς τὸ πᾶν,  
 ἀπὸ τῶν πικρῶν. Et fastidium peperit illud toties inculcatum.  
 Alios alibi fructus esse meliores. Post hæc à partium quali-  
 tate differentias colligit asperitatis, & lenitatis: seu quis  
 maneat à situ partium. Ne obtundat nos, uel qui scindunt,  
 uel qui fasciatim miscent prædicamenta. Hic Minutius.  
 Nunquam te pœnitebit prudentissimæ istius modestiæ: cu-  
 ius cum admirabili humanarum, diuinarumque rerum  
 coniunctione, sapientis nomen apud omnes bonos es conse-  
 quutus. At hoc nostrum seculum, quonam fato euerisse di-  
 cam: ut & pro curiosis damnet omnes scientias, & nihilo-  
 secius de quacunque re proposita tum disputare, tum iudi-  
 cium facere audeat? Certè ambitio, ubi accessit ad ignauiam,  
 arrogantiam parit ex inscitia. Hominum genus hoc in  
 marcido otio suo negotiosissimum, dum fastidit omnia, sem-  
 per aliud agens, sui quisque dux exitit. Itaque eorum glo-  
 riæ uides euentum. Sed ad prædicamenta. Satis, inquit ille,  
 de his: nisi huius impuritas orationis bonam sententiã distor-  
 sisset. Nã cū Philosophus oppositas hæc differentias statuisset,  
 • lenitatis & asperitatis: interpretes ita deformauit: τινδὴν σκλη-  
 ρῶν, τινδὴν δὲ λείων. Durū obiecit leni, pro cōtrario. At μελαγχολῶν,  
 unde nostrum, malus, contrariū dicit & σκληρῶν. Asperū uerò,  
 quod est σκληρῶν, & λείων, unde nostrum, læuis, interposito uau.  
 • Post hæc à figura: ut quedam scissa, quedam non. Utitur  
 exemplis Vitis, & Fici, in re manifesta non necessariis: quod  
 factum oportuit in obscurioribus historiis, nec factum est.  
 Ruellius, ut semper, diligentissimus fuit in foliorum recen-  
 sione.

sione. Sic tamè animi gratia perstringamus. A figura: orbicu-  
 lata, ut umbilico Veneris: peneorbiculata Cyclamino, Che-  
 lidonio minori, Afaro: oblonga Hyssopo: plana maximè  
 parti: teretia Semperuiuo minori: ora continuæ Aristolo-  
 chis: cristata Lauro: ferrata ulmo: obtusis denticulis Scor-  
 dio: dentata Cichoriis duobus: sinuata tertio Cichorio,  
 quod Monachi uocatur caput: furcata Caucalidi: digitata  
 Elleboro, Aconito: pinnata Filici: capillata Feniculo. A su-  
 perficie, aspera, mordacia, aculeata: Borragini, Vrtica, Ci-  
 nara. Aculei, aut à specie perpetui, ut Ilici: aut ab ætate in  
 specie, ut Soncho. Pro foliis spinæ uerè, ut Corruæ: quasi spi-  
 ne, ut Iunipero. Tenuia multis: crassa Portulacæ. Pediculo  
 annexa maximè parti, recto, flexo, longo, curto. Prodeuntia  
 sine pediculo, ut Lilio. Itè à locis plãta: Ab radice, à stipite, à  
 ramis, in summo, in imo. Mucronata Iridi: obtusa maiori  
 parti. Hoc ad figuram. A quantitate, magna, parua, lata,  
 stricta. Ab alia quantitate: singularia, frequentia. A rela-  
 tione, & situ: cōferta, sparsa. A colore, uiriditas penè omni-  
 bus, sed aliis alia. Paucis pallida, ut Atriplicis speciei. Item  
 rubra, ut alteri speciei, & Betæ. Huic natura: nonnullis  
 morbo sub autumnum interitura: Rubo, Viti, Malis. A situ  
 surrectæ, pendula, panda, curua, crispæ, conuolutæ, sinua-  
 te, ut lactucis. Striatæ, neruatæ, uenose, anfractuosis canali-  
 culis. Et quæ in superioribus omissa, ad ea referri debent:  
 mollia, rigida, carnea, coriacea, lenta, fragilia, splēdida, tri-  
 stia, lanata, hirsuta, odorata, acida, amara, salsa, dulcia,  
 aspera, insipida, continua, pertusa: qualia plante, quæ Ro-  
 sellam gerit Aethiopicam: aut quasi pertusa, ut Hyperico.  
 Deinde à succorum differentiis. Cesia etiam sunt altera ex

parte Bistorta. Cyclamino autem rubra. Communis omnibus dilutior color in superficie inferiore. Tum affectus, tremendi, cadendi, permanendi, & solstitialis inuersionis. Sed ad alia. Partem deinde connumerat, quam tamen non faciat partem. Ait enim: Arborem quandam, ipsam quidem nihil esse, nisi corticem. Hic erat opus exemplo, quod certam ac notā faceret rem ambiguam & ignotam. Est praeterea uox una, cuius officium me latet. Sic enim scribit: τινὰ δὲ φυτὰ εἰσιν ὅλος φλοιὸς μεστῶσαν. Nam quomodo cortex existat in planta medio? Aut quo tandem modo in medio est, si praeter ipsum nihil est? Opus est ergo diuinatore. Sed abstinere praestat, & uota facere Ferrerio. Faceßam, inquit ille, negotium magis. Hic enim sic: Alia tota cortex sunt, medianus. Librum ergo uoluit dicere. At is in omnibus sanequam βλαστὸς, & membranae propior. Qui ergo stabunt? in plantis nanque osium, molliorumque partium substantia confusa sunt, ad consistendi firmitatem. In animalibus separata: idque non uno modo. Quibusdam enim intus sunt ut homini, aui, piscibus quibusdam. Aliis osium uicaria firmitudo extra. Ut testaceis omnibus, & crustaceis, locustaceis & eiusmodi. Quo exemplo malim equidem esse corticem uerum extimum, quam librum interiorem: ut saltem stare possint. Est enim stirpium erecta ad Calum natura, nostrae perfectionis æmula: Cali appetens longè, quam nos, felicius: qui frustra spectamus ipsum: nec, nisi terram sapimus. Tu uerò perge. Hinc partes, inquit, enumerat ἐπεὶ τὸ ἔχειν. Ita discurret per alia predicamenta. Quaedam habere filamenta, quaedam carere eis. Ponit exemplum calamorum: sed eius, quæ caret, adduxit nullum. Paucis enim,

sicuti

sicuti dicebamus, obscuriora sunt, ut Carpino. Tanto diligentius accuratam oportuit historiã. Populus quoque praesertim alba minus habet expressa: habet tamen. At omne lignum scissile est, idque neruulorum merito, quos ita supra dicebamus, hic & suos. Galenus utroque nomine in neruorum, atque musculorum compositione, tum alibi sæpè, tum in libro τῶν ἀλάδων. Praeterea nulla planta uenis caret. At uenarum parietes omnes ex uillis eiusmodi texti sunt.

- \* Ab eodem predicamento sequitur alia differentia: Nonnullæ spinas habent, alia non. Hæc quoque acutius sic: Deponi cultu spinas Pyro, Asparago, aliis. Apponenda etiam figura spinarum, etiam situs, etiam substantia. Non enim eiusdem cum stipite substantia sunt in Rosa: at in Spino sunt. In hoc rectæ, in rubo adunca. In stipite, ramis, foliis, fructibus. Cōcolores Pyxacantha: Cynobato discolores. Quaedam connata, ut Rhamno: quaedam agnata, ut Lactuca. Quare prudentius, atque utilius poneret, quæ omisit: quàm, quæ posuit, repeteret. Sicut & nunc: Habent, inquit, quaedam ramos multos. At hoc quoties dictum est? Longè uerò maximus error sequitur: Iis aliquas præditas differentiis, quibus edant stolones: alias non ita. Eius rei causam attribuit radici. Neque uerò nos moueat, quod ait in quarto de causis Theophrastus: Herbae mutationem radicis causa contingere. Nam neque causa sola est, neque tota. Omnino uerò stolonum causa non est, nisi plebi, penes quam sensus imperium est. Stolonum, & radicis ipsius, & omnium partium forma causa est. Sobolis autem generatio tam est à radice, quam stipes ipse primarius. At quis dicat, os esse animalis causam? At radix os est. Mutat uerò plantam non radix, sed id quod.

radicē mutat: Calū, soli succus, cultus, alia. Exemplū quoq;  
 afferamus istis, quibus rationes sophismatū nomine fuerent  
 adeo. Eadē radix nullo mutata modo: alios primū, alios de-  
 inde, cū accepit leges insitionis, fructus edit. Eadē in arbore  
 plures fructus uidemus diuersarū specierū. Non mutat ergo  
 radix. Maxima radix pusillā gerit plantā, ut in Rapo: pusil-  
 la maximā, ut in Pino. Sic sanē magna, parua, longa, breuis,  
 perpetua, trunca, globosa, simplex, fibrata, collecta, sparsa,  
 profunda, superficialia, crassa, tenuis, mollis, rigida, lenta,  
 crispa, equabilis, recta, flexuosa, densa, fungosa, carnosā,  
 corticosa, lignosa, orbiculata, turbinata, singularis, multi-  
 plex, hirta, leuis, lucida, scabra, muccosa, succulenta, sicca,  
 lamellata, uniformis, friatilis, solutilis, coctilis, esculenta,  
 grauis, leuis, alba, lutea, rubra, nigra, beneodorata, fetida,  
 dulcis, amara, idque genus alia comperientur in arboribus,  
 fruticibus, herbis, differentia eque multā plurimis. Quis e-  
 nim mentis compos neget in Myrto, Fico, Punica, Olea, fer-  
 re & arborem, & fruticem? De radice uerò Scilla quid, quò  
 ue narret modo, uidendum est. Quaedam, inquit, unam tā-  
 tum radicem habent. Hæc oritur de solo, & exiliter prodi-  
 t. propterea quòd subtus dilatatur. Sequentē uerò tēpore ma-  
 gis distinguitur à Sole. Cū enim ad eam appulit, auget ip-  
 sam. Idem etiam agnascētes bulbos educit ex inferiore par-  
 te. Hæc ille non parum obscure mihi, cū Græcē legerem:  
 an planiora fecerim nescio. Simul ad Ferrerium respexit,  
 & conticuit. Edico tibi, inquit ille, ne quid expectes aut  
 noui aut magni. Quod tu, exiliter, dixisti, hic, rare. Neque  
 bulbos, ut tu, sed surculos scripsit. Fortasse, inquit Baiu-  
 lius, quàm nos melius. Hic enim est, *περὶ τοῦ κεντρικοῦ ἐκφυλάξαι*.

Quia

Quia nondum memineram ex eadem radice stolones adna-  
 sci: malui per me indicatos bulbiculos uetuste matrici agna-  
 tos, unde alia squilla educerentur. Quod uerò magis pla-  
 ceat, facit uerbum ἐκφυλάξαι. emungit enim bulbos noua sobo-  
 le, quam educat. De aduerbio non est laborandum: quippe  
 hic quoque importunum est, ἀπειρῶς. Hoc equidem rarum  
 significat. Verum aliud poscit sententia. Nihil enim succi  
 subest uerbis illis ἀπειρῶς πρὸς τὴν γῆν. Pederētis, & raris passibus:  
 metaphora dura, atque inscita. ἀπειρῶς denso opponitur, non  
 autem uegeto, aut celeri. Summa huius apotelesmatis est:  
 Solem sursum educere. Theophrastus in primo de causis, e-  
 tiam descendere Solis uel radices. Tantum eas proficere, ac  
 promouere, quantum sese Solis uirtus demittere queat. Quod  
 si uerum est: calor ergo non solum attrahet, sed etiam propel-  
 let. Nos tamen effossas radices multas frigidas inuenieba-  
 mus. Verum de his supra satis. Innatum calorem id effice-  
 re censeo, sicut & in nobis. Itaque plus hyeme crescunt ra-  
 dices, ut Rapum, Rhabbanus: propterea quòd eò delatus  
 calor officium suum facit: idque nulla tum inita cum Sole  
 societate: cuius usus in terris ad calorem perpusillus est eo tē-  
 pore. Adiuuari Sole non nego: qua Sol nullus incumbat, non  
 crescere, id uerò pernego. Quod si quis dicat, aerem alibi ca-  
 lefactum eò transferri: tamen si falsum est, detur tamen in-  
 ter nos, qui non contendimus de gloria, quasitores tantum  
 ueritatis. At enim tunc non calorem hunc sensilem, sed aliū  
 intelligant ἀπειρῶς illum, quo cuncta fiunt, & conseruantur.  
 Is uerò non ad radicem uel uastissimarum mucronem ulti-  
 mum terminatur, sed usque ad medium terræ punctum dif-  
 fusus, illius quoque partis naturam in officio continet. Sed

ad radices. Querit, agit atq; perplexissimè, si unquam alias Theophrastus, unicam ne habeant radicem Scilla, Epimedium, Vlpicum, alia eiusmodi. Accuratius enim intuenti non solus Bulbus radix est: sed capillamenta illa quoque, siue fibrae, quae subsunt. Quin haec uidentur radices uerae, aut etiam potiores. Igitur si radicum differentias exactius inuestigasset: non hanc prudentiae, uel diligentiae partem nunc desideraremus. Potuerit autem sic, exempli gratia: Quaedam constant lignea medulla, & cortice: quadam carne tuberosa. Sub hac accipio Rapum, Radiculam, Chelydonium ederaeum, quod & Testiculorum sacerdotis nomine cognoscitur. alios testiculos uel Canis, uel Vulpis, uel Satyri, Hermodactylum, Vacinium, Tubera ipsa, Cyclaminum. His carnea natura. Alius modus earum, quae uel lamellis constant, uel spicatum confertae sunt. Quae globum omnes ita habent, ut quemadmodum ipse stipiti radix est, sic ipsi radices sint minutiores fibrae. Inter quae substantia, & quantitati, & figurae, & situs haec sunt differentiae. Vfus autem ac uis, haec. Radiculae sine Bulbo satè non crescunt. E Bulbo sine radiculis, si terrae mandetur, exit Ascalonia. Ut ille sibi sit semen, radix, talea. Horum uero quid? Radix profecto. Theophrastus hoc asserit à loco. Videlicet quod sub terra sit. Mira uero facies in Caulorapo. Vidimus enim huc cinnu utriusque naturae. Sed Brassicae radix sub terra condita fuit: Rapum supra terram in stipite turgescibat. Iam uero perpendamus orationem.  $\chi\lambda\upsilon\alpha\tau\omicron\upsilon$ , inquit,  $\epsilon\kappa\ \tau\omicron\varsigma\ \epsilon\delta\epsilon\phi\omicron\upsilon$ , pessime. Nam uerbum  $\chi\lambda\upsilon\alpha\tau\omicron\upsilon$  cum praepositione hac,  $\alpha\zeta$ , significat  $\alpha\zeta\ \delta\epsilon\upsilon\ \tau\omicron\varsigma\ \upsilon\lambda\lambda\eta\varsigma$ . Praeterea  $\epsilon\delta\epsilon\phi\omicron\varsigma$  est superficies, quippe detracta est aspiratio. Nam fuit  $\epsilon\delta\delta\varsigma\ \alpha\pi\omicron\upsilon\varsigma$ . Nihil sane corporis tangitur,

gitur, praeter superficiem: sicuti ne uideretur quidem quicquam. At à superficie nulla gignitur planta. Denique ab radice oritur, non à superficie. Quinetiam non solum ut extet ab ea, sed etiam ut substet ei. Imò uero plus crescit in caput deorsum, quam in stipite sursum. Videamus illa:  $\kappa\epsilon\lambda\ \alpha\pi\alpha\iota\delta\varsigma\ \pi\epsilon\delta\iota\sigma\iota$ ,  $\delta\tau\iota\ \kappa\epsilon\lambda\ \tau\omega\ \omega\lambda\alpha\tau\omega\epsilon\ \tau\omicron\upsilon$ . Non multa, neque cita capit incrementa sursum uersum: quia latior inferne fit. Non enim facile & sursum submittitur, deorsum demittitur multum simul. Tamen si poetarum Esculus illa praesto est, quae praclare conremnat istam sententiam. Tantundem subiicere sese utrinque utroque canunt. Sanè cum sit alia radice, alia stipitis natura: utrique licet sua sibi materiam uindicare sine inuidia, atque incommodo consortis. Verum maxima ex parte ita usuuenit, ut quod supernis partibus deesse, adesse radici uideatur. Ita Rhapsani folia si attondeatur, excrescit mirum quantum radix. Hoc tamen aliquando cum nostro iussu factum esset: factum est item, ut radix lignesceret. Hyemis quoque saeuitia consumpta nouella seges altius radicitur. Posuit, uti dicebamus,  $\alpha\pi\alpha\iota\delta\varsigma$  pro eo, quod est, tenuiter, & exiliter: quia subdit,  $\omega\lambda\alpha\tau\omega\epsilon\ \tau\omicron\upsilon$ : siue paulatim, aut tarde. Omnia haec adaptari queunt. Infra pro eo, quod est, raro, rectè utitur. Laxe nimis unam tantum attigit mathematicam dimensionem,  $\omega\lambda\alpha\tau\omega\epsilon\ \tau\omicron\upsilon$ . Non enim solam acquirit latitudinem. Neque Scilla sessilis est, sed globosa, ac turbinata potius aliquantum. Verba quae sequuntur, magis pertinent ad generationem.  $\alpha\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon\ \tau\omicron\upsilon\ \sigma\alpha\iota\ \mu\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\ \delta\epsilon\chi\epsilon\iota\tau\omicron\upsilon\ \&\ \eta\lambda\iota\omicron\varsigma$ . Quasi sol sit autor dearticulationis: ut eius beneficio folia explicentur. At non ita est. Forma naque facit id. Si Sol efficeret: omnis planta iisdem foliis esset praedita. Sol enim unus



omnibus. ἀκολουθεῖσαι Barbarus absolute posuit. Aristoteles dixisset, πλεονεξία: tandem. Abscedit hinc à partibus ad partium partes. Succum, inquit, è fructibus alij potatiles, alij non. ἡ δὲ ἐκχυλισμῶν ieiunè admodum. Nanque & sola incisione, ut à stipite, radice, ramis, fructibus: aut etiam expressione, ut tum ab illis, tum à seminibus, tum à floribus. In aliis uulgata sunt: illud non item. Euphorbium in Mauritania, & Libya solitudinibus, ubi Alfarbiin dicitur, fructum fert, ut cucumerem, sed oblongum: à quo punctim scarificata cute fluit gummi. E seminibus uero uulgo premittur oleum: Cannabis, Lini, Rapi, & illud mirabile quod è semine fit Saliunca. Sic enim uoco tum Spicum, tum Lauandulam. Non enim Combretum est, neque spica Celtica, ut boni quidam uiri putauerunt. Inde partitur in tria succorum genera, aquea, uinosa, oleosa. Adderet liquiditatis, & concretionis, quas dicebamus differentias. Tum deduceret utilitates, ad medicamenta, ad opera, ad uictum. Nanque Allij succo pro glutino utuntur quidam. Scriptas eo membranas foliolis auri tenuissimis inducunt. Ita uidentur auro scriptæ. Aliunde ad uini uices, quàm è fructibus haberi succos intelliget, qui Palmæ cuiusdam Indicæ legerit historiam. Malè uero loquutus est, quod benè sentiebat: πολλοὶ μὲν σαφυλῶν, καὶ ἄλλων πολλῶν ἄποτοι καὶ ἄλλων φυτῶν. Sic scitè: τινῶν μὲν πολλῶν, ὡς ἀπὸ τῆς σαφυλῶν, ἄλλων δὲ πολλῶν ἄποτοι. Neque satis capit rerum uox illa ποτοι. Sugguntur enim quidam, non potantur. Aptius sic, πρὸς τὸ σίφαιον. Tum hoc diuiderem. Illam quoque differentiam malè postposuit. Quidam pingues, ut Oliuæ, Pini, Iuglandis. Hæc enim est absolu-

ta,

ta, illa τῆς πρὸς τὴν, quæ refertur ad esum. Sapor enim cibi usu suapte natura prior est. Nam tametsi sensus, & sensibile mutuo relata, neutrum altero prior est hac in natura: tamen hanc naturam antecedit ea, per quam hæc est. Scilicet ex situ partium est asperitas, & aciditas, & dulcedo, aut saltem in ipso. Est autem asperum affectus superficies: qui in liquidis fit sapor. Arctatur ergo ad sensum, & fit seipso posterius. Verùm hæc paucis nota sunt. Sapores quot essent, à multis disputatum est. Verùm hæc disquisitio pertinet in summa ad secundum de anima: in specie ad librum de sensu, & sensibili: priuatim uero ad librum de saporibus. Quorum omnium operum iacta iam fundamenta fuerint in libro de affectibus mistorum, qui sequitur statim libros de generatione, falsò censetur pro quarto Meteoron. Theophrastus igitur, & Galenus, & Aboali, & Ioannes Serapionis de saporibus scripsere: sed eorum pauci propriis locis: omnes aut mutila, aut in quibus iudicium desideres. Iste uero distinguit sic: γλυκῆς, καὶ μέλιτης: ut aliud sit dulce, aliud melleum. At dulce genus ad lacteum, melleum, saccharinum, adipaceum, alia. Malè nanque faciunt, qui tanquam genera equalia disparata statuunt: quæadmodum ij, qui nihilo felicius uinosum interpretosuerunt. Quod sanè suæ certæ sit speciei, cū dulci, aut aspero, aut acido, aut eiusmodi coniunctū. Alioquin à Pyro quoque, Malo, Sorbo, Moro, Cydonio, carne, pisce, omnibus deduxeris. Verùm isti penè omnes fuere philosophi negligentiores: Metaphysices uero ne minimam quidem partem attigerunt. Præposterè & id: cū mox differentias habet calidi, & acris.

E ij



Haec siquidē primæ adeo sunt, ut penè ab omnibus existimata sint saporū causa, tametsi nobis aliter uideatur. Nam si sapor à colore fit: ergo calidum elementum primò, & per se sapidū existet. Quid quod multa mista calida insipida? Quod si quis dicat, ex quatuor qualitātū temperatione confieri saporem: respondeat, an in elemento quopiam, qua elementū est, sapor insit. Non sanè inest. Caterū quemadmodū neque uita prodit ab elementis, neque risus, neque sensus, neque intellectio, neque clementū, neque motus uoluntarius, sed à formis aliis, quàm elementaribus: ita sapor quoque. Si non est ab elementis, gustare: quare sit, gustari? Haud nego formarū instrumenta qualitates esse illas: causas esse, nego. Nā qui Stoici quærebāt uim σωματικὴν in aere, & igni: si pro formarū caperēt instrumentis, haud malè facerēt: neque tamen plenè saperent. Non enim magis continet ignis terram, aut aer aquam in composito, quàm fluidiora continentur à terra, ut cōsistant, ab aqua ut uniantur. Omnia uerò simul à formæ imperio, quæ sibi aut constituit temperamentū, aut constitutum à conditore, cōparat ad usum domicilij sui. Tantum abest, ut aut ex atomis animam conflatam nugemur, quæ corpora sunt: aut ex elementorum fragmentis, ut uenenaui hanc philosophiæ partem Alexander. Rectè uerò addit iste: Σαρωι, καὶ Σριμας. Antecedit enim acrimoniam calor. Elementi calor affectus est, acrimonia compositi. Quatuor saporum connumerat genera, pingue, dulce, acre, amarum. Omisit salsum, cuius natura maximè faciebat ad disceptationem. Videtis enim & à Theophrasto inter plantas, & ab Aristotele pro animalibus iactatā quæstionem hanc, quam supra nō leuiter attigimus. Acidum quoque nimis otiose ab animo

animo neglexit. Nonnullæ plantæ tales sunt. Dehinc fructuū partes numerat. Melius tamen sic: Fructuū partes aliæ solidæ, aliæ liquidæ. Liquidæ succi nominantur: quorū usum supra diximus. Ex cibariis succis nonnulli ad potū, sunt qui ad suctū, ceteri ad esum cū pulpis promiscui. Solidorū partes, caro, putamen, testa, coriū, cutis, spina, umbilicus, pediculus, semen, dissepimenta. Tum dat Cucumeris exemplum. In quo succum quamobrem non enumerauit? An quia cum carnē simul appetitur, neque suggitur seorsum? Quin puto, sicut & multos alios, si pressus hauriatur, pro ueneno futurum. Sic exitialis Indica planta, cuius è farina, illo abiecto, conficiunt panes. Nec abest ab hac natura Porri succus, & aliorū, quæ nominare nolo. Verba eius sunt: τινὲς δὲ σωθετοὶ εἰσὶν ἐκ σαρκός, καὶ κόκκων, καὶ λεμμάτων, ὡς οἱ σίκυοι. λέμματα uult, opinor, corticem dicere. Sic Theophrastus in quarto, de putaminibus ouorum passim. sic ἐκλέπειν. Nam mox pro uagina, aut theca, aut folliculo: quæ in Cucumere nulla sunt. Et statim cum ponat aliam diuisionis partem, τινὲς δὲ ἐκ ἡμῶν καὶ κόκκων, ὡς ῥόισαι: nihilo peiore consilio potuit addere λέμματα, καὶ σάρκα ἀβρατον μελιτοί. Et Paulò post: τινὲς δὲ οἱ θήκαις, ὡς οἱ κόκκοι τῆς κυάμου, τινὲς οἱ περικαλύμματα, καὶ οἱ λέμματα, ὡς οἱ ὑψίσματα ἕνι, ὡς οἱ σίτη διείσκται. Hic Ferrerius: utrobique frustratus est hic Grecam lectionem. Nusquam enim tuum λέμματα illud interpretatus est. Et mutilus uidetur alioqui tuus esse codex. Sic enim scripsit iste: Quidam fructus compositi sunt, ex carne, ossè, & grano, ut Pruna. Deinde ponit Cucumerem sine lemmate, quod sine controuersia corticem significat. καὶ δὲν tamen malim, quàm ἡμῶν hęc, ut sequamur Theophrastum in

hac natura, non medicos in corpore humano: qui ἐν φλοιῷ  
 γῆνι dicent. κάρκινον autem ad omne granorum ge-  
 nus an aptare liceat, haud scio. Non enim dicam La-  
 ctuca κάρκινον, sed κάρκινον apud Dioscoridem, & ex usu  
 communi, σπέρμα. Pro granis Punici mali habemus a-  
 pud Theophrastum, Dioscoridem, Aetium, Paulum, Plu-  
 tarchum, Callimachum: in planis seminibus an sit locus  
 huic significato, non memini. Potest: & non laboro. sed  
 tu, ubi uoles. Post hac, inquit Baiulius, à situ partium  
 declarat differentias: Aliis extra esse corticem, intus car-  
 nem: aliis e contrario. Diuisio hac è stultis insanos fecit  
 Grammaticos. Cum ex hac uicissitudine fructum omnem  
 in Pomum, ac Nucem perridiculè secant. Sed hac iam uul-  
 gata, aut nullam, aut tuam Scaliger manum poscunt. Ob-  
 seruemus uerba: τινὰ μὲν τοὺς φλοιοὺς ἔχουσι ἐκτὸς, τὴν δὲ  
 σὰρκα εἰτὸς· τινὰ δὲ τὸ ὅσῳ εἰτὸς, καὶ τὴν σὰρκα ἐκτὸς. Nam  
 etiam quæ carnem foris, os intus habent, nihilominus ha-  
 bent φλοιὸν ἐκτὸς. Nemo enim fructum uidit cortice caren-  
 tem, aut corio, aut cute. Simplicior in Malo ratio est.  
 Caro intus, foris cutis. Multiplicior in Pruno. Cutis ex-  
 tima, os intimum, caro media. Operosum æquè in Ar-  
 meniaco. Cutis extima, nucleus intimus, os circū nucleum,  
 caro sub corio, nucleus sub cuticula. Duo esculenta, os  
 inutile ad cibū, cutes indifferentes. σὰρκα quoque pro nucleo  
 posuit. Ne mihi quidem nunc in mentem uenit, quo apud  
 Græcos nomine uocetur esculentum illud, quod osse, restā  
 ue includitur. πυρήνια tam pro acinulis punici, quàm pro  
 nuculis siue osibus inueniamus in secundo Meteoron. Sic  
 Theophrastus, Mnesitheus, Herodotus. Polybius quoq; in xij  
 historiarum,

historiarū, ubi de Aegyptia loto scribit, eius osiculū πυρήνια  
 uocat. Quæ uerò sequuntur, haud absque negotio percipiā-  
 tur. Quidā, inquit, ita sunt à Natura comparati, ut in ipsis  
 statim & semen, & eorū operimentum generetur. cuius-  
 modi Palmula sunt, & Amygdala. Quidā non ita. At quo-  
 tusquisque fructus est, cui non simul cutis, & ea, quæ  
 intra cutim sunt, progignantur? Et in Palmula quid ap-  
 pellat semen? Nam in Amygdalorum primis rudimentis  
 nihil quicquam intus discretum inuenias, sed uniforme  
 quiddam satis solidum sub cute. Deinde lactescit. Tum  
 elactescens incipit discriminari. Idem fit in omnibus, quæ  
 uiderim: itaque fieri ratio persuadet in cæteris. Ut mā-  
 teria primū confusa sit: postea sua cuique parti sub pe-  
 culiari forma constituatur. Sic etiam melius diceret: Qui-  
 dam fructus intra se continent semina: quidam non, sed  
 ipsi sunt semen. Quippe in Amygdali globo idem tum  
 fructus, tum semen. Illud quærendum: an cutis in fru-  
 ctu primū sit, quod fiat. nam illud liquet: nullam partem  
 tam paruas suscipere mutationes. Ab his in alienū exactam  
 locum diuisionē, restituit. Suprà succos ποτὸς, καὶ ἀπότοπος dice-  
 bat: hinc ad cibi libellā appedit. Verū in his quoque est, quod  
 incōmodet. Fructus, inquit, aliqui esculēti, & per accidēs ad  
 cibū inepti. Quid enim intelligit illis uerbis? ἔστι συμβεβηκός.  
 An μύλωνισ; an cariem, putredinem, adustionem, uermicu-  
 lationem, grandinationem, rubiginem, siderationē, siri-  
 ationem, uenenationem? Sanè haud aliter quæā interpolare.  
 Tum sententia puerilis est. Nam qui è propria forma excide-  
 re, ut putrefacti, ἢ nō sunt amplius in ulla fructuū differen-  
 tia: sed cadauera sunt fructuū, & corpora modò naturalia.  
 Qui nondum corrupti sunt, sed affecti tantum sustinent ad-

huc fructuum naturæ opinionem, ij etiamnum sunt βρωτοί, in suis principiis, etiam si edi nequeant. Aliud enim est δυνάμει, aliud πικτικῶν. Quod acutissimè & Scotus, & ante hunc Auenrois in libello de beatitudine docuit nos. Verùm hæc fugiūt plebeios animos, & ridiculis ridicula sunt. Nam potest è plumbo ensis fieri: at non est plumbum pro ensis materia natum aptum, sed factum δυνατόν: id est arte factum, ut possit: non natura natum, ut aptè possit. Et quoniam nunc primū cecidit, ut audiremus ab hoc usitata illa uerba, καὶ συβελκῶς, magnoperè scire aueo, qua facie sint apud te Ferreri. Peruulgata, inquit ille: & scitè admodum. Decet enim architectū uti ferramētis suis. Sed præstat te audire. Nam iste etiam Dactylos maluit, quàm Palmulas. Sic ergo ille. Consultius ita instituisset: Esculenti, & nō. Deinde specierū proportione: Quibusdā quosdā in cibatu recipi: eosdē non æquè omnibus. Tū explicare differentiam hæc, per accidēs. Ex esculentis, non: ex non esculentis, ita. His ascribere dubios: ut Boletos, aut Fungos. Etiā statuere principia medicinæ. Interest enim Philosophi iacere illius artis fundamenta. Recognoscit hinc proportiones inter species.

- Hyoscyamus, inquit, & Elleborus noxius homini est, cibus
- Cothurnicibus. Confundit historias Turdi, & Cothurnicis. Meministis è Galeno, quid reprehendāt in Auicena codicibus. Plinius in x. ueneni appetētem Cothurnicē prodir, neq; nominat. Error à negligētia: cum morbo comitiali præter hominē, tētari solā scribit. Canes enim ex ea lue uidimus interiisse. Nec minus equos aiūt corripere. Interposuit autē hæc inter historiā partiū, ad quā redit satis pudētèr, quā imprudētèr omisisset. Quidā, inquit, in uaginis sūt, ut Fabarū grana: quidam

quidam in operimentis, & corticibus, quasi in textura quapiam: uelut in Tritico, atque aliis eiusmodi. Haud ualde magna differentia. Nam Fabæ medulla intra corium est, & cum corio in siliqua. Triticum item habet cutem, ex qua furfur. Tum perinde est in folliculo, atque si in theca esset: & sanè æquè eius theca est. Ut spica sit tritici siliqua: siliqua sit spica Fabæ. Differunt uerò, sicuti differebant priscis hominum pharetra à pharetris Deorum. Humana enim operculo carebant: Dii suas habebant ἀμυρεφῶς. quasi quis dicat opertas contignatione. Sic hominibus pēdebant à cintura: Diis ab humeris. Animaduertemus etiam, cum separat ἀπὸ τῆς σῆκῆς τὸ περιελάμματα. Genus illud huius est. Siliquarum multas edocere potuit differentias. Quædam esculenta, grana non: ut Ceratiæ. Quædam non totæ esculenta: ut Casia. Aliquæ nullo modo: ut Fabarum, Lupinorum, Papaueris cornuti. Aliquæ coctæ eduntur totæ: ut Phaseolorū. Aliquarum sola superficies, membrana relicta: ut Pisorum, & Ciceris columbini. Item à figura. Phaseolis, & Casia teretes. Pressiores Fabis, & Fænograceo. Maximè compressæ Ceratiis, Opulo, Senæ. Omnes curuæ. Orbiculatæ Ciceri arietino, & quibusdam Solani speciebus, & Papauerum generibus. Vnicoriis his, at tricoriæ folliculis quibusdam cum uestigiis angulorum. Hyoscyamo fimbriatæ. Quædam intus carnea, ut Caranciæ: quam à cancellis arundinaceis, quæ sibi habent pro adminiculis, Characiam dictam uidetur excogitasse uerus ille Parthenius (ut tu Caesar appellare soles) Hermolaus Barbarus. Præterea à granorum substantia, magnitudine, figura, numero, medulla, cortice, colore, situ. Papaueris semina perfecta non pendent, sicuti neque nuclei

pinei in Strobilis: animātium more, quæ abrupto absoluuntur umbilico. Pediculo hærent, aut ligula in multis etiam matura. Solani pendent, Caranciæ adhærescunt. In illis enim uacua spatia: pulpa his pro tomento est. In Fabis carneo pariete separantur: in Aristolochia, & Lilio camerulis hærescunt, quasi parietibus intergerrinis. In Casia ligneis uallis dissepiuntur. In Fænogræco, atque in Staphysagria stipantur ita, ut unum modo corpus esse uideatur. Transit ad alios fructuum modos. Quidam, inquit, in carne sunt, ut

Palmarum: quidam in cellulis multis, & corticibus, & testis, ut Iuglandes. Horum uerborū sententia si perpendatur, intelligamus os Palmulæ fructū ab eo dici. Os enim in carne est: sicuti Iuglandis fructus in testa. At Palmulæ uerò fructus caro est, non intra carnem. Comparentur autem subtilius sic: Carnem tam in Palmula, quàm in Iuglande, non loco, sed usu differre. Nam in utraque primo loco est cutis, deinde pulpa, tum testa, siue os, postremò medulla. Hæc in Iuglande multa; in Palmulis minima: sed ex qua tamen æquè Palma nascatur, atque ex illa Nux. Vsu igitur dissimilia. Quia in Palmula medulla esculenta non est, in Iuglande est. In Palmula caro esculenta est, in Iuglande non est: iccirco putamen dictum, & à Vasconibus mutila uoce Tam: quia putetur, id est abiiciatur: ut nux pura, puta sit. Cellulas autem frequentes in Strobilis intelligit: ὡς ὀνυχοῖς πολλοῖς, in casulis. Testarum uerò multiplicem inire queamus rationem. Binas ualuulas habent semina penè omnia, præsertim maiora. Contrà in testis: maxima pars continuo tegitur tergo: pauca bifores. Manifesta Iuglandis, & faciles aperiri. In Persico altera tantum ex parte manifestissima, sed diffici-

difficilior ad separationem. In Pineis obscurior: obscurissima in Auellanis: mediocris in Amygdalo. In Pistaciis uestigia, quæ per se ipsa hiant aliquando uetustate. Ne hac in parte Plinij sequamur errorem: qui solus Iuglandis nucleum binis tegi ualuis scripsit. Hic ego, Pistacij ne arborem uidisti unquam? Baiuli. Non equidem, inquit ille. Tu uerò quid? Nescio, an uiderim, inquam. Quid isthuc? ait Minutius. An fieri potest, ut quod uideris, ne uideris? Potest, inquam, hoc modo: si scio me uidere, & quod uideo, quid illud sit, nescio. Nanque apud Iesuates nostros arbor est, è qua uirga pacta & adoleuit celerrimè, & effusis stolonibus frequentissimam circa se confecit syluam. Enodis, si qua alia, oliuæ folio simplici, aut salicis frondi proximo. E ramis folliculum demittit, qualem Halicacabus, durum tamen. In eo fructus conduntur bini, terni uel, esculenti, natura, colore, sapore Pistaciorum, sed orbiculatiore facie. Quare qui Pistacij arborem ignotam habeam: ex hac Pistaciorum medullam esitarim: an sit hæc ad Pistaciorum species referenda, non ambigam? Tu uerò ad testas. Addentur, inquit ille, & hæc. Discriminari nucleum in Iuglande quibusdam quasi parietinis, quippe dirutis. In Abellina, & Pontica non item. Scabra testa Iuglandi intus, foris Persico, & Labirynthæis canaliculis sinuata. Amygdalina punctis excauata. Intimum cauum maximæ parti leuissimum. Præterea à duritia. Palmulis os penè inuictum. Proxima Oliuæ firmitas: tum Persico. Deinceps Amygdalo, & aliis ad Molluscæ nucis usque teneritudinem: quam Persicam dixit ille poëta uetus apud Macrobiū: quia fuerit è Persia in Italiam allata. Iuglandis omnino genus, aut cum Tarenti-

no idem, aut proxima, & congenera natura, testa fragili, ac liberali. Nostri nanque populares durius genus illud, quod inuitum amittit à se nucleum, Auaras nominant. Ne cum Macrobio nos implicet ioculari iudicio Ruellius. Afferit ad hæc ab ætatis affectu differentiam: Maturescere aliquos celeriter, ut Morum, ac Cerasum: alios non, ut agrestes fructus penè omnes. Ita modeste, atque ἐκ τῆς πρῆς ποιότητος, ut philosophum decet. Sic Aristoteles, οὐκ αἰ, τὴν φύσιν, τοῦ πλάσσειν, λόγου ἔχειν, φασί, ὡς ἀπέειν. Hæc tamen exempla, neque plena sunt, neque confessa. Non sunt plena: quia Cerasum habemus grandissimum, adeò serum, ut penè cum uua maturescat. Morum serò fructificare scripsit Theophrastus in libro de causis primo: assignatque pro causa loci frigiditatē. Quin eam ob tarditatem, arborum sapientissimam Plinius appellatam prodidit: quasi exploratis anni moribus, tanquam latronibus in seffas uias reformidet. Ei potest addi causa aquei succi copia, caloris innati, ad eam operam, minus, quàm par sit. Inde fructuū frequentia par exhibet negotium. Sed idem ait, has ob res serius euectam ad germinationem, facilius sese in opere coquendi expedire, propter imbecillitatem succi. Rectè sanè. Similis enim proportio in fœminino fetu. Intus serò perficitur ob principiorum debilitatem. Vbi edita fœmella est, citissima capit incrementa, scilicet ob eandem principiorum imperfectionem. Celerrimè nanque metam, qua prope est, & paratu facilis, adipiscitur. De Mori frigiditate, atque serico, eiusque opificibus uermiculis, nolo hic obtundere. Et me isthuc excurrere prohibet Theophrasti Vitis. Distinet enim me, ut operiar, quoad fructuū percoquat ad maturitatem: quò tum perspectum mihi sit, an uera scripse-

scripserit is. Ait enim, serius eam, quàm Morum perducere fructum suum ad perfectionem, hisce de causis: quia tegitur cute: quia succo uberiore: quia crassiore: quia acino frequentiore, & congesto adeò, ut per interualla calidi calorem nequeat admittere ad coquendum. Verùm dicat ille nobis: Pruni os cur sit maturum citius, quàm Pyrum: cum tamen & à Sole secretum, & contumaci duraque materia cõster. Rubi Mora serò maturescunt: quibus eadem cum illis conditiones omnes, præter succi abundantiam. Tanto maturius accipere debuerunt calidi beneficium. Nam quid afferam: Pineam nucẽ, & Uuas eodem penè tempore, diuersis legibus, æqualem consequi, suam utrunque maturitatem? At quanta differentia, si Solis contactum animaduertamus? Nusquam negamus commoditates, admittendi, recipiendi, patiendi Soles, facere plurimum. Itaque in eodem arborum genere, si, quæ spectes sunt eiusmodi, celerius eas fructus suos perficere. At ubi diuersa genera conferantur, offendere quarundam occursum, quæ suapte natura peruincunt hæc difficultates. Nam Faba, quæ & satis obtinet humidum, & abundat plurimo flatu, & cortice crassissimo est, & obtecta carnea siliqua, eundem tractum temporis communem habet ad percoctionem cum frumētis. Addet id quoque fortasse quispiam: Haud multum ab humo distare, nempe minus, quàm Triticum. Igitur esse magis terrestrem. Quo profecto fiat, ut causam habeat differendæ operæ ad perfectionem. Sic omnium fructuum primores partes posterioribus, qua pediculo prodeunt, dilutiores sunt. Vnum excipio Pyrorum genus, quod post Idus Iunias incipit maturescere. A pediculo nanque mitius est: crudius ad floris sedem. Causam uobis

investigandam propino. At Peponis succus longè suavius  
 sapit, qua uergit ad florem. Amarior Cucumis ad pediculū.  
 Et scriptum est in xx sectione: quoniam terra propior est.  
 Tum quæ in Glande natura contraria: nimirum dulcior  
 pulpa, quæ cuppula tegitur: facit cōtra rationes Theophra-  
 sti. Minus enim tangitur à Sole. Eiusce rei caussa tempera-  
 tura sicciore. Quare quod Solem minus sentit, plus habet  
 • aquei, minus excoccti. Hinc ait: arbores quasdam frondibus  
 • maturè uestiri: item fructus edere, alias non ita. Pruden-  
 tius igitur hæc illis præposuisset: ut quædam maturè ferret,  
 quædam secius. Deinde, eorum, qui feruntur, fructus, alios  
 præcoces esse, alios seriores: neque cæterorum officiorum, aut  
 leges, aut proportionem sequi. Morus serò floret: eius fructus  
 citissimè absoluitur. Contra Persicus, tempestiuè florē ediuū  
 serò perficit in fructu. Pyrus quædam tardè floret, tardè fru-  
 ctificat. At quæ superba dicebatur ab antiquis, tēpori floret,  
 • tēpori percoquit. Post hæc adiungit appendicē: in aliquibus  
 • differri adeo maturitatem, ut hyemem sequantur. Quasi  
 dicat, non nisi exacta hyeme. Nō enim satis politè loquutus  
 est, cum dixit, χειμῶνι ἀκολυθῶσαι πρὶν αὖτε παρῶσαι. Aristo-  
 telēs sic posuisset: καὶ τινὰ μὲν πρὶν αὖτε παρῶσαι, τινὰ δὲ  
 ὑπὸ αὐτῶν ὑστερῶσαι πρὶν αὖτε παρῶσαι. Intelligemus Oleum, &  
 Zizipha inter ea, quæ sub hyemem procedunt. Serò etiam  
 inter frutices semen suum Pæonia dat, ac fortasse omnium  
 postrema, nisi apricis admodum locis prosteret. Qui uerò fru-  
 ctus arborum exacta demum hyeme sint idonei ad cibum,  
 nondum memini. Brassicam Februario, aut Martio semen-  
 tescere scio. Verùm is fructus extra epularum usum est.  
 Discerptam hinc animaduertamus diuisionem. Nam cum  
 supra

suprà dicat, quosdam citò, quosdam tardè maturitatem adi-  
 pisci: & nunc seris dilationem addat post exactam hyemē  
 usque: interposuit illa sine caussa: καὶ τινὰ τῶν φυτῶν ὀξείας πρὸς  
 αἰσθησὶ φύλλα. His explicatis, ad foliorum, fructuum, inte-  
 gumentorum colores transit. Ponit uiridem in nigredinem  
 • inclinatum: item album, rubrum. Verùm haud complet di-  
 uisionem. Sic enim scribit: καὶ τῶν ὀκράων ὀλότων. At etiam sunt,  
 qui ex parte unum, alium ex alia colorem habeant: ueluti  
 Pyra, & Mala quædam, & Armenica, & Persica. Ad hæc  
 Sorbis, Mespilis, Pyrorum generi, ac Malorum cuidam ru-  
 biginosus est. Cinereus cuidam Indicæ quasi Castanea. Po-  
 stremo luteus, aureus, croceus, fuluus, flauus, uiridis, dilutus,  
 puniceus, purus niger. Apponit deinde ruboris causam: καὶ  
 • τῶν θερμῶν τῶν τῶν ἐκκαίοντων τὸν αἴρα τὸν κερκευμένον μὲν τῶν πρὸς  
 γῆν. Quæ Theophrastus dicere debuerit, quæ uoluerit Alber-  
 tus, alibi est à nobis declaratum. In præsentia sic statuendū  
 mihi uidetur: Non hunc esse locum declarandis causis: Ne-  
 que aërem materiam ruboris esse. Neque in omnibus calo-  
 rem: non enim in gleba Armenica, non in Sandalo, non in  
 Rosa. Et ex Galeno quid accipiendum sit, non latet uos. Ne-  
 que terrestrem succum ad fructuum rubedinem queri. In eis  
 enim terræ minimum ea parte est, qua sunt insolatione fa-  
 cti rubri. Ad hæc, album uidemus in Cucurbitis. Candida  
 quoque Mala quædam nota sunt mihi: & ea, quæ Mala in-  
 sana minus sano iudicio uocat Hermolaus. esitata nanque  
 nullos excitant furores. Quotidianis bellariis utuntur Ge-  
 nuenses. Quorum uaserrimus animus quantum distet à ue-  
 sania, uosmet ipsi uideritis. Melongena, scriptum est in co-  
 dice Aboali: & Arabicum nomen est. Ligures Merezanas

uocant. Viridis quoque Pistacii nucleus. Colores uero an  
 elementis insint primarij primùm, quorum ex commistione  
 tales euadant ceteri, non est praesentis operæ. Vocat nos au-  
 tor dehinc ad figuras. In quibus paulo equidem superstitio-  
 sius uersatum esse dicerem, nisi idem agentem subuererer  
 \* Theophrastum: τὰ χυμῶτα τῆν καρπῶν ἢ ἀγριοῖσιν, ἂν φέρων  
 \* εἰσὶ θεῶων. ἢ γὰρ πᾶν τις εἰσὶν οἱ κερποὶ τωνώδεις, ἢ δὲ πᾶν τις ἂν  
 \* χυμῶν δὲ θείας. Principio quare differentias hasce astrin-  
 xit angustis syluestrium. Ait enim, εἰ εἰσὶν ἀγριοί. Nihilosa-  
 nè inter se differunt mites, & syluestres, nisi suauitate, &  
 magnitudine. Ac quod mihi quidem nunc in mentem uenit,  
 diuersa ratio in illis, atque in nobis est. Qui enim ruri de-  
 gunt mortales, longè sunt umbratilibus proceriores. Calo-  
 nanque fruuntur puriore, atque uberiore. Agrestes uero, id  
 est fera, & ἄγριοι, id est mites arbores, alius differunt eueni-  
 bus. Succus nanque his uberior suppeditatur cultu, aperta  
 tellure ad radices, quam in partem, & roris, & Solis uis se-  
 se inferat, nulla superficiei crusta, quod feris euenit, retarda-  
 ta. Ad hac ronsa, qua opus est, redigunt luxuriam ad fru-  
 galitatem: reuocato ad seriam operam succo, qui futurus es-  
 set minore commodo in brachijs inutilibus. Siquis acutius  
 contempletur: dicat, figuram non mutari, eadem nanque est  
 in utrisque, sed figuræ modum. Mathematica figura mea per  
 θεῶων mutabitur, si nunc surrexero: naturalis nunquam, nisi  
 mutilatis partibus aliqua de causa. Verùm hæc ad Meta-  
 physicum. Illud cum Theophrasto perpendendum. Non o-  
 mnes ait fructus esse angulis constitutos. Imò uero neque ue-  
 rum hoc est, neque cum sequenti coheret parte. Nam siue  
 angulos uerè capias eos, qui duabus aut pluribus consiunt  
 lineis:

lineis: siue angulum, ut Pythagorei, quancunque flexionem:  
 hoc enim est ἄγων: omnes fructus erunt τωνώδεις. Saltem ip-  
 sum ad pediculum orbicularis interrumpitur linea. Præ-  
 terea pars item altera minus sana est. Non enim implet rei  
 naturam illa oratio. Non omnes fructus rectilinei: Imò hæc:  
 Omnes fructus non rectilinei. Quin penè toto in rerum am-  
 bitu uix semel, atque iterum reperiamus lineam rectam.  
 Quis nescit, omnes esse fructus curuilineos? Non coherent  
 autem: propterea quòd angulus tam è curua linea, quàm ex  
 recta constare potest. Non enim recta ulla, quatenus recta  
 est, aduersatur angulari, quatenus angularis est. Est enim  
 angulus extremitas figuræ, inter duas lineas mutuo se con-  
 tingentes ad communem punctum. Est igitur qualitas à si-  
 tu constituta. Quoniam uero curua linea quandã præfert  
 duarum linearum proportionem: iccirco etiam sub eum de-  
 notarunt angulum Pythagorei. Sed exquisitiore usu, oppo-  
 nemus angularibus unilineam, curuæ rectilineam. Licen-  
 tius in Timæo Plato, τῆν πλῆθῶν δέυτητα. Sanè latera ipsa  
 nequaquam acuta sunt, sed acutæ figuræ termini, & causæ,  
 & efficientes, & formales. Memini hūc ad modum in pri-  
 mo de Cælo scribi: Omnem motum aut rectum, aut circula-  
 rem: quia omnis magnitudo talis. Magna difficultas in re:  
 non parua in rerum notionibus. Omitto hîc disputationem:  
 de lineis agamus. Non absque magna difficultate dixeris,  
 quodcunque corpus circulare non sit, id esse continuo δὲ δὲ  
 χυμῶν. Non erit enim totum, si ad angulum sit concursus.  
 Non erit alterutrum, si ex utroque sit. Non mouentur in re-  
 ctum elementa, quia sint δὲ δὲ χυμῶν: sicuti mouetur cælum  
 circulariter, quia est circulare. Et pessimè loquutus est, δὲ



διθέας ροσμυς. Est enim corpus omne πολύρομω, ergo  
 πολύγωνοι: aut μία γωνία, ut est in tertio de Celo, circularis. A  
 mathematicis ad Indos: ubi facit scriptor caput separatum.  
 Mihi non uidetur opportunum. Nempe tametsi nunc subue-  
 hit aromata, mox tamen superiorem materiam repetit, ut  
 uidebitis, saltuatim: Aromatum stirpes non omnes aroma-  
 ticas esse. Sed aliquibus radicem solam, aliis solum corticem,  
 lignum nonnullis. Balsamum uero totam. De nostratiū quo-  
 que partibus idem statuamus. Valerianæ radix sola odora-  
 ta est: item Caryophyllata, & primula ueris, & eius, quæ  
 Getiam nigram uocant. Vulgaris hæc, & ad scoparū usum  
 quesita, sed radice spirante Cinnamomum, aut uerius Nar-  
 dum. Folium asperiusculum, oblongum, subnigrum: Scapo  
 surrecto, Capitulum ferente squammatim concreto, haud  
 dissimili Batisosola: capillamentis Cinare subpunicis. Fili-  
 pendula tum flos, tum radix diuinū odorē dant. Fraxini solus  
 fructus aromaticus, nullique Indicarum merciū fastui ce-  
 dens, uel gratia, uel potestate. Casia, Cinamique cortex in  
 precio: uerum lignum quoque commendant, & folium, &  
 radicem. Balsami surculi apud nos uetustate exoleuerunt.  
 Nec fructus quicquam penè sapit. De ligno aloes quot  
 nugæ? quot impostura? de hoc alibi. Imò uero, inquit Fer-  
 rerius, si meministi: indignum Baiuli, facinus confidentia.  
 Nam centurio magnus ille, qui omnes aut barbaros, aut so-  
 phistas, aut delirantes, aut inquinatores uocat: eum non pu-  
 duit, quorum pigeret studiorum, ita ut etiam nugatoria di-  
 ceret: maximo nominis sui detrimento in ipsis quæsisse fa-  
 mam: ut qua ambiret eam opera, hac eadem illam perderet.  
 Is ita scriptum reliquit: Regis aulicus lignum ostendit mihi  
 eius

eius arboris, quæ fert Aloen. De Asphodelo herba triuiali,  
 & scientia, & fides par. Ut liberos nostros moneamus: quæ  
 sit periculosum, è lutulentis bibere, fontes omittere. Pax,  
 inquit Baiulius. Hæc aliis: nunc ad nostra. Hinc potius  
 aliud caput auspicatus fuerim. Aggreditur enim materiam,  
 modumque generationis, tam naturalis, quam arte factæ.  
 Quasdam seminio prouenire, alias sponte, nonnullas auul-  
 sine, tanquam in colonias transmigrare. Esse & quæ talea  
 prodeant desumpta uel à stipite, uel à ramis. Imprudenter  
 addit ἢ Ἀλγὸς τῶν ὀσμυατος. Iam enim dixerat, ἐκ τῶν ὀσμυα-  
 τῶν. Theophrastus quoque tractat illam partem. τινὰ δὲ ἐκ τῶν  
 ὀσμυατος. Nam ex Olea stipite assulatim decussato partem de-  
 mittunt, pars exerta ut germinet. Verum aut huc illa, aut  
 hæc ad illa transcribenda fuerant: ubi de platarum agebat  
 transpositione. Plantaria, quæ Latini uocant, non ignoratis.  
 Quoties uiui radix cum sua terra tollitur, ut alibi sit. Quod  
 dixit, ἢ δὲ ἰαω τῶν, Aristoteles, αὐτόματα. Ratio diuisionis  
 commodior sic: Partim sponte, partim ex aliis. Harum quæ-  
 dam seminio, quædam taleis, ut Olea. Aliæ oculis, aut spon-  
 giis, ut Arundines, Asparagi. Aliæ Bulbis agnatis, ut Dra-  
 contiō. Nonnulla insitione: cuius nomina, species, modos, u-  
 tilitates, tum ex ueteribus accipiemus, tum ex commentariis  
 Constantini. Theophrastus etiam è Myrrha Smyrnidem  
 nasci putauit. Addentur differentia. Nam seminio quædam,  
 aut nunquam, aut uix, ut Ficus: aliæ citò, ut Apium: aliæ  
 serò, ut Pæonia. serius nobis exiuit Staphysagria. An id e-  
 ueniat semper, clam me est. Obscura, quæ sequuntur: τινὰ  
 δὲ ἰαω τῶν κατὰ μικρὸν ἐκτείνονται, τινὰ δὲ ὡς τῆ γῆ. Videtur uel-  
 le, δὲ ἰαω τῶν, sua potestate, nullius indigas terræ crescere.

Crementum illud pusillis fieri progressibus, quia matricis  
 fotu careant largiore. Aloes herbam uidimus, multos iam  
 annos, ut aiebant, appensam laquearibus, adeo uiridem, ut  
 cum uegetissima Spathula foetida contenderet. Ex his ani-  
 maduerti, quemadmodum sibi contradicat. Nam in princi-  
 pio secundi libri, Terram statuit unum e principiis necessa-  
 riis, quae debeatur plantarum generi. Utitur hoc uerbo ἐκτε-  
 λειναι, pro crescere, etiam alibi: quanquam nec aptè, nec pla-  
 nè pro re satis. Vnam siquidem tantum denotat dimensio-  
 nem: sicut alterum supra, πλεονεξία. Sic enim apud Philo-  
 sophum, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἑξ ἑκατὸν, quod ἐκ τῶν in libro de mistorum  
 affectibus. Notabitur et id. Alieno loco ponere de incre-  
 mento quadam, qui continuare proposuisset continuatio-  
 nem generationis. Quippe mox dicit: alias alius in arboribus  
 prouenire, ueluti insitione. Aristoteles in historiarum libro  
 quinto proportionem huiuscemodi generationis in planta-  
 rum genere, atque in animalibus recensabat. Sic ergo nos:  
 Quaedam in aliis sponte, quadam arte prodeunt. Eorum, quae  
 sponte nascuntur, non unus modus. Aliter enim oritur Epi-  
 thymum, et Viscum, aliter Polypodium, Muscus, Lichen,  
 quem accipiunt plerique pro Pulmonaria. Alio modo Aga-  
 ricum, et aliorum Fungorum genera diuersa. Longè alia  
 lex Hypocisthidis. Artis praecipua, et summa capita, ino-  
 culatio, emplastratio, insurculatio. Graeci, οὐροφθαλμοσόν,  
 ἐμφυλισμόν, ἐγκυαντισμόν. Thusci, inestare: Lombardi incal-  
 mare: Taurini penè Latina uoce, inserir: Galli, enter: Va-  
 scones parùm à Graeca declinant origine, empeotar, ἐμφυ-  
 τῶσαι. Surculos uulgus Graphiones, à graphiorum specie, un-  
 de et κέρταξ Graeci. Caterùm hac quemadmodum fiât, ne-  
 que

que medici describere interest, neque philosophi praescribere:  
 sed ad agricultura libros spectant omnia, quae est pars oeco-  
 nomia. Ne nobis contingat, quod uiris alioqui bonis, ac do-  
 ctis usuuenit: ut ad ineptias adigeret ambitio. Quo consilio  
 agriculturae leges, praecipua, praesagia, medicamentorum  
 uim, in platarum historia, philosophiae diuisiones, disputatio-  
 nes, metalla, terras, lapides cõmiscuere. Et cum de stirpibus  
 inscripserunt libros suos, nihilo secius tum de iis, quae dixi-  
 mus, tum de animalibus agunt. Sed hoc ostentationis uitiũ  
 fuit multis magnis uiris, ut globatim congererent omnia: nõ  
 ut nihil reliquisset, sed ut nihil nescisse uiderentur. Prosequi-  
 tur natalia: In simili, praestantiora euadere, quae inserantur.  
 At hoc eget multa tum dispectione, tum moderatione. Ar-  
 meniaca nãque melius in Pruno. Pyrus in Cydonio. Amyg-  
 dalus è pruno maxima, et externa carnis pulpa mitiore.  
 Quamobrem seipsum peropportunè castigat apposita ana-  
 logia. Affinitate scilicet, quae constant naturae rationes: ue-  
 luti Mali, cum Pyro. Verùm paulò post ubi narrat, Artemi-  
 siam in agrestem cognominè inseri: non sanè uenit in mentẽ  
 mihi, quid id uel herbae sit, uel fruticis eo nomine, quae sibi ipsi  
 agresti mitis inseratur. καλλιέλαιον uerò τῆς ἐλάειας uocat, et  
 τὸν κῆττον ἀγρίελαιον. καλλιέλαιος analogia, sicuti καλλίστοι-  
 καλλιστέφανος olea fuit illa mirabilis, quam describit ad Pan-  
 thium Aristoteles: Ex ea sumptam ab Hercule pactam, at-  
 que ad Olympicas coronas pactam. Malè dixit agrestum  
 γένος ἀγροφρον à miti. Habent autem insitiones certos desi-  
 gnatosque opera limites. Plutarchus in secundo conuiuialiũ  
 quaerit: cur oleosae arbores inepte sint insitioni: tum nomi-  
 nat, κῶναν, κυπρίετρον, πῶκλω, πῆτω. De quibus aliter prodit

Theophrastus. At in non oleosa uiuere, ac crescere oleosam posse: ut oleam in Lentisco. Respondet, arboribus oleum nocere. Itaque ubi ex inferioribus partibus ascendit, interficere. Ea de causa non ali surculum, quod oleum suapte natura succis diuersi generis nequeat commisceri. Quæ causa posterior etiam efficiat, ut non facile cocant in unum surculi oleosi cum stipite marricis non oleosæ. Putauit deinde sese aliam quoque in Pinu, ac Picea causam adduxisse. Præ luxuria, inquit, fructum non ferunt. At sanè fecundam scimus esse Pinum. Præterea in steriles immittuntur fecundarum surculi, & ferunt. In Platanum enim, quæ sterilis est, si fructus usum spectes, insitam legimus Malum. Multa negarunt ueteres, quæ postea diligentiores docuit tempus. Et uerborum oportuit eum esse memorum, quæ scribuntur in quinto de causis: in olea insitam Terebinthum. Etiam in eadem legimus inditam Punicam, ex libris Chaldaeorum: cuius fructus patria lingua dicatur, Saqip. Nunc ad cetera. Paulò  
 20 imprudentius repetit agrestium differentias, ac mitiorum:  
 20 quas iccirco præterimus. Inde conuertit sese ad productionem, & prouentum, & similitudinem: quam sententiam barbarissimus interpres uenenauit. Sic enim scriptum est: πᾶν σπέρμα ἔχει τὸν ἑαυτοῦ καρπὸν. Ergo nullum semen diceret producere simile ei semini, ex quo natum est. Quod est rã falsum, quàm quod maximè. Probum, catumque dialecticum: ecce uerò cui sit idem, & πᾶν, & πᾶν. Hæc sententia est etiam in quinto historiarum de animalibus. Igitur cum ita sit, ut aliquando simile, aliquando generetur dissimile uel in specie, uel in indiuiduo: uidetur quedam naturæ ueluti circularis conuersio super seipsam, aut reciprocatio. Videlicet ex meliore dete-

deterior, & contrà. Nam fit ex Tritico Lolium, Triticum è Lolio. Sic alibi dicebamus de generatione, quedam non aliena multum ab hac historia. Mutationum causæ, præter soli genium, multa sunt: Cultus, ætas, uicinia. Nam quedam perpetuas inter se gerunt inimicitias: aliis, prope Scillam nasci, bono fuit. Ad hæc anni squallor, humor nimius. Austri nobis profecto plurimum afferunt nocementi. Comparat etiam inter se euentus hosce: Nam facilius bono è semine mala planta, quàm ex malo bona. Porro autem confert cum animalibus. In his enim frequentius ex bonis mala. Quam omisit rationem, ut potero, dicam. Pauciora quæri uidentur ad plantæ generationem. Operosius animal est. Mutatur celum, pabulum, cura, armentarius, alia multa. Præter hæc, plantæ semen unum, & ab uno, utranque uim obtinens tum actiuam, tum passiuam. At animalia diuersæ ætatis, regionis, craseos, pabuli, habitudinis cocunt. Itaque fœtus uariatur. Denique quo quicque perfectius est in genere corruptibilem, eo est obnoxium pluribus imperfectiõibus. Omnis enim qualitas eiusmodi contrarium sibi quiddam habet aliquo modo. Ergo quod pluribus fuerit concretum qualitibus, à pluribus quoque contrariis appetetur. Quid tu aias, uide: inquit Minutius. Etenim si sit ita, magno in periculo uestrum corpus illud σὺν ἑξ ἑτοῦ uersari uideo: ne sit obiectum pluribus morbis, quàm meum hoc, quod sit minus commodè temperatum. Nam si habet plura, quàm dyscratum, contraria: neque paucioribus ei resistendum est, à quibus crebrius tentabitur, neque fortius resister. Nam si per contrarium contrarij retardatur, aut obtunditur impetus: neque calor, qui est in medio, tam est ualidus in eucrato,

quã in bilioso: minus frãgetur frigoris uis extranei ab eucra-  
 ti mediocri, quã ab excessu caloris biliosi. Scio, quã cieantur,  
 in tertio artis medica, turba: deinde quã difficile possit e-  
 riam à doctis occurri, non nescio: uerum ita mihi uidetur, à  
 pluribus tentari quidem: sed melius resistere. Neque uerò  
 deest uel ratio, uel exemplum in natura. Nam contrà, ca-  
 loris excessu minus afflicatur: quia minus caloris intus ha-  
 bet, quod addat illi extraneo. Itaque non facile coniurat.  
 Eadem quoque de frigore dicentur. Exempla uerò minime  
 sunt ignobilia: neque ab ignobili petuntur artifice. Duo sunt  
 apud Philosophum utrunque in secundo de animalium ge-  
 neratione. Commistus enim Mulus, ex Asino, & Equa:  
 utrouis robustior est. Et æs, quod ex are, atque Cassitero cõ-  
 flatum est, longè firmitus, atque durius utroque est. Ex hoc  
 itaque bellicos tubos conficimus: ex illorum ullo nullum.  
 Tum Baiulius, eius ingenij, iudicijque uegetam acrimoniã  
 lectissimis uerbis adornauit: quã propterea nõ hïc scripsi, ne  
 eorum uenustatem, aliqua memoriolę uacillatione deforma-  
 rem: ac postea resumpsit orationem. Docet hinc, inquit, fru-  
 ctificationis impedimenta primùm, deinde remedium. Caus-  
 sam affert à corticis duritia: Eiusmodi nanque arbores esse  
 docet steriles. Quòd si radices earum findantur, atque ipsis  
 indatur lapis, tolli sterilitatem. At enim uero fac, ut à corticis  
 duritia succi exitus impediatur, quominus cõcrescat in fru-  
 ctum: quanam ratione fissa radix illum corticem queate-  
 mollire? Nam cõtrà fortasse, defraudatus succi portione cor-  
 tex citius euaserit aridior, atque durior. Quanquam non  
 uideo excogitari posse sententiam ineptiorem. Quid enim  
 Roboris cortice durius? quid Cerasi contumacior? Et ferunt  
 tamen.

tamen. Quin tenerior nouellis cortex: atque eã fecundã  
 minus: & uis fecunditas unã cum duritia corticis accedit.  
 Salici cortex mollior: at ea sterilis. Quid? per corticem ne fru-  
 ctum fundit? an per oculos? Qua exeunt oculi, non exire po-  
 test fructus? At eius fructus natura tenuior, quã is, quo ex  
 brachia coalescunt. Similis ueterum sententia, quam recitat  
 etiam Plinius. Crassioris cutis animalia minus esse docilio-  
 ra. Canina coria quã firma, ingenium ad omnia non ine-  
 ptum, quis ignorat? Quid crassius Elephanti corio? De eo  
 mira narrant. Quin eadem in specie reperias, quod diruat  
 funditus hanc opinionem. Elephantorum feminis corium  
 minus crassum, quã maribus: illa minus dociles, quã ma-  
 res. Huic contrarius affectus est, benè facile, multum ferre.  
 Aliud incommodum est, serò ferre. Ei aduersatur facultas,  
 celeriter fructificandi. Naturalis hæc in quibusdã: alias ars  
 adiutat: puta, fimo, irroratione, ablaqueatione, attonsi-  
 onem, pastinationem. Habetur etiam in nonnullis hoc à principiis  
 naturalibus. In caulem citius euehunt sese sata semine ue-  
 tusto olera, quã hõno: quemadmodum & à Theophrasto  
 narratum est, & proponit Aristoteles in xxx sectione. Ad-  
 ducit id pro causa: quod humoris habet minus semen, quod  
 habet plus ætatis. Ideò quasi uapidum ocyus consenescere.  
 Proinde historia Theophrasti quedam etiam torrefacit ad  
 sementem. Equidem arbitror, certum tempus perficiendo in  
 plantam semini constitutum, atque præscriptum à natura.  
 Igitur quasi progressus suos ad id operis fecisse semen, quod  
 aliquandiu seruatum sit. Existunt enim, uii dicebamus, in  
 eo facultatis actiue principia. Quasi recens collectum in sua  
 sit adhuc infantia. Nunc uera stata ætas secum ei attule-

rit aptas vires ad munus obeundum. Sterili uerò arbori nō cuius inditur in radicem lapis: sed si cuius radix luxuriat nimis. Defraudat enim succo suo consortes partes, quem non transmittit, sed quasi abiurat, aut intercipit in ipso portorio. Is affectus plurimus, ac frequentissimus euenit Amygdalo. Etiam Ingrandis rectam radicem, quæ demittit sese uelut ad perpendiculum (Penem Vasconum rura uocant) abscondit, lapidēque, aut tegulam subdunt, ne deorsum crescat. Eandem exercent in Vitibus solertiam, luxuriantibus fibris amputatis. Adeamus ad reliqua. Sexum supra stirpibus amuebat: nunc etiam discretum profitetur. Neque uerò id ex uulgi solū uel opinione, uel appellatione, sed actionis quoque proportionē, quæ actio alteri sexus parti, scilicet maribus, est attributa. Mascula, inquit, Palmæ frondes, aut culices, aut liber, si fœminæ frondibus componantur: eius fructum celeriter maturescere, neque cadere. Tale quiddā prodidit etiam Herodotus in secundo historiarum, ac reperitum ab Athenæo: eique opinioni Theophrastus assentitur. Haud sanè contemnendam contemplationem. In superiores commentationes ex tertio de anima referebatur à nobis: datum animalibus motum, ob sensum. Aut enim appetimus, aut fugimus: ut non temerè ueteres umbram illius in plantis uideri solent, inuestigatione sua fecerint illustrem. Est enim modus quasi quidam coeundi. Vbi deintegro hac quoque in parte animalium, plantarūque natura conferri possit. Nā ut in illorum quibusdam sexus est nullus: in aliis est, quæ tamen non generant, cuiusmodi sunt Apuæ: in aliis est & sexus, & sexus usus: ita in plantis. Exempli gratia, Triticū sine sexu. Cannabe, & Spinachia obtinere manifestum, nullo

nullo tamen usu coitus. Palma suo quodam coibunt more. In quibus alio modo sit mista natura plantæ cum animalium natura, quàm in Zoophytis. Quippe in Vrtica substantia generum mista sunt: in Palma substantiæ quidem separata: sed cum iis affectus animalis misti. Neque enim uerum est, quod ait Porphyrius, speciem cum specie non misceri. Non enim esset Mulus ab Equa & Asino tertia substantia. Tum Minutius ad me: Quid ad hæc tu deambulator? Quid aliud, inquam, nisi quemadmodum arthritis ex deambulatore fecit me, ut sessor essem: ita Baiulius effecerit, ut ex Lycei milite, rupto sacramento fiam transfuga. Sed audiamus Ferrerium. Meditari nanque uidetur nescio quid de subscriptore suo. Est ne, uti dico? Quid ni, inquit ille, mediter: an idem sit Culex, quod puluis? Vterque sanè subuolat, sed iocosa significationis ambiguitate. Bona fide Baiuli, quid Culicem dixisti? Quid aliud, subridens ille, quàm Culicem? Nam & σκίφιν Scapham dicere licet, & ἄντα Culicem. Quid, respondit Ferrerius, si illud liceat, hoc non liceat? Nā ἄντας Pollux mascula Palma fructum dici scripsit: fœminæ βάλανος: sicuti, quod uulgo quoque scitur, ramum Spathen. Et Theophrastus in secundo historiarum, posteaquam de Caprificatione, quæ dicitur κερκομὸς, ita scripsit, ut & ἄντας Caprificorum culices, quorum ingressu mites ficus aperiantur ad maturationis autores Soles excipiendos, & horum culicum alios Culices interfectores κίπας nominaret: subdit, hac in parte sese naturā quodammodo imitari, quo ad Palmæ fertificationem. Excuti nanque ab indigenis mascule florem, lanuginemque, ac puluerem fœminæ, unde concipiat: idq; ea de causâ uocari ὀλωθραμὸν: quoniā sit ὀλωθρος

Caprifici fructus. Eū locū Plinius nulla sententiæ facta mutatione, Latinū fecit. Iccirco meus hic πῆξινος, apud quē nūc diuerto, accepit me lautè suis palmulis : uerū à puluere, nō à Culicibus fecūditati cōciliatis. Est, inquit, ut ais, Baiulius. Verūm meministi nos interpretes. Vertendum est, quale quale prodiderint autores, non euertendum. Sin aliter sentiamus: at condamus nostra: de nostro edamus: interea non licet. Et meministi nos ab optimo uiro Galeno præceptis hisce uerecundissimis imbui. Herodotus uerò in secundo, Ἰνῆς ait αἰδωῖσσι τὸν καρπὸν. Quamobrem ille, cū de Assyriis tantū loquatur Palmis, fortasse fiat ibi sic. Nam Caprificatio quoque sola in Græcia operæ est, non Illyrio, Italia, Prouincia, Hispania. Sed ne tota quidē Græcia, sicuti prodit Theophrastus. Culices igitur hic sunt: benè, malè ue, ipse uiderit. Puluis apud tuum est, rectè ex Theophrasto, quem haud interpretatur hic: malè ex autore, quem suscepit exprimendum Latinè. Pollux uerò, si uoluit sequester esse ita, ut seruaret Ἰνῆς, & fructus faceret, non animalia: declarat illa Herodoti uerba, αἰδωῖσσι. Sic iste mox de Ficus Caprificique cōiugio, de Culicibus nihil. Ut hinc etiam detur materia suspitioni peregrinitatis. Ut Syrus quispiam fuerit, aut Aegyptius, non in terra Græcia natus. Non enim tam peculiarem notam sibi popularis historiæ præteriiisset. Nunc maris ac fœminæ docet differentias. Vna est, à germinatione. Celerius enim prodeūt, quàm fœminæ, masculæ. Altera: quia sunt minora. Maior scilicet in fœmella succi copia. Tertia: quòd sunt odoratiora, nempe sicciora. Itaque in sexto de causis, nullum fructum benè olere dulcem. Tametsi nobis aliter uidetur. Pepones enim quanto dulciores, tanto sunt odoratio-

odoratiora. Nec abest ratio. Succulentissimi cū sint: caloris egent ad percoquendum. Additur ergo calor ad temperaturam dulcedinis usque. Mala quoque ea, quæ Apriola dicuntur Italis, dulcia illa quidem, tam iucundè fragrant, ut uniuersas Indias sua superent suauitate. Mitto Persica, mitto Mel ipsum: ne tot fastidiatis obiectiones: nè ue caussa diffidere uideamur. Fœniculi quoque semina grandissima, dulcissimaque gustauit: sed quorum dulcedine non obtunderetur odor. Sic eidem nondum notus fuerat odor animalium. Et tamen res percrebuerat in ore, ac sermone hominum, atque etiam in libris, de odore Pantherarum. Non persequar hęc odoratorum animalium genera. Ut quid? Non enim locus hęc. Tum Minutius. Quamquam res est auditu periucunda, tamen aliàs te audiemus. Ne imitemur eos, qui libros integros excutiunt, undique coaceruant, ut cumulo fidem faciant eruditionis, non delictu, atque temperantia. Itaque Barbari quidam, quos iste Scaliger suis commouit subtilitatibus, uruntur illius commentarioli breuitate, quàm inscripsit De comicis dimensioibus. Quos ego. Sed audiamus Callimachi φθῶν illum barbarum, atque immanem, quem fecit Apollinis auribus illud immurmurantem: οὐ γὰρ ἔστιν ἀδύνατον, ὅς τ' ἄν ὄσσει πόντον, ἀέδει. Quare illius quoque calcibus ut exterminaretur, meritus fuit. Mos est hic triuialium. Quot hęc rerum capita, ita uti sunt, recensuisti: quæ in immensum excreuissent in manibus istorum uaporariorum. Quæ poteras ex Theophrasto, Plinio, Dioscoride, Galeno, Constantino commemorare, parcè, atque frugi oratione delibata, ad suum quicque locum transmisisti. Quare quibus cœpisti legibus, sequere, nec

muta. Ergo, inquit ille, mares plantæ alia quoque præter Palmas, odoratiores sunt femellis suis: ut in Persicis, ac Cydoniis. Sylvestres item, quam mites, generis eiusdem. Minus scilicet humoris hauriunt è solo tenuiore. Rosa tamen culta melius olet, quia succi opus habet temperatioris. Observabimus loquendi modum. Alio casu dixisset alius, ἄλλο τι δὲ δία. Item πρὸς τὸν, non, πρὸς τὸν. Hæc autem uerba post ea, quæ sequuntur, commodius distulisset: ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τῶν, ἢ πρὸς τῶν συμβαίνει. Nam pertinent ad sententiam superiorem: quando & folia, & cortices, & culices nominavit: non necessariò requiri omnia, sed satis esse aliquot aliquibus. Hactenus officia mutua cognationum. Deinceps uerò etiam diuersarum familiarum occultas necessitudines. τὰ βλαύσιον τοῖς ἐλαίαις συμβάλλειν, ὅταν ὁμοῦ φυτῶνται. Interpretis incuria factum est, ut βλαύσιον pro Punica poneretur. Nam βλαύσιον neque φυτῶνται, ut arbor, neque σπέρμαται, ut fructus. Illud enim haudquaquam est: hoc nondum. Quanquam κύπρινον, & βλαύσιον, aliter atque aliter pro fructu uel immaturo, uel sylvestri etiam maturo posuim, uidetur interdum. De plantarum uerò amicitiiis, atque inimicitiiis, in secundo de causis Theophrastus, & in tertio. Repetit Plinius in XVII. Multa in commentariis γαπῶνται. Et sunt apud Philosophum in propositis quaestionibus, in quibus etiam συμπάθεια considerata est. Illud, quod supra tangebamus, arbitrati sunt omnibus tū plātariis, tū seminiis cōmune. Scilla esse omnes beneficiarias, propter quas illa sata maxima afferat adiumenta, uel celeritatis ad nascendū, uel progressus ad incrementa, uel tēperaturæ ad saporem. Theophrastus ὁσμητικῶν Vitem quādam narrat: quo argumento

Demo-

Democritus sentiendi facultatem stirpibus assignarit. Ergo permultū uel cōfert, uel obest id, quod appellat in quarto de legibus Plato γαπῶνται. Itaque in xx sectione, si quis Apij radicem circumfodiat, eoque Panicum obserat, atque ita demum irriget, euadere grandissimam. Panicum esse Γυφόν, id est rara concretionis, & fungosum: quamobrem & spatia laxare, & subeunti cedere. Nolim subarroganter dictū. Si spongiam apponas, aut etiam fungos ipsos: nihil profecturum intelligamus ex eo, quod aliis ad situm radicibus nihil consulat earū magnitudini. Certū igitur inesse uim occultā ab elementaribus longè diuersam qualitatibus: quam facultatem cum alibi Galenus agnoscit, tum in libro τῶν πάλαιος ἀρῶντων appellat. Aequè uerò malè & intelligit Aponensis, & Aponensem de fimi usu carpit, uir alioqui benè doctus Lusitanus. Aristoteles uerò de Brassicæ, ac uitis odio nullam afferat causam ab eiusmodi qualitatibus. Est ergo uiciniæ ratio: est ratio cognationis, ut Visci & Viscifera arboris: est ratio affinitatis, ut earum quæ conueniunt insitione: est ratio, ut ita dicam, præsidij: quemadmodum in eadem ostenditur sectione. Rutam in ficum inditam pulcherrimam euenire, adeò ab affini iuuatur acrimonia. Nec multo post alio capite, Lentisci præsidio non sentiri uermiculatorem. Iste, ubi hanc Naturæ coniunctionem declarauit, aliam subdit: Tam esse necessarias inter se quasdam, ut altera in alteram trāsmutetur. Quo ex loco si quis uoluerit diuersum caput auspiciari, poterit. De hac mutatione scribit etiā Theophrastus: & eam confert cum animantium simili natura. Philosophus duas in historiis agnoscit mutationes. Vna est, cum ex una specie fit alia, siue semine, aut uulgari gene-



ratione: cuiusmodi uidetur in *Bombycibus*, & *Erucis*. *Altera est, cū mutatur facies: ut Philomela, & Vpupa*. Quin etiam uocem mutant aues in uocem aliam: nonnulla cum silentio commutant. Alius cantus, alia uox, alia dearticulatio *Luscinia* autumnno, quā uere: *Merula* uerò tribus tantum mensibus canora est, nouenis silet. Hanc plantarum diuisionem, an felicius, quā ille fecerit, digerere nobis liceat, uideamus. Mutari, aut atate, quod ipse de nuce dicit, nobis enim incompertum est, quam abeat in arborem ita, ut ne amplius *Iuglans* sit. Sic enim scribit: μεταβάλλεται εἰς ἄλλο εἶδος. Aut negligentia, ut *Sisymbrium* in *Mentam*. Aut in principiis ipsis, ut è rapo *Brassica*: & quod euenit mihi nuper: *Petroselinum* semen egomet ipse cū legissem, atque eadem seuissem die, non *Petroselinum* (cum uulgo nunc alteram uoco sic *Apij* speciem) sed exiit *Alliaria*. Sic è *Tritico* *Lolium*. Aut cultu: ut è contrario, *Triticum* è *Lolio*. At hic dicit, in *Mentam* mutari *Calamentum*: & apponit illud de *Trago* miraculum: *Abcissum*, atque secundum mare satum euadere *Sisymbrium*. Modestè addit, τυχόν. Non enim semper fiunt mutationes: sed sunt naturæ παραβάσεις, ut uocat *Aristoteles*: atque ut ex illo peracutè dicamus, φύσει παραφύσιν. Nihil enim in natura non naturale ἀπαῖς, & in cōmuni natura, sed in hac, hæc, huic. Alterum genus est παραβάσεων frequens, & ordinaria, si credimus illi *Philosopho*. Ait enim, *Mulierem esse naturæ παραβάσειν*, quasi dicas παράπτωτον, & prolapsionem quandam à recto, atque primario opere instituto, in quod seriò intendat: quasi cadat hoc ei secundarium præter propositum. Verùm detur hoc infinitis eius aliis meritis in opera studiorum ueritatis. Tertius mo-

du-

du huiusmodi progressionis naturæ est rarior: ueluti quæ circumferuntur falso de *Phænice*, uerè autem de *Britannici Anatibus* oceani, quas *Aremorici* partim *Crabans*, partim *Bernachias* uocant. Eæ creantur è putredine naufragiorum, penduntque rostro à matrice, quoad absoluta decidant in subiectas aquas, unde sibi statim uictum quærant. Visendo interea spectaculo pensiles, motitantè que tum crura, tum alas. Mox ait, *Triticum*, ac *Linum* alias in species uerti. *Theophrastus* in historiis, utrunque in *Lolium* transformari scribit. In quinto de causis, an sit id uerum, dubitat. *Ocymum* quoque transire in *Serpillum* aliquando. Ut non ineptè *Pindari* prouerbium huic aptarit historiae quispiam, ὄνυξ δὲ ὄνυξ δὲ. sine portorio transfretante, migrantè que natura. *Sisymbrium* uerò in *Mentam* degenerare, non autem *Calamentum*, ut scribitur hic, idem autor est. Quidam precipiti ingenio maleferiati, qui ad primam quanque inspectionem transfugiunt à receptis opinionibus, ac temerè construunt effata uniuersalia: *Sisymbrium* *Mentæ* odorem tantum capere, non autem speciem sibi uindicare. Nos uerò *Sisymbrio* perire pristinam faciem, nitorem, rotunditatem, odorem, saporem, atque abire in *Mentam*, & uidimus sæpenuerò, & meminimus, & profitemur. Nam quod isti de *Menta* litigant, ut comicè iocemur, solentes insolenter faciunt. solent enim arroganter facere. In *Lolium* emigrasse *Linum* haud dum mihi compertum est. In aliam tamen degenerem dilabi plantam quotidie conqueruntur nostra muliercula. Satum quoque in *Cepe* secto, eam ex se progignere plantam, quam uulgus *Draconem* uocat, *Thuscis* olitoribus persuasum est. Cuspideis ei figura folium, serratum ut *Beto-*

I

nica, sed molliter, & obscure, surculi uiminacei, floscellus candidus. Saporis acrimonia commendationem attulit ad usum acetariorum. Radix penè nulla eorum arguit temeritatem, qui Pyrethrum fecere nomen. At mihi non semel Lini semen, cum ita, uti iusserant, seuissem, Draco nullus extitit. Herbas uerò formis propriis amissis, alias induere non est mirum. habent enim inter se communia principia. Affert à loco genus aliud mutationis, non quidem formæ aut figura, sed usus: βελίνιον, inquit, τὸ δηλητηριώδες τὸ χυμώλον οὐ τῆ περσίδι μετὰ πυτθόμουλον οὐ τῆ αἰγύπτου, ἢ οὐ τῆ παλαιστίνης, γίνονται βρώσιμων. Videtur Persidis arborem in solo natali uenenatam βελίνιον uocare. Nouam sanè uocem, & quam apud alium in præsentia non memini. Verùm nominis ratio huic fraudi sit. At pertinacem ac fatalem eorum uacordiam demiremur, qui Perseam arborem Myxæ similem, quæ fuerit uenenata, & alteram Persicum dictam, longè illi diuersam, quæque nūquam fuerit uenenata, repetito, atque, ut poëta loquuntur, recentato triuialium errore, pro una prodere ausi sunt. Non est ingenij mei, nisi meipsum fallo, quenquam uel laceffere, uel castigare. Verùm leuissimam turbellam istam, quæ ita turget, ut extra domesticos parietes erumpat ad uastandas receptas sententias lectissimorum hominum, quando seipsa ferre non potest, quò feratur à nobis? Galenus in secundo de medicamentorum compositione κατὰ τὸ πρῶτον ita scriptum reliquit. Ab sese uisam Perseam in terris imperij Romani, præterquàm Alexandriæ, nullam. Quæ uerba si habuissent in memoria spicileguli nostri, non animum induxissent disputare, & querere: diuersis ne locis eadem uenenata, & non uenenata queat esse. Quo persuaderent nobis,

nobis, Perseam dictam, cum esset uenenata, & Persicū, ubi non esset. Nam si Alexandrino in agro tantum uidit Perseā Galenus, quo tempore Persicus esset in Græcia & in Italia plurima: quid actum agant? Vel Plinium legissent, qui aperto bello impugnat hanc inscitiam. Nā quod afferunt è Dioscoride, tam Perseæ, quàm Persici fructum esse uentriculo commodum: tantum abest, ut eorum foueat pertinaciam, ut uis ipsam quoque subruat occasionem desipiendi: quando illi duas, non unam, esse uident arbores. Pulchros uerò dialecticos in secunda figura duabus affirmatiuis. Probas ἀπὸ βελίνου, quæ unam τέκμαρσιν accipiant pro eo quod esse debet, ἴδιον κρείως, καὶ ὁλον, καὶ ὁ αὐτό. Nam inter illorum scripta, similis nota plurima reperiuntur, uel usque ad fastidium. βελίνιον, uerò dictum arbitror, sicut & τοξικόν. non à Taxo, quemadmodum Grāmatici pueris narrabant olim nobis, sed παρὰ τὰ τοξά. Eius enim succo tela tingebant Barbari: id quod hodie quoque faciunt & Alpini latrones, & Pyrenæi. Ita ἀπὸ τῆ βέλων βελίνιον. Quæ si proba uox esset apud ueteres, uenenum nostrum libentius hinc dictum existimarem, quā ab eo, quod uenas occupet. Verùm eam nusquam memini, ac ne apud Pollucem quidem. Tametsi in primo recenset ille τὰ βέλια τὰ φαρμακώδη: βελίνιος aliud Athenæo. Et uidentum, an sit idem hoc piscis nomine, qui est Oppiano βελίνιος. ξοικικόν uocat id Aristoteles apud Celtas uenenum. Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem scriptum habet, ἐλένιον: atque à Græcis ita dictum, à Barbaris Ninum. Esse plantam, cuius succo Dacæ, Dalmatæque, sagittas suas efficiant letales. Fortasse βελίνιον est. Prisci tamen utrunque pro altero pronunciabant. An uerò sit, quem uocant Arabes Napel-

lum: & an sit Aconitum Napellus, non ex Belgicis plagis, sed ex eruditiorum fontibus hauriendum est. Ceterum expediamus, quod iam reliquum est libelli: ut cœnæ ratio habeatur. Permagnum enim, ac perdifficile confecimus iter, nec minus asperum, quàm infestum saltibus, atque dumis.

» Quod alioqui longius etiamnum producit iste: cum de  
 » Amygdalo, quæ iam dicta sunt, deque Malo Punica repe-  
 » tit. Quarum illa dulcescat, hæc mitescat. Et apponit artem,  
 » cuius ope gratia Punica comparetur: quippe suillo fimo,  
 » & aqua frigida. Amygdalo clavis adactis, atque educto  
 » gummi multo. Quasi uideamus imaginem Phlebotomia.  
 Atque hæc ad philosophi pertinent contemplationem, qui  
 agricola docendi fundamenta iacit ad operam: ita causas  
 » eruit è natura sinu. Postremò concludit: agrestium pleraque  
 » arte mitescere: locum ualere plurimum, & cultum: certas-  
 » que temporum, atque exquisitas leges. Sic enim interpretor  
 uocem illam multo turgidam significatu, καιρόν. Distinxit  
 autem τὴν ἰδίαν τέχνην ἀπὸ τῆς κοινῆς. Quippe artem uocat  
 illam, clauorum adactionem. Operas autem, quas colendo  
 poneremus, agriculturam: stercorationem scilicet aquatio-  
 nem, putationem, & similia. Tria statuit igitur: rem immu-  
 tabilem, locum: rem mutabilem, temporis legem: rem immutabilem cum im-  
 mutabili, & mutabilem cum mutabili, arte. Illud nõ est præte-  
 reundum, Omissum esse contrarium diuisionis membrum,  
 de quo supra nonnihil à nobis dictum est. Cultu fieri dete-  
 riora quadam. Exempla posita sunt. Ad hæc Minutius  
 cum sustulisset uultum, ô Baiuli, inquit, ut multa condi-  
 menta comparauit natura rebus, aliis alia. Videmus cultum  
 quibusdam conferre: esse uerò & quibus noceat. In Punica  
 depre-

deprehendimus eam, quam conciliasti gratiam dulcedinis certo incommodo labefactari. Eius nanque fructus arboris ex acidis facti dulces facilius, atque celerius putrescunt: ut est in quinto de causis. Igitur acidum uidetur esse contrarium corruptioni. Quamobrem magnopere miror, quid in mentem uenerit recentioribus, ut adducerentur febrientibus acida prohibere. Nam tametsi astringunt acida, uidenturque propterea facere, ne corpus & ποῦ fiat: extinguunt tamen, ac simul obiciunt sese pro reparatione ualitudinis putrefactioni. Dada fuit igitur opera, ne tantis frustraremur utilitatibus: astrictionem tolleremus eorum commistione, quæ cient urinas, aut sudores. Eiusmodi uerò non pauca sunt, uel modicè calida, uel etiam intra modum: quorum uis multo erit usui, sine incommodo febrientis. Ita & occurreret incensio-  
 ni, & haberetur causæ ratio: nimirum simul extinguemus, simul aperiemus. Igitur qui prohibent in febribus Punica Mala subacida, uidentur ignari tum rerum, tum etiã causarum. Dulcia profectò sunt amouenda, quæ tamen ipsi dant: & monentur à Dioscoride tamen, id ne faciant. At subacida, quæ dicunt etiam uinosa Græci, uocant Arabes almuzi, non solum non obstruunt, uerum etiam (omittamus extinctionem, atque tuitionem à putredine) incidunt, aperiunt, & urinam cient. Isti tamen sunt Arabum sectores: quorum conatus laudandi quidem, si iudicio recto seligerent ad simplicitatem, non ex edificarent factiones, aut propter odium, aut propter ostentationem. Quare impetus illorum, cum ex iis, tum ex aliis multis, quorsum euadat, uides. Tum Baiulius, Miseret me, inquit, humanorum affectuum, quibus excitamur ad imminendum sententiis Sapientum. Nam

quando finem faciemus contradicendi, uellicandi, obtre-  
 ctandi,explosa repetendi, alienis incubandi? At nunc,cum  
 sperabamus in summa rerum omnium cognitione consen-  
 sum animorum, atque Reipublicæ literaria trāquillitatem:  
 nunquam maiore salo fædiore iactationes perpeffa uideo,  
 uidensque doleo studia nostra. Iis sanè contigit, quod athle-  
 ticus illis Hippocratis euexiis: ut cum in summo constiterint,  
 labantur in peius. Sed speradum est. Interea quod superest,  
 absoluaamus. Persequitur hinc temporum uices, & articu-  
 los. Multa uere feri: pauca hyeme, & autumno: astate pau-  
 cissima post exortum Canicula. Additque locis quibusdam,  
 licet paucis, eo quoq; feri tēpore. Verū Roma perquā rarò so-  
 lere quicquā tum mandari terræ. Aeg yptios autē semel tan-  
 tum toto anno serere. Ita tria, cum proposuit, exequitur: ar-  
 tem per, φουκίονται: locum, Aeg yptum: anni tempora, qua-  
 tuor. Exactè dixit, καὶ μάλιστα ὁ τῶν ἔτους καιρός. Quando est  
 interdum autumnus in hyeme, sicut in uere hyems. Itaque  
 non solūm χρόνος, sed etiam καιρός: quem temporis articulum  
 uerterunt nostri scitè admodum: Virgilius κομψός, proque  
 rei maiestate, cardinē. Sic enim dicimus: Res in eo uertitur:  
 & ille, Fors omnia uersat: est autem in illis, Haud tanto ces-  
 sabit cardine rerum. Veteres simplicius, occasione m: quod ob  
 causam est, scilicet πειρασίς, & πωρεπίον. Proclus in Alci-  
 biade scripsit, Pythagoreos ita statuisse: καιρόν primam caus-  
 sam, à qua proueniret omne bonum. Alterum principium,  
 τόχον: uidelicet officiorum uel ciuiliū, uel naturalium. αὐξ-  
 γαλω imponunt alij, cuius sit uel assecla, uel soboles ἀμαρτυρία.  
 Neceffitati nanque subiiciebant etiam Deos illos suos. Plato  
 in quarto de Legibus Dei ponit assessores: ὡς θεὸς μὲν πάντα,

καὶ

καὶ μετὰ θεῶν τὸ χι, καὶ καιρός τὰ θρωπικὰ διακυβερωσι ξύμπαντα.  
 Quare in eodem libro putat, res humanas sic habere: ut in-  
 ter bonas mala queant dici: tolerarique oportere id pro re,  
 ac tempore. At Lycaum ponit, ac rectissime quidem, & οὐ ἡ-  
 μῖν. Aristoteles enim sapientissime, ac potius diuinitus in  
 Eudemion septimo: δῆλον δὴ ὅτι οὐκ ἔστι ὅλως θεός, καὶ πᾶν ἐκείνῳ.  
 καὶ γὰρ πῶς πάντα & οὐ ἡμῖν θεῶν. Et addit uerba quouis ca-  
 lo digna. etenim uidentur inde lapsa: λόγῳ δ' ἀρχὴ ἔσ' λόγος,  
 ἀλλὰ τι κρεῖττον. τί αὐ οὐκ κρεῖττον καὶ ἰδιότης εἶποι πᾶν θεόν; Sed  
 ad plantas. De ueris hinc quidem tempore uera prædicat: de  
 hyeme uerò non uera: de autumno nihilo meliora. Placuit  
 autem sibi flexibus illis uerborum, πλεονα, ὀλίγα, ὀλίγισα. Iam  
 tum primūm cōstat, autumno penè omnes solitas feri fruges.  
 Etiam tunc Cinara melior, & si non melius. Grandiores  
 enim fert, sed opus est euasione: gelu nanque sæpe interci-  
 piuntur. Hyeme penè omnes panguntur arbores. Post canis  
 exortum primum nihil quicquam ponitur in terram satus  
 gratia: ac ne in Noruegia, aut Gruntlandia quidē: tametsi  
 iis tum locis clementius calum est. Vbi uerò desit exoriri,  
 quod tempus longè rectius esse post exortum dixerim, serun-  
 tur multa primis quibusque imbribus sextilibus, nisi fuerit  
 annus astuosus. Quod uerò de Roma prædicat: & quàm  
 minus rectè sentiat, ostendit: & pueris quoque notum facit,  
 se non esse Aristotelem. Neque enim eius tempore Romana  
 res erat tanti nominis, ut de illius agricultura quicquam  
 obseruaretur. De Aeg yptiis autem seminibus an uera di-  
 cat, Plinium consulemus è septimo decimo. Eos enim mensi-  
 bus omnibus serere prodidit. Videbimus etiam Theophra-  
 stum, ut, cui credendum sit, diligentius exploremus. Suprà

dicebamus: quemadmodum posuit ἀραιός aduerbium pro rarò. Quem ad significatum usus est Aristoteles nomine, in propositionibus controuersis, ὀδύτης ἀραιούς, situm dentium innuens: sicuti dicit pulsum Galenus ἀραιόν, cuius interualla magna sunt. Sic igitur est ἀραιόν, ut μανόν. Ut μανόν sit totum tale ratione partium inter se: ἀραιότης, affectio distatiae partium in toto. In primo historiarum animaduertendum, quã rectè μανόν, & ἰσῶδες contraria statuerit Theophrastus. Ut intellexisse uideatur uillorum in stirpibus infrequentia, & crebritatem. Galenus in quinto de locis ἀραιόν opposuit & συχνῶ, non, & πυκνῶ, sicut & in libris de pulsibus, uti dicebamus. At in sexto constituitur aduersus τὸ πυκνὸν ἰσῶδες ἢ χιτῶν ἀραιὰ καὶ λεπτή. Manifesta uerò significatione primo de simplicibus pro eo, quod est denso contrarium. Sic ἀραιὰ terra, id est laxa, non compacta. Licentius in Hyla Theocritus, ἀραιὰ φωνὰ pro exili. κωάερον autè (quod equidem sciam) recentior uox est: sed neque inepta, neque iniucunda: ut mihi quidem digna uideatur, quæ ab aliquo ueterum Lyrico poetarum deducta sit ad usum posteritatis. Qua compositione tollatur uel terrestris, uel aquatiliu canū ambiguitas. Hic Minutius: Quare supra, cum uocem hanc ἀραιόν declarabas, non hæc adderes, quæ huc dilata maluisti? Propterea quòd, inquit, condienda sunt fastidia uulgarium epularum suauitate quapiam huiusmodi embammatum: & asperitas itineris salebrofi leuanda taliu diuerticulorum amœnitate, in quibus paulisper liceat conquiescere. Nam quemadmodum præcipiebat Pindaro Corinna, uti poematiis fabulas, quasi animam (sic illas illa uocabat) insereret: ita mihi iubet pudor, horum ferculorum sa-

pores

pores iniucundos emendare dulciariis, atque bellariis. Etenim si tunc uobis omnia effudissem, nunc incenati fortasse dormitaretis. Quod consilium non semel est à me hac in disputatione inutum: ac deinceps nihilominus seruandum censeo: nisi uobis aliter uidetur. Maxime uerò, inquit Minutius, ac sanè perplacet. Nam & odium pariunt nimis inculcata, & demulcent animum, secundum naturæ loca, aptè disposita. Sed age. Quæ sequuntur, inquit, occupant alienas sedes. Supra nanq; recēfenda erant. Quasdã è plantis ab radice folia ferre: à ligno alias. Interpretis error hic: ut lignum pro stipite dixerit. Quasi uerò radix quoque lignum non sit, in arboribus præsertim. E radice malleos quotidie cōfici uidemus, quouis ferro duriores. Talis fuit Hercules claua: cuius manubrium, siue, sicuti loquebantur ueteres, phal-la, erat è stipite: nodi uerò, & qua parte capitata esset, è radice. Agrestem oliuam perhibent illam fuisse. Quinetiam in uetulo Rhapsano, & Lactuca, aliisque plurimis lignaturam potius radix obtinet, quàm stipes ipse. Tu uerò Ferreri, ecquid obseruasti, tuus iste ταμίης stipitem ne dixerit, an lignum? Lignum, inquit ille. Caterum de claua, quod Græci mentiuntur, puto te diuino isto pudore rectum uoluisse. Nam Heros ille πολυίης, opera clauæ cum permultis annis usus fuisset: tamen ausi sunt more suo fatali mentiri Græci, apud Træzenios prope Polygij Mercurij signū depactam germinasse. Illudat hic Pythagoreis uetus comœdia: dicatque animas eorum, quos eliserit, hausisse sibi, atque induisse: quarum ui noua uita primordia rediuiua redintegraret. Neque ridiculum fuerit hoc iis, qui nos prohibent animalium sanguine uesci: quòd sanguis

K

animalibus anima sit. Videamus uerò quid hic stirpium è gummi satum promat nobis. Hoc enim sequitur iam. Rectè, inquit Baiulius, mones. Hoc enim profitetur. Et ià Theophrastū dicebamus educere de Myrrha sata Smyrnidem: At hic iste folia quoque germinare de gummi dicit. Hoc nōdum in libris, aut syluis, aut hortis usquā uidi. Aliam fecit probam quidem, sed mutilam diuisionem: eamque nudam exemplis. Folia statim à terra, ut Mandragora. Folia procul à terra, ut Pino. Folia à medijs partibus, ut Siliqua. Rursus ad fructificationem redit. Semel aliquas in anno ferre: alias saepius, sed frustra: non enim alteros fructus perfici. Non est negligenda uox, πλεοναξ: excedit enim regionum nostrarum genium. Rosas biferas uulgò scimus. Item Prunos, at non quotannis, seruare flores, aut inchoare fructus etiam instante hyeme. Est & modus alius. Nanque ex uetula rosa capitulo rossellam enatam postea uidimus. Quod frequens est in Flamula, quam ab odore Caryophyllum uocant, apud Italos: ut ex maiore flore prodeat minor flosculus: duplices nominant. Alia huic contraria differentia: Alternis tantum annis ferre quasdam: quales sunt Mali uestræ, Scaliger, in uxoris suburbano. Subridens ego, bene mones Baiuli. Ex uxoris fundo Mali Mala ferunt alternis annis: ex uxore ipsa mala multa quotidie. Tace, inquit Minutius, qui & pulcherrimæ, & castissimæ, & lectissimæ Heroine dominus sis in domo tua: tuis in poematiis (non dicam cuius) fueris seruus. Tace, inquam, igitur: ne & mihi des occasionem loquendi, quæ nolis: & huic eripias dicendi, quæ uelis audire. Tum Baiulius:

lius: Exemplum posthac ponit olearum: quæ si ramis luxuriant, siue stolonibus, tertio quoque anno in officio non continentur. De Persico nonnihil item potuit: nisi putetur, necdū adulta sit anus. Ut ludat Ferrerius, qui optimus poeta est. Persicus penè annicula fit anicula. Viduata primùm frondibus uideas ramos penè nudos. Fructum mox haud ita multum fert. Tandem emoritur. Hinc ab etate: Senectam nonnullis fecundam, alijs iuuentam. Ponit exempla tria: Amygdali, Pyri, Populi. Videtis apud hunc, alibi ferre Populum, alibi sterilem esse. Distinxisset propter hoc αἰγαρον καὶ λακων. Quinetiam rerum peritiores tria dignoscunt discrimina specierum. A regionibus quidam professi sunt affectus hosce fecunditatis, & sterilitatis. Nigram fere dicunt nihil ferre. Nos & candidam scimus alicubi. Ut curiosis etiam loci quippiam detur, ubi acquiescant. Post hæc sexuū differentiam repetit iam nunc tertio: Dēstorem masculam, duriorēque: item ramosiorem, ac lentum minus. Sic enim interpretor hic ἄγρον. Quemadmodum in animalibus apud Aristotelē, minus rigidam, flexibiliorēque agilitatem. Eius enim contrarium, rigidum: quod aliud est, quàm durum. Græcum est hoc εἰς ἀειρόν, ὅπερ ἀποκροῖν μὲν, ὑπερὶ δ' ἄρ'. In amatorijs Græcorum nequitijs ὑπρόνς ὀφθαλμὸς, quales Latine uocamus, non statim sciam: Certè sicci oculi sunt constantium, & crudeliū. id est Hercules, & Busiridis: molles imbecillis animi, uelut muliebres Homericorū Heroum oculi, qui scortillorum more lacrymantur. Amatorij, ac lasciui, non molles lacrymis, sed uditida nequitia. Ad hæc, maribus, celerius, quæ ferāt, maturefcere. Dissimilia quoq; obtinere folia, & stolones diuersos.



Sanè apponantur ita omnium uel specierum, uel generum differentia: diuersas habere partes. At hoc proponitur: modus, ac ratio quaeritur. Vertit deinde sese ad exhortandum auditorem: incumbendum esse in ueterum lectionem: eorum dicta conferri debere cum rebus ipsis. Id quòd Plinius si fecisset, non plus deberet calamo suo, quàm tu Caesar ligonibus tuis. Fautores tamen habet ille: ac laborum quidem, me quoque: eruditionis atque rerum, quas profitetur, cognitionis, non nisi factiosos. Et putat Collinutius suis conuasionibus ostendere posse Plinij supellectilem Naturæ propriam, ac legitimam: Leoniceni recensione curiosam simul, atque peruersam, declamator. Hinc auspicari possit aliquis caput ultimum: aut ab iis, quæ sequuntur. Concludit enim librum capitibus tribus propositis, atque indiscussis: Perscrutandum plantarum medicamentarios affectus: item causas. Narrandum generationes, sationes, radices, succorum differentias. Et addit, καὶ τὸ γάλακτος, καὶ τὸ κίμμιος. Mendum suspicetur ibi quispianam. Vbi posuit, ῥαλῶν: addit ὄσμων: postea γάλακτος. Tu uerò Ferreri, quid affers ab istis sulcis? Rectè, inquit ille, ὄσμων. Nam meritò hinc expungenda uox illa: quæ apud Sophoclem uiam significat, apud Theocritum ὄσλα, aut saltem sulcorum ordinem, aut messorum. Inde cognomen Cereris ὀδρυμίας in epigrammate. Puto autem diuisionis membra quædam prudentem prateriisse, quia nihil esset operosum. Prudens, inquit ille. Nihilò uerò magis herba nobis illæ nota, quæ narratur uerbis his: αἰ σπέρμα μίον καὶ ῥουσι. Nondum plantam uidimus, quæ semen ferat solum: etiam ea, quæ Centumgrana dicitur, admodum foliata est.

Vestigandam

Vestigandam præterea bonitatē. Hactenus à forma: nunc à fine. Tum reuertitur ad officia formæ, cum dicit, τὰς δὲ μορῶν. Duplex, uti dicebamus, δὲ μορῶν: altera uita: altera, quam possumus auulsarum, aut casarum etatem appellare pro eo, quòd. quæque duret. Hoc etiam iuuatur arte. Veluti cum in Milio seruatur Rued: melle, aut saccharo fructus. In uini face Persica, tā insuauia, quàm incorrupta uidimus: gustata abominati sumus. Vuas Cassinates monachi, me puer, tuebatur oblitæ argillæ crusta. Et hæc legistis sedulitatem in uita Caracalla, & alterius môstri. Habetur & alia cōplura mangonū machinamenta aduersus Naturæ ius. In uicesima sectione docet Aristoteles: Cucumeres prope puteū sotos, in puteū si demittantur, anni totius tractu uirides haberi. Reddit ad medicamenta rursus, quorū differentia ponit: Venerē prouocantium, eorum quæ cient urinam, quæ somnos conciliant, quibus est natura uenenata. Omisit ea, quorū ui subducuntur noxij succi: nisi φαρμακῶν pro genere posuerit. Claudit autē librū sane quā ridicula differentia: quippe Latiferarū. Nam & iam dixit hoc bis: & si non dixisset, non hîc tamen dicendū fuit. Ecce iam librum uobis absolutum: si nihil addatur: multa nāq; supersunt. Hoc tamē haud quaquā ei uitio dandū est. Nō enim librorū autores omnia complectuntur. Hæc & Galeni est, uti dicebamus, sententiā, & Aristotelis cōsuetudo. Satis enim fit, si iaciatur eiusmodi fundamenta, super quibus alij queant exedificare. More uerò nostro nos, si qua in mentem uenient, quæ adiungamus, iis profectò efficiemus hilariorē disputationem. Ac primū quidem haud uos lateret, in primo de causis à Theophrasto dictum de biferis. Siquid desiderabitur, inde peti potest.

K iij



Quaeretur uerò etiã: cur uere pariant arbores. Quia, inquiunt, tempus  $\gamma\eta\upsilon\iota\upsilon\upsilon\upsilon$ . Sanè. At quare  $\gamma\eta\upsilon\iota\upsilon\upsilon\upsilon$ , siue, quod ait Lucretius, genitale? Quia calidum, & humidum. Ita est apud Theophrastũ. Nam uer an sit, aut quo modo sit mediocriter temperatum, satis alibi disputatur. Recenseamus & alia capita. Quamobrem prius inculta, quàm culta germinant? propterea quòd hæc retardantur putatione, ablaqueatione, pastinatione. Retrahitur succus, aut repercutitur: detecta radice, refrigerata, ægrescunt. Quid est, quòd ferri aciem quadam hebetant? Tilia, inquit Theophrastus, calida est: iccirco dolabrarum uim retundit. Perfectò calidi sit ferri uigorem debilitare: uerum enim comperimus in mensa quotidie: cedo caussam, quæ nõ habeat opus disquisitione. Ratio rationis est, quã omisere. Laxat, & soluit calor. At acies in astrictione, atque compactione. Quare uerò, quòue modo frigida quoque faciãt idem: an ibi quaerendum est? Quippe Citriorum succo, aceto, omphace quoq; stupor euenit ferro, quæ nihilominus astringũt. Porro aliam cum inchoasset sententiam: licet ne, inquit Ferrerius, intercedere? Nam uer uerò tandem magis importunus? Tu ne, qui tragulã inieceris, atque abieris: an ego, qui tanquã Telephus à uulneratore opem petam? Quin igitur mederis?

Quid uis, inquit, faciam? Da, inquit ille, caussam. Dic tu potius, ait Baiulius. Cui Ferrerius: quid si habeo nullã?

Ne des ullam, inquit ille: quoniam sis, quo ego quoque, excusatus modo. Age, inquit Minutius, aliquam. Tum Ferrerius: ergo quæ nunc iam primulum sese offert mihi. Nullum fieri uitium aciei puto, quemadmodũ à calore caussabar. Quin sicut calor partes differt, sic illæ cogũtur frigo-

re.

re. Sed apponi madorẽ asperũ, qui subire facilius aciẽ ueter. Ita cote subacta, quàm quæ lima sunt erosa, cõmodius, ac citius secant. Eius tã præsens ad omnia, tãmq; exproptum ingeniũ admirati cõticiuimus: Baiulius sic resumpsit prouinciã disputandi. Tiliã calidam historiarũ scriptores censuere. M. Antoninũ, qui exacta etate nimia ob proceritatẽ incuruesceret, aiũt Tiliaceis assulis thoracẽ corrigere solitũ potius, quàm aliis: propterea quòd calore suo fouerẽt senẽ. Ego uerò cũ alias arbores noui calidiores, Laurũ, Fraxinũ, quæ ferrũ haud ita retundãt: tum suspicor nõ tam ob calorẽ expetitã ad Imperatoris fomẽta Tiliã, quàm quod mediocris est inter rigiditatẽ ac lentitudinẽ. Neq; enim pelles deerãt ad calorẽ uel tuendũ, uel etiã augendũ: neque alia ligna ad sustinendũ. Ferrũ autem hebetandi caussa est in Tilia lentor: quod iccta non adedò admittat. Hoc habet commune cum Populo, Carpino, aliis. Est & affectus ille in genere Plantarũ. Legumina Græci  $\tau\alpha\kappa\epsilon\sigma$  et  $\tau\epsilon\sigma\mu\iota\alpha$  dicũt, quæ coctilia sunt: et affectũ contrariũ nomine priuante, scilicet  $\alpha\tau\epsilon\sigma\mu\iota\alpha$ , siue  $\alpha\tau\epsilon\sigma\mu\iota\alpha$ , &  $\kappa\epsilon\sigma\sigma\beta\iota\lambda\alpha$ , nõ sine rustica superstitionis suspitione. Quæ iacta bouis aratoris cornua fortè cõtigerint, nõ domari elixatione, quasi  $\epsilon\sigma\sigma\tau\epsilon\tau\iota\kappa\epsilon\sigma\tau\omega\iota\kappa\epsilon\sigma\tau\iota\alpha$  facta sint. Ergo prius, an uera dixerint, quaerendũ, quàm caussa fuerint inuestigãda. In Ulyssæ xxij. trãstulit ad animi duritiã poeta. Fluuia, ut prisca loquebãtur, aqua melius coqui legumina, quia subeat: subtilior enim est, quàm deses, atque ut Græci loquuntur,  $\alpha\sigma\tau\iota$ . Quam ob caussam cursu dixit exercita flumina diuinus Maro. Ad hæc plus insolata est, quàm puteana, aut alia quæpiã subterranea. Ac quanquã crassior uidetur: id euenit ei propter admistas terræ particulas: multas alioqui cõrinet portiunculas illas minutiores,

atque tenuiores, quæ in meatus ingressæ ignis vi, vim ipsam secum simul intulerunt: quo calore, quæ humectatione confit causa temeritudinis. Contemplemur & id, quod pueri obseruabamus: secundum cellas subterraneas Peponum semina temerè iactata germinasse, atque mirandam in longitudinem promouisse: haud perinde profectura, sed minus *καθ' ἔξω* futura, si in Sole fuissent. Vnde & Catullus dixit: educari plantas humido, firmari Sole. Iccirco in xx. sectione, pusillos Cucumeres, si terra obruantur, grandescere magis, quia minus aeris calore discoquantur. Quæ ad contradictionem pertinent, accipiamus è sexto Theophrasti. Cneium syluestre satiuo esse molliorem. Quid aliud causæ sit, quam partium attenuatio, quæ exuberant in satiuo crudiores? Etiam illud *καθ' ἔξω* habeo dicere: E niuibis nostris Pyrenæis erutas piceas, atque in agros translatas inferiores etiamnum uiuere. Affectus ille radicum, & bulborum: Tenuiores esse acriores. Cera grandissima, eadem dilutissima sunt: plus enim continent humidi. De seminibus autem hoc. Acrimia plantarum semina, non omnia, sed eorum partem maximam, radicibus suis esse acriora. Causam Philosophus assignat, quia semen sit principium. Sanè principium, ualidissimum. Ego puto à siccitate. Ea siquidem calor acuitur. At in Citrii semine amaritudo non obscura, uerum haud multa: in cortice acrimonia non minor: in Arancij cortice amaror insignis. Pyrethri quoque radix longe acrior est semine. Amararum uerò semina non sunt radicibus amariora. Ex Cucumerum historia superiore queri potest: in plantis cur partes, quæ sunt propiores terra, duriores existant. Nam cacumina uidentur esse oportere

sicciora

sicciora. Absunt enim longius ab humore matricis: & aëre cocta uidentur magis. Sic etiam stipites aliquot radicibus lignosiores: non quia plus terrestres, sed quia plus cocti. Cacumina uerò flexibilia sunt, quia recentiora: *περὶ σπυρίων* enim, atque, ut Hippocrates loquitur, *καθ' ἔξω* *καθ' ἔξω*, neque tam consumptum. Humidum quoque plus obtinet aëris cognati. Pilorum uerò tractationi non est hic locus. Sed eorum duritia, crassitudo, flexuositas, eorumque contraria pertinent ad secundum, ac tertium artis: ad libros de officiis partium, item de causis earum. Tractantur etiam in xxxij sectione propositarum questionum. Ita subtilitas exquisitior. Amicas nocere. Edera nanque non solum amica est, sed etiã amasia uetularum arborum: cum quibus habet occulta quedam principia natalium communia. Strangulat eas tamen, aut alioqui necat: quippe salsugine, uel amplexu. Hoc est apud Macrobius, ex poëtæ mimo: illud prodidit Theophrastus. Hinc affectus à ualitudine. Nanque paucioribus agrestes tentantur morbis. In quinto de causis attribuit id succorum copiam, quæ sit in mitioribus. Humidum sanè radix putredinis est. Minus quoque roboris in his. Maxima tamen ratio nostra, quam dicemus. Siquidem maxima est causæ, quæ potissimum ibi nata sunt. At natura est Peripateticorum Fatum. Suum ibi solum, suum sibi cælum: hic pater, tellus mater: domi suæ patriis potitæ commodis fruuntur. Sponte natura editæ, natura suæ principia retinent incorrupta: aut non coacta saltem, uel si mauultis, non inuita. Metuo nanque ne uos falso potius uerborum usu, quam frequentia fatigem.

Hæc nunc attigi uestro iussu, ne deessem: sed cursim, ne

L

obessem. Si qua præterea sint, horum instar tractari queant. Nemo enim unquam unus simul omnia comprehendit, sed is solus, qui est omnia. Cui agamus, Viri innocētissimi, gratias: precemurque nobis diem crastini felicem, prosperumque ad librum alterum, in quo causæ, generationesque declarantur, explicandum: utque studia hæc sint secunda nobis de disputationibus nostris. Ardua sunt etenim, atque attentiori cōtemplatione dignæ. Simul librum claudens, Surgamus, inquit, ne quod hic, me intuens, à Platone factum noller, nobis item contingat. Sex septem dies totos sedere fecit ille disputatores suos sine ulla intermissionis significatione: quos tam diuturnis orationibus, Græcos præsertim, collectam sitim aqua saltem soluisse æquum erat. Omnis enim disputationum iucunda eget aspersione ciuilitatis, tum habet opus modo quodam temperato. Sic alius quidam in colloquij principio, cum ad postera diei conuiuium amicos inuitalset: non intermisit, quin proximo statim uersu faceret eos adesse, deuorata prius die, quam cæna. Nos uerò cedamus & nocti, & pudori. Ergo cū surrexissemus, & iam immineret nox: cæna, quæ parata erat, apposita est: tum nos soli discubuimus. Nam mulieres suam iam fabulam peregerant, neque uoluerant comparere, ueritè ne quid nobis suis interpellationibus incommodaretur.

LIBRI PRIMI FINIS.



I V L I I C A E S A R I S  
S C A L I G E R I I N L I B R O S  
D E P L A N T I S , F A L S O  
A R I S T O T E L I A T T R I B U T O S ,  
L I B E R S E C U N D U S .



**P**Xpedita cæna, cum seuisſimis atque asperrimis Aquilonibus omnia rigerent, eſetque in uis maximum silentium: quid hoc noctis, inquit Minutius, agemus nos? Nam eius prolixitatis ubi in mētem uenit, durior mihi fit lecti species, quàm Prometheo Caucasus. Cui cum illum alligarit Iouis iuſſu Vulcanus, huic ego uideor adamātinis affixus curarum clauis. Dum enim expecto dum illæ abeant, aut somnus obrepat: annus est. Quid aliud, inquit Ferrerius, quàm & illudamus curis, & inuitemus somnum studiosis disputationibus? Nisi equidem uererer & huius iam etatem, & Baiulij laborem, quo eum hodie onerauimus: orarem magnoperè ut alterum nobis absolueret librum. Vix enim horarum quinque opera uidetur,

L ij

nisi me fallit coniectura, superesse. Et quod noctis reliquum fuerit, quamlibet astiuam integram poterit aequare, modò tibi molestum ne sit. Cum me hic respexisset Minutius: atque ille me hoc magnopere uelle intellexisset: rogauit Baiulium, ecquid illi tantum animi, quantum operæ, superesset. Et ille, quod amicum præstare, quoque modo deceat, respondeo: re ipsa scilicet, atque officio, non pollicitatione. Tum sic cæpit. Quatuor, uti dicebamus heri, propositis: horum duo prosequuti sumus: quæ exequamur, totidem reliqua sunt. Primum erat historia plantarum. Altera contemplatio posita fuit in earum differentiis, quas, ut potuimus, absoluimus. Nunc tertio loco perscrutandæ sunt nobis causæ, quas arcto hic conclusas spatio, diffusè simul, ac subtiliter explicat Theophrastus. Postremò fuerat earum generatio indaganda. Verùm hæc duo promiscuè hoc in libro peragemus. Ac primum quidem qui compositi, & accidentium causas reddendas suscepisset: materiam, formam, efficientem, finem ponere debuerat. Materia nanque & forma substantiæ partes sunt, atque, uti dicebamus, elementa. Efficiens principium: Finis mouens. Harum, finis nobilissimus: mouet enim tantum. Materia, minimè nobilis: mouetur enim tantum. Forma nobilior. Nam ut proficiscitur à Dato: ita dat ipsa materiæ, ut sit hoc quiddam: & quasi facit eam. Dico autem, quasi: propterea quòd materia est per se ens. Quippe substantia per se est, etiam seiuncta aduenientis formæ ratione. Non igitur esse facit eam simpliciter: sed ut sit hoc, aut hoc sub se, id est sub ipsa forma, quæ illi est aduentitia. Nam materiæ ipsi est suum  $\tau\acute{\iota}\ \tau\acute{\iota}\ \acute{\alpha}\nu\alpha\iota$ , quo non est forma: sed hoc quiddam, cuius notio propter obscuritatem

tam

tam caret designatione, quàm percipitur intellectu. Tametsi materia quoque ipsa non nihil efficere uidetur: puta, existentiam dare formæ. Alioquin inter causas non esset digna recèseri, si pateretur tantum. Quia enim causæ quidditas perfectio est. Est autem perfectio totius à parte. Pars autem, materia: cuius est perfectio, hoc esse, quod ut sit, factum est. Forma quidem dat hoc, sed non absque materia. Intellego nunc perfectionem,  $\epsilon\pi\alpha\lambda\epsilon\chi\epsilon\iota\alpha$ , quæ est uis aliquid faciendi. Materia quoque entelechia est, quæ se substernit ita formæ, ut eam existere faciat: quæ seorsum non extet, sed sit in potestate efficientis. Exempli gratia Muris forma, quæ è limo generatur, habet suam concretionem è materia limi, impressa in ipsum forma: quæ ante inuentionem illam, & quem uocat Lucretius, cærum, est in potestate siderum. Inter quæ cum Sol perspicuas obiiciat sensibus nostris effectiones, ei uel tanquam uni, uel tanquam principi, fuit illud officium attributum. Præstat aliud præterea nihilosecius materia. Quippe gerit corporeitatem quantitatis, & affectus transmutationum. Hoc sit eius agere: quo causæ uim sit summo ab opifice consequuta. Efficientis autem nobilitas mediocris est. Nam tametsi ab eo forma inditur in materiã: tamen ipse quoque mouetur à fine. Finis igitur nobilissima omnium causæ est. Cæteræ nanque, etsi mouent, mouentur item. Solus finis alias mouet, nec mouetur ipse. Naturale uerò duplex efficiens: Vnum propius: ut canis hic catelli huius. Alterum remotius, sub cuius uexillo meret illud. Hoc dicitur natura. Quæ si pro calorum uirtute accipiatur, finem habet se neutiquam nobiliorem. Non enim Mus nobilior est ipso calo: neque Muris actio cali potestate. Quod si cali facerent hominem, sicut stulti quidam professi sunt: ha-

bent corpora caelestia longè se nobiliorem fortasse finem. Vi-  
dentur enim propter hominem facti cali. Verùm Deus abs-  
que ullo medio, ac de plano fecit hominem. Qui tamen ho-  
mo neutiquam Dei finis est. Sed sui ipsius Deus. Quanquã,  
ut & acutè simul, & piè magis loquamur, neque principiũ  
Deus ipse sibi, neque finis est. In quo neque pars, neque mo-  
tus, neque medium, neque extremum, neque ingressus, ne-  
que exitus ullus est: neque quicquam aliud, nisi hoc unum,  
ipse. Vnde præter antiquorum piam diligentiam nomen il-  
lud ineffabilis effinximus, αὐτῶν τὸς. Quare cùm ineffabilem  
dixi, non sum ausus addere, ἰσῖα, aut ὑπερῖσῖα, aut eiusmo-  
di egestates nostras: sed subicui, atque menti, quæ illius si-  
milis, eius assecla est, concipiendum transmisi. Igitur in Deo  
nulla cùm sit distinctio, nulla erit in eo causarũ cõparatio:  
neq; nobilitatis, neq; prioritatis, neq; maioritatis. Hæc enim  
necessariò extorquenda sunt à Sapiente, quasi monstra mō-  
stris, absurda absurdis, inepta ineptis: ut inscitia munitissi-  
mas latebras uestigatas expugnemus. Cæterum ut istis oculi  
magis doleant: nõ est huius catelli canis efficiens: quãdo ne-  
que materiam, neque formam facit: sed natura, quæ in uni-  
uerso regnans, omnia temperans, ac disponens, canine ani-  
ma uis est: quæ & materiam conficiat, & formam propa-  
get. Habeo præterea, quod afferam noui. Ait Aristoteles  
ἰπυρίμια οὐα plantæ animã uiuere: maris perfusa semine in  
animalis animari naturam. Videtur ergo non dari noua  
quædam anima priore sublata: sed parti pars, tanquam  
ἀρεῶν τειορ, aut κελοφῶν, aut κορωίς. Quæ difficultas alibi di-  
scussa, nũc huc adducta est, quia pertinebat ad plantæ caus-  
sam formalem. Ex his ergo causis à primo philosopho sine  
ulla

ulla disputatione sumptis deducta oportuit accidentia, siue  
generica, siue specifica, quæ Græci ἰσῖα, Latini signatissima  
uoce propria nominarunt. Fuit enim proprium apud uete-  
res, perpetuum. Huius modi ponatur exempli gratia τελευ-  
ρον, & ἀπερῶρον in quibusdam speciebus. Necesse est legumi-  
nibus, & frugibus alterutrum inesse, sicuti par impar nu-  
mero. Alia sunt fortuita: ut sideratio, rubigo, carbuncula-  
tio. Hæc præter illa: rigidum, lentum, durum, fragile, cras-  
sum, asperum, densum, ieres, quadratum, triquetrum,  
fecundum, alia: inter quæ ustile traxit in consideratio-  
nem Theophrastus. Vnde fusoria quoque arti carbonum  
naturam suppedicaret: quemadmodum fabro tigna. Nam  
sicuti cæteris scientiis prima philosophia: sic materiali-  
bus artibus principia tradit naturalis. Ab hoc accipit A-  
stronomus quæ sibi retineat ad momenta supputanda: quæ  
det Agricola, Nauta, & Medico fortasse. Omnis enim co-  
gitatio nostra, quæ quidem tendat ad scientiam, omnisque  
contemplatio citra primam philosophiam, est aut cum mo-  
tu, aut circa motum, aut de iis, quæ ad motum spectant, af-  
fectionibus. Motus autem formalis ratio philosophi natura-  
lis est. Mathematicus enim tamen si abstrahit: hoc tamen ip-  
so, quod abstrahit, accipit à naturali principium illud. O-  
mnis quantitas est in corpore substantiali: Quamobrem se-  
cludere oportet motũ, & locum, & omnẽ transmutationẽ.  
Hoc est illud, καὶ ἐλῶν, toties ab Aristotele positum. Quemad-  
modũ uerò deducuntur è genere species: sic ex affectibus ge-  
nericis affectus specierũ. Nam rectũ, & rigidũ arborei ge-  
neris affectus est. Qui propterea quòd Fraxino compctit  
cum temperata longitudine, ac pòdere: specialem concludi-

mus affectionem ex differentiis illis hanc. Eius arboris usum esse ad hastam conficiendam. Sic ex Acere, Larice, aliis alias meditamus, atque exercemus commoditates. Hæc erat ratio, & uia bono proposita philosopho, qua nos perduceret in recessum ueritatis. Verum iste neque omnes causas, neque omnium affectus, neque meliorem partem exequitur: neque horum ordinem uel ostendit aliis, uel seruat ipse. Atque horum, quæ affert, tot uana sunt, tot inepta, tot incõposita: ut nõ nisi ab armato lectore excipi mereantur. Multa quoque præter institutum, ac propositum. Quare te ad prælium accincto Cæsar opus est. Cui ego: ad prælium, Baiuli, hæc atate, atque hac ualetudine? At enim uero mihi cum isthoc homine pax est. Te uerò qualem oratorem confecit hic dies nobis? Tot enim laudibus cumulas philosophum nostrum, ut me longè beneuolentissimum, attentissimum, maximè docilem reddideris. Quin tu unum ex nostris collybonibus, aut fiscicomendonibus, aut feneratoribus, aut falsariis si laudandum suscepisses, aliis uerbis ageres? Quare cum indignus sit audire, aut spectare: ab eo ad niues potius, quàm tadio hoc obrigescam. Mane, inquit ille. Meministin nos pueros uel circulatorum monstra circumlata, uel præstigiatorum ludicras gesticulationes, & auidius spectasse, quàm seria præceptorum nostrorum monumenta, & stipem simul didisse, ut uero otio uel careremus, uel abuteremur? Et illud cū animis nostris iam pridem statuimus, ut patienter hæc audiamus: quo fiat palam non esse eorum Aristotelem autorem. Age, inquam, ut libet. Tu uerò cum sic partiare: historiam, partes, causas, generationes: ubi uires, siue facultates, ut malunt, siue uirtutes, ut ineptè recusant dicere, relinquebas?

Et

Et ille: quin etiam sextum quoque, si uoles, addito: earum scilicet conditionem, pro usu cuiusque suo, ad quem sint à natura comparata. Ita constitues armamentaria instructa, uel coquo, uel medico, uel fabro: neque omiseris, sicuti dicebamus ex Theophrasto, carbonarium. Sic ~~dicimus~~ Galeni libros, quos de alimentis, deque simplicibus ~~scripsit~~ medicamentis: seorsum tamen disponendos, non ~~confusa~~ ~~farra~~ ~~ratione~~: quod à nonnullis factum est, uno missu ~~omnes~~ epulas apponentibus. Prior nanque pars, quæ ~~potestata~~ ~~currat~~, ita cognoscit, ut in actum redigat. Altera, quæ ~~apparat~~, nihil contemplatur, sed cognita accipit ab aliis, ut ~~agat~~. Simplex igitur ~~peran~~ ~~uxi~~. In illis autem libris, quos equidem Herculeos appellare soleo, bone Deus, quantum excitasti turbæ? Itaque metu te eos suppressere, iactant aduersaria partis fautores, potius quàm suasu fatalis illius cunctationis tuæ. Tum ego: rectè, inquam, iudicant, Baiuli: & causa est. Vehementer enim mihi ab irritatis crabronibus pertimesco. Præsertim cum sint in literis, qui sese sordescere uelint. Et agrè ferunt tantis assensibus, atque operibus accepta, atque ad suam existimationem allata opinionis commenta deleri. Quapropter combussissem libros illos, ut plerosque alios feci, mihi crede, tamque obsequiosis flammis tantum odij, ne dicam, inuidiæ, libens eluissem: nisi animaduertere, interesse philosophi, præcepta seruare sua, quibus alios in officio continere consueuisset. Cum igitur herbæ ibi multa, atque alia medicamenta, non igni, sed aquis potius corrigantur, abstinendum esse duxi me ab ea iniuria, ne leges refingerem meas. Tum ille: nihil, inquit, te uno ad eludendū pericula promptius, aut expeditius: sed meminervis tamè, ut

M

uitare possis. Est uero, quod quæramus. Quamobrem de plantarum usu nihil abs te proditum est. Nam is est sanè medico illa in historia finis. Nihil sanè, inquam, mihi persuadere potuit, ut animum inducerem ad ea scribendum, in quibus non sine manifesto periculo, certa dignitatis meæ iactura diutius uersari liceret. Quæ alij uno tantum euentu semel adducti, pro perpetua certaque facultate pessima proscripsissent audacia, quæ apud uarios controuersa essent: quæ ab omnibus repetita, inculcata, in uulgum data: quæ ego maiore prædicatione, quàm fide circumlata obseruassem: non putauì ad dignitatem meam, atque hunc medicarum rerum usum, quem tot annis, tantis ærumnis cõsequuti sumus, pertinere, ut nominis mei, atque parte existimationis gloriæ posset illudi. Quot nanque capitibus, atque nominibus, quot accuratis circumspectionibus opus est nobis, ad reiicienda, probanda uel medicamenta? Nã tamen si multis nos onerat Galenus præceptionibus, tamen iis aliquot Arabes addiderunt. Nimirum quod Apollo iactauit olim uocibus poëtarum, inuentum esse suum medicinam: iis profecto uerbis tantum fidei detrahebat, quantum ambire gloria uidebatur: quibus ab sese inchoatam modo prædicabat artem. At nos ne nunc quidem tam longæ peregrinationis finem nacti sumus. Tum Baiulius: Quid igitur? Nam illi quidem uidentur artifices absolutissimi fuisse, quorum opera etiam fato suo functis uita restitueretur. Quæ in scena parum sapientem Iouem illum fuisse arbitror: qui quam artem ultro dedisset hominibus, eam ab homine sine metu offensionis exercitam indignaretur. Fuit enim Apollinis huius is Aesculapij filius, qui Hippolytum rediuinum dono

Diane

Diana dedit. Ambo Aegyptij, ut ostendit Trimegistus: qui cum filio loquens, Apollinis patris templum in monte Libyæ memorat cum sepulcro constitutum. Ei malo equidem credere, quàm Pausania, Græculorum omnium mendacissimo. Sed iam rem ipsam, si lubet, aggrediamur. Satis enim proloquuti sumus. Ego cum annuisssem, sic prosequutus est. A materia cum esset auspicatus, & malè loquutus est, quod rectè sentiebat: & omisit rerum partem ualde nobilem, & attribuit materiæ actionem falso. Non enim ea, quam supra nos prætexebamus subtilitate. ἃ δὲ ἄριστον, inquit, ἄριστον ἔστι δὲ πάντα, πρῶτον ἐκ τῆς γῆς ἢ τῆς ἀυτοῦ ἐκ τῆς γῆς τῆς ὑδατος, τεῖτον ἐκ τῆς γῆς τῆς πυρός. ἄρα γῆς γὰρ ἢ ἐκφυσις ἢ βοτάνης, ἄρα τῆς ὑδατος ἢ σμυτῆς, ἄρα τῆς πυρός ἢ ἑνωσις ἢ σμυτῆς τῆς πυρός. Principio δὲ ἄριστον posuit pro supremo omnium fastigio. Neque à se discedit: quando eadem laxitate in uoce, βοτάνης, usus est. Deinde aduertamus animum ad loquutionem. A genere terræ, inquit: non autem à terra simpliciter. Quia non è quauis terra planta prodeat, sed à tali. Vt iam sit materia secunda sic, ex hoc loquendi modo. Mos est tamen Græcis ita ponèdi. Sic in Epinomide Plato dixit, ἃ τὸ κίβητος γῆς: Et in Timæo, ἃ τὸ γλῶττης ἔδος. Quoniam certa forma prædita est, qua est hoc, quod est: & non est, quod non est. Vt materia sit genus, cui addatur forma, quam designat differentia: atque tum fiat species. Nam ἃ τελεῶν γένος cum uocat idem: potuit ad aliorum differentiam pilorum facere. Sic & τῆς ψυχῆς γένος: propterea quòd treis animas facit. Id adeò, ut ausus sit illa profari: ἔδος τεῖτον ψυχῆς. Vbi non tam intelligemus speciem, quàm essentiam. Neque enim sic est composita ex materia, & forma, ut sit species: sed ipsa forma est.

M ij



Plato sanè uocē hanc, ἀέρας, de quacunq; re potest enunciare. Ab exēplaribus enim suis illis expicta depromit omnia: unde sint illorū participatione materiata hęc, aut in materia: & ex nomine, ἀέρας ἰδῶν ἀέρι. Obseruandū etiā, quando dixerit ἀέρας. Quis enim dicat ἀέρας potestātē? Quod ἀέρας fit: quod fit, nō est: quod nō est, non habet potestātē in se, neque ipsum potestas est in alio. Est enim potestas ἀέρας, aut ἕξις ad agendū. At in eo quod fit, nihil horum est, nisi ad patiendum. Aliter usus est hac uoce, ἀέρας, in primo historiārum Theophrastus: pro earum scilicet officio partiū, quę plantis à natura sunt attributę. Aristoteles & animę facultates, ut Galenus, ita uocat, & Dialecticam, ac Rhetoricam, perinde quasi secundarias animę uires. Dixi Gręcè ἀέρας, non ausus dispositionem: quoniam nobis periniqui sumus. Nam si rei notionem à Gręcis mutuati sumus, cur non & notionis admisimus notionem? id est nomen, quę speciei species est, sicuti species est imago rei. Et Gręci ἀέρας quoque dicunt ad eundem modum: quod est arctius quiddam, quàm ἀέρας: sicuti ἀέρας, modus est ipsius ἀέρας: nam & in sedente, & in stante ἀέρας est: & in eo, quod neque stat, neque sedet, cuiusmodi lapis est. Non solum igitur ad partes, sed etiam ad craseos modum, atque porro ad animi proportionēs illius uocis applicarunt significatum. ἀέρας autem à calore fit: qui in terra nullus est, ut terram dicas elementum. Sed ut res est composita: quę posita, non opus fuit uel aquę, uel ignis adiunctione. Vtrunque enim in hac intelligitur iam: ac præter hęc aer, quę haud optimo cōsilio dimisit iste. Contrā, peiore quidem recētiorum: ambientem nos aërem nostri temperamentī primam esse causam impu-

impudenter nimis prodidere. Nam neque ambiens, ut ambiens est, temperat, quę non attingit: neque (ut ad monstrū monstroso utar telo) inens, ulla causa est. Intromissus enim spiritus per guttur ad cor, atque per totū corpus (ut hoc donemus falsum) dispersitus, non constituet temperaturam: sed moderabitur calori, ne exuperet cætum illum. Terra uerò iis est prædita qualitatibus, quę contrarię sunt nascendi rationibus. Siccitas enim, & frigiditas, etsi faciunt ad concretionem: non tamen uera uitę sunt principia, neque per se: sed cum calore, atque humore. Si enim certus caloris, humorisque modus inueniri posset absque frigidi, sicci que admistione: neque frigidum, neque siccum ad uitę principia quæreretur. Modum uerò intelligo in calore, mediocritatē, quę mistione frigoris comparatur: in humore uerò, densitatem, quanta requiritur ad consistentiam, quę ex sese præstat siccitas. Quos si non ad uitam solum, sed ad alias quoque naturales actiones deducamus quęstionem nostram: an frigus potestatem ullam afferat necessariam ad illas perficiendas? Meministis, quot excierit tumultus inquisitio hęc. Nullam, per se: nisi quantillum calor ab illo quęsisse præsidium uideatur ad excessus remissionem. Nuper uerò impotentes animi quidam alteram in Charybdim sese præcipientes dederunt. Ausi nanque sunt negare, frigus esse quicquam, præter priuationem. Ex aduerso tum Alexander, tum Auenrois, omnes actiones per calorem fieri, et iam in Herculeo lapide. At alij retentionem à frigido, aut sicco, aut ab utroque. Mihi de caloris modo, quod uisum est, dixi: neque muto. De Magnetis calore non assentior. Alius nanque est ab ignis calore. At Aphrodisiensis omnes formas excudit ab elementis. Quę opera quàm sit infelix, quis non ex eo uidet: quod quę

sunt maximè ignea, nō maximè trahunt ferrū. Nō igitur ab igni fit attractio. Neq; Sol trahit, nisi quia mutat in aërē, aut ignē: quæ loca petant sua. Neque noster hic trahit ignis: nisi quia proximum ignefacit aërem, qui propterea feratur sursum: quem in locum subeat alius, ac secum uel applicet, uel appellat, linteum, chartam, paleam. Ignescere uerò aërē, illum palam est. Quoniam applicata lucernæ stuppa flammis, antequam contingat eas, sepè ignem concipit. Et eundē ad modum in culinis ad focos torrentur, ac prorsus uruntur multa, quæ nulla flamma uisilis afficit cōtactu suo. Propterea quod ignis suapte natura pellucidus est: ac tanto magis quàm aer ipse, quanto rarior est. Idcirco non usurpamus eū oculis, ut ait ille, in concauo Lunæ orbe. Terra ergo data est ad consistendi concretionem. Quod apertissimè percipitur in architectatione corporum perfectiorum, quæ anima ui agitantur. Maximè nanque terrestres partes firmissimæ futurae sunt. Et ad uniuersi rationem, sicut & ipsa terra, in medio constituta. Nam quæ contraria positura sunt animantes, eæ neque multæ sunt, neque aliarum attigere perfectionem. Ut ut id sese habeat, soliditatis principium terra est: quemadmodum est in secundo de generatione. Quid quod *ἔκφυσις* hæc non indicat statim, corporaturæ huius esse uel materiam, uel partem? Nam neque immediata est (sic enim loquendum est) ad demonstrandum propositio: exit è terra, ergo è terra est. Exeunt enim exhalationes igneæ: & apertius: exeūt à multis multa propter inimicas qualitates. Neque omnia terrestria è terra exeunt: neque omnia, quacunque terra profert, terra egent ad sui tuitionem. Viuit enim Semperuiuum eradicatum: & quod est perfectius, Talpa.

Omnino

Omnino uerò matricem denotat illa uox, non autem principium à materia: quandoquidem plantæ nulla pars terra est: nihilo enim magis, quàm infantis uterus. Non igitur rem damnamus ipsam: sed indicamus minus accuratam dicendi rationem. Illis consieri potuit demonstratio. Solidam oportuit, ut erecta fruetur cæli, Solisque beneficiis, atque commoditatibus. Quod si non omnis erecta planta est: at porrecta esto. Verum cuncta, quæ sub Luna sunt, constare quatuor elementis, iam declaratum est in eodem secundo de generatione: quare non decuit hinc repetere. Hac enim de causa, nimirum ne toties inculcatum sordescat, præstitutum est hisce declarandis tempus certo in loco uno: scilicet in primo quoque aditu eius scientiæ, qua de agitur. Quod & sæpe docet alios Philosophus, & semper seruat ipse. De terra uerò *καὶ ἄλλως καὶ ἄλλοκότως*, tum à nobis, tum à seipso Plato sensit in Epinomide. Quæ sub cælo sunt, cōstare terra omnia. Eam esse *σεμνίαν*, uti nos quoque dicebamus, *φύσις*. Astra ex terra, & aere, & igni plurimo. Non ergo facta fuit in illo Chao segregatio, sed defæcatio tantum. Ut hæc nostratia scoria demum sint: illa superna, flos ipse. Sed & alibi cum faciat elementa quatuor, ita ut agnoscat tria tantum: Aetherem nãque purissimam putat aeris partem: quinque numerat in Epinomide corpora, terram, aquam, aerem, ignē, ætherem: sicut & Aristoteles. Et Lucretius ætherem signiferum canens, intelligit ab igne alium. Hic cū ita substitisset, ut uideretur ad alia sese apparare, Minutius sic eum appellauit: Baiuli, ut uideo, tibi assentiendum est de retentione. Nam si Magnes ad se ferrum attrahit, siue quod ego puto uerius, ad ipsum it ferrum, sicut ad Mundi punctum.

medium terra: non alia ui haerere ferrum arbitror, quàm illa ipsa, cui est obnoxium ad mouendum. Quae igitur calore trahent facultates in animantibus, eodem porro calore continebunt. Is enim tractionis illius finis: sicut motus ipsius quies. Quod uerò damnabas illorum sententiam, qui frigus haberent pro carentia caloris: si penitus illi frigus priuationem caloris arbitrantur: aduersus eos tecum sentio: sin caloris absentiam iudicant, quia frigus ipsum res ibi sit praesens contraria, quae calori sit inconciliabilis: tam erit hoc modo frigus caloris priuatio, quàm frigoris calor. Quo modo locutum memini philosophum, cum multis aliis in locis, quae reposita sunt à me certis commentariis τῶν ἐκλεκτῶν, ut uocabant ueteres: tum in primo de generatione. τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν τὸ πρὸς τὴν αἰδοῦσιν. Nā & Platonis in Timaeo uerba sunt illa: τὴν τῆς πυρὸς ἀπαλλαγὴν, ψῆξιν. Accuratius tamen loquendum est. Quippe de natura cum scriberet, cuius esset instrumentum calor: eius aduersarium, etsi erat, ut dicere solent, posituum, propter alienam ab illius officii operam, priuationis nomine traduxit πρὸς τὸ μὴ ὄν, ὅχ' ἀπλῶς, ἀλλ' ὡς πρὸς τὰ τ' φύσιν ἔργα. Itaque idem Aristoteles ita μοχ: Διφθέρασι δὲ γῆ, καὶ πῦρ, καὶ τῶν τοῦ Διφθέρας. At differentia est positio, non priuatio: est igitur positio rei positua. Quare differentia erit notio rei existentis, id est formae illius accidentalis, nō autem eius, quod nihil est. Priuatio enim est hoc, quod est, non esse. Quod uerò dicebam, dicit idem quoque: καὶ αἰθερὰ τὸ ψυχρότης ἢ θερμότης ὄσι. Sic in quarto diuinae philosophiae contraria, scripsit, opponi secundum habitum, & priuationem. Sic Alexander in duodecimo dicit, Philosophum aliquo modo sub substantia posuisse priuationem:

quoniam

quoniam declarauerat in decimo, nō uno modo intelligi priuationem: neque semper esse carentiam totius, sed perfectionis tantum. Quocirca in secundo quoque physicorum censuit, αἰδοῦσιν esse priuationem quodam modo. Id quod & in secundo libro de Caelo constitutum est. Similem inueni loquutionem in nono de Republica. Quo loco inter ἰδόντων, καὶ λύπην mediam profitetur ἰσοχίαν: propterea quod putabat illas esse motus. At Aristoteles esse negat motum, uoluptatem. Icirco in eius definitione ponit ἀθρόον. Sic in Ethicis fieri negat ἀδύνατον: quod ἵ mirantur Grammatici, qui uulgo libros illos profitentur. At miraculo desinat esse id ex septimo Physicorum: ubi tollit alterationis motum à multis habitibus, quos plerique philosophorum sibi putarunt particulatim adipisci. Ait enim ille: ineuntium, atque subeuntium preparationes affectuum gradus acquirere quosdam, quosdamque progressus: supremum habitum, qui illorum sit ultima perfectio, sine ullo tractu temporis imponi totum. Quod maximas habet difficultates, si promoueatur contemplatio ad ignis operam, scilicet momenta ipsa calefactionis. Sed non est hic locus. Mox tamen Plato τὴν ἰδόντων πάλιν λύπην, καὶ τὴν λύπην τὴν ἰδόντων dicit. Id quod cautius accipiendum est, ne superioribus contradicere uideatur. Nam inter eas interual- lum est, quod aliquo, ut dicebat, medio compleatur: unde suspicari possumus, non esse alteram alterius pausam. Non enim uidentur, album, nigrumque sese inuicem tollere: quando fuscum in eorum medio est. Dicamus igitur ueram esse illam sententiam: alterutrum utrouis tolli: non tamen conuerti oratione sine iactura ueritatis, sic. Quod alterutrum tollat, esse eorum alterum necessario. Delet letitiam mæror, & ab

N

eo uicissim deletur. At non omne quod aufert lætitiã, mæror est. Duo nanq; habet cõtraria, & extremũ, qui est mæror: & mediũ, quæ est animi equabilitas. Adde etiã priuationẽ uerã: quæ est obliuio. Hæc hic excusi: propterea quod erãt à Platonicarũ subtilitatũ conquisitoribus omissa. Tum ut uideatis diligentia ueterũ philosophorũ, quicum recentiorum attentionẽ cõparetis. Hæc cũ dixisset, magnæ nobis admirationi fuit, cũ in exquisitiore philosophia uideremus tot, tãtãq; ab armato iureconsulto præstari posse. Sic ergo deinceps Baiulius. Neque δὴ αὖτις erit οὐρανῶν. Dicimus aquam esse δὴ αὖτις plantam prius, quàm plantæ pars sit ab augmento. At nemo dixerit, ab aqua plantæ concretionem, plantæ potestatem. Partium autem cohesionem humoris fieri beneficio didicimus ex libro de affectibus mistorum. Elementa uerò pro sua quicque natura certum genus animantium uindicasse, palam est. An uerò etiam produxisset? Treis, addeo insignes huiusce rei dictatores habemus. Aristoteles in tercio de generatione animalium, trium naturam elementorũ, in triplex animalium genus imperium habere, quibus etiã comparent uictum, uitam, domicilium: terram plãtis, aquã piscibus, aerem τοῖς περὶ οὐρανῶν: hoc enim uoce cõprehendit quodcunq; terra plana sola sibi substrata habent ad mouendũ. Omnia enim hæc uel spirare, uel alio quo modo frui aeris commoditatibus ad innati caloris uentilationem, satis alibi demonstratum est. De igni, inquit, alibi quærendum. Videlicet sub Lunæ cauo, an sint animalia. Intelligebat Demones. In hoc tamen igni nostrati Pyraustæ naturam enarrat in historicis. In libro de affectibus mistorum alio modo accepit. οὐ γὰρ, καὶ ὕδατος ζῶντος, οὐ αἰθέρος, καὶ πυρὸς ἔστι. Quia in terris, & in aqua

aqua stabulentur: in aere non persistant. In igne neque manent, neque ex eo quicquam commodi capiant, sicut aerem usu capiãt refrigerationis, atque humectationis. In libro de spiratione declarat etiã constitutionem. τὰ μὲν τῆν ζῶων ἐκ γῆς καὶ αἰθέρος συνίστηκε, τὰ δ' ὕδρατος, τὰ δ' ὕδ' αἰέρος, τὰ δ' ἐκ πυρός. ἕκαστα δ' ἐν τοῖς οὐρανῶν τὸ ποῖος ἔχει τὴν ταξίν αὐτῆν. Ut etiam Demonas agnoscere uideatur. Nam quæ nobis nota sunt animalia, nulla constant igne maxima parte sui. Quare credamus Clementi uiro pio, qui scribit in Stromatibus, illum scripsisse de Geniis regionum. Cuiusmodi tutelarium numinum certam notionem habemus apud Lium, nec minore ex reliquiis Varronianis. In Pymandro quoque apud Trimegistum: aer uolucra produxit, aqua natatilia. Inde trãstulit in Epinomidem suam Plato. Mundi animam rerum opificem fuisse. Animalia quædam ex æthere fabricasse, ut Deos: alia ex aere, quos Demones appellat: ex aqua uerò τὰ τῆν ἰπιδρατος γένος. At ipsi Platonici etiam terrestres Demonas prædicant: & Germana fodinæ pro uero asserunt, subterraneos esse, quos sua lingua uocat, montanos homunciones: quia pumila hominum specie uisi sint. Sanè istum quoque domesticum strepitum, cãchinnũque, ut blaterãt, nocturnum, quem sese fingunt metuere aliens pudicitie uasfri tentatores, terrenum homuncionem uocant uidem Germani, Vascones ab horrore Draconem, Itali nonnulli Sylvanum, Galli uetusta uoce Græca Rabat. ἰαβῶντιν enim uersari, agitare, strepere significat. Disponunt præterea classes non in aere solũ, sed in igne quoque. Nam de aquatilibus numinibus nimis uerò peruulgata omnia. Ridere tamen libet horum fabricatorum officinas: qui Herculem, aut Chi-

ronem hispidissimos ex aqua procudere ausi sunt. Tertiam potestatem, quam appellat unionis, attribuit igni. Quo nam uerò modo sit hoc Aristotelis, qui ab antiquis proditum funditus evertit? Forma enim unit: ignis separat heterogenea. Citius dixerim, τὸ σὺμπλεκτικόν esse ab igni: ἔναος à forma. nam quod ignis agit in lignum, id dissipatio est. ἔναος tamen particula cuiuscunque remanet in cinere à forma sua: quæ iccirco non potuerit aboleri. Ut σὺμπλεκτικὸς sit passiva aqua, ἔναος actiua ignis: tamen si non solius aqua, sicuti dicebamus. nãque aeris quoque est. Neq; σὺμπλεκτικὸς solius ignis, sed solius efficiens: neque primarij, sed instrumentarij. Controuersa fuit apud ueteres potestas ignis. Eum Plato in Timæo uocat αἰδομελὸς τῶν θεῶν καὶ ἀθανάτων. Aristoteles in tercio de Cælo contrã sentit: attribuit enim ei facultatē potius cōparandi, q̄ separandi. Sic enim pingo uerba Græca duo συμμετρῶν, ἀξίον. Lucretiū fortasse uersus coegit, ut diceret, ἢ συμμετρῶν, conducere. Quin etiã dicit ille, ignis interesse, quæ seiuncta sunt, intra certos terminos coercere. Est enim συνοριζῶν cōterminare. Segregari uerò τὰ μὴ ὁμόφυλλα. Vnire igitur per se, disiungere per accidens. Quia unū faciat conuentu, & concilio, ut idē usurpat Lucretius, id, quod sub forma una, unum propter eam est. Quod igitur est ὁμοφυλλον, quasi contribulem dixeris, facit ὁμόφυλλον, id est, ut simul sit consistentia, sicut est simile natura. Nam dum cogit quod est eiusdem generis, eximit alienum. Non est absimilis huic Galeni sententia. Coagulo coire lactis partes, ac densari ignea ui. Quod esse maxime mirum potest ei, qui rarefactionem uidet ab igni fieri. Verū, ut innuebamus, euenit hoc, quemadmodum & lateribus condensatio, spissatis aqueis partibus, aut extrusis. Exigitur enim

enim in lacte serum: in latere humor soluitur in ignes. Prisci quoque Platonici, quorum sententiã super Alcibiade priore sequutus est Proclus, Amori diuino illi nobis ineffabili, omnibus incomprehensibili, attribuunt ignem, quo aptet ea, quæ appetunt, iis quæ appetuntur. Quamobrem utrarumque essentiarum interuallum, ac potius copulatore nocitare illum solita fuit Diotima. Et Iamblichus in Mysteriorum libro ait: eum, qui afflatus numerũ suscipit, ignis excipere speciem quandam, ante Numinis ingressionem. Conspici etiam Deo uel adueniente, uel decedente. Ideo qui spiritus in tenebris ad mentem nostram appellant sese, eos afferre nobis friuola, fluxa, dubia. Et notus mihi quidam est, cuius oculis sese præsentem ignis offerat crebrò, uel meditati, uel nuncios expectanti. Nec diu est, cum in sero diei lux eadem affulsit non in laquearibus, aut aere pensilis, atque procurrens, sed in pavimento stabilis eodem loco, nihil mutans tanto temporis tractu, quoad centum passuum spatium facere possit aliquis deambulando. Iam uerò & inter commentandum pererrare libros suos uidit etiam interdum. Et penè abstemius est: nequis uisum illud Bacchi faces putet, aut Sabazij lampadas. Mane uidit, uespere, noctu, ieiunus, satur, subtristis, curis solutus, solus, in comitatu, clauso cubiculo, aperto, in tenebris, ad lucernam, in uia, in adium vestibulo, in horto, procul, propè, in dorso catelli, in libris, super arca, in mensa, ad scribentis manum, è regione, aduersum, transuersum, de latere, mobilem, stabilem, tremulum, fluentem, ascendentem, descendentem, subsultantem, oblongum, globosum, quadratum. Magna ergo illius ad unionem prerogatiua, qui ueræ unitati Priscorum placitis ascriba-

sur. Vnit enim corpora ignis hic. Vnit mētes ignis ille. Quare nonnulla de caussa praeferrī solitum Romanis imperatoribus, eorumque uxoribus, cum prodirent in publicum. Neque temere corpus igneum quoddam sit commentus Aristoteles: qui sedes esset anima natura media quadam inter caelestē illā corporeā, & corporeā itē nostrā. Et alibi Iamblichus idem scripsit, ex antri faucibus exeūtē Sibyllā Delphis igneo globo, tum lustrari, tum illustrari consueuisse. Quamquam autem componuntur igni congenera corpora propter generationem: non tamen, ut ait hic. Quippe terram & aquam ignis ui coire ad plantam constituendam. At ea non sunt ὁμοφυλα. Nō ergο συχελυ. Præterea si uniat elemēta tria, tanquam partes, in plantis: quid erit, quod uniat ipsum tribus illis? At in secundo libro de generatione, contra ueterum hanc sententiam uerba sunt illa, quibus id succenset, quod ij amota forma, eius officio, ac naturæ substituissent ignem. Ζεουρωπις ἢ τι ἢν εἶν, καὶ τι ἢ μορφῆν. At uerò, inquit, ἢ θεμῶν πῶς φικα Δεκεῖν, ἢ ἰσχυρὸν πωσισῆται. Quæ uerba non aduersantur superioribus: ne putetis tantum uirum ex eodem ore eundem ignem, ut detestabatur Satyrus, modò calidum efflare, modò frigidum. Nam generatio & concretio est ex alienigenis, quæ dicimus ex Græcis ἄλλοφύλων, non autem è congeneribus, quæ, ὁμοφυλα uocant illi. Ergo cū ignis opera nequeant ἄλλοφύλων πωσισῆσαι: Δεκεῖν γὰρ ἄλλοφύλων: per ignem non fiet coitio, & unio ad generationem in Aristotelis officina, sed per formam. Sic etiam in primo de anima subtiliter explosa est actio perficiens ab igne, atque attributa formæ. Quibus de causis intelligemus non esse idoneam ignis facultatem ad unionem partium, quibus planta

con-

constituatur. Multa nunc occurrunt, quæ dici possent de compactione, deque dissolutione, quæ fiat uel à frigore, uel à calore. Sed fortasse nimis multa fuerint hæc quoque. Illud tantum memoratu dignum non obstabit compendio dictionis nostræ. Non esse uerum, quod Olympiodorus, & ante eum Philoponus profitebatur: Salem, etsi à calore concretus est, non tamen solui frigore: quia non à solo calore cōpactus sit, sed à sicco etiam. Nam neque rectè attribuunt actionem siccitati: & querendū porrò est, an uerū sit, quod tam uulgò iactatum est, à frigore dissolui, quod concretum sit à calore. Nondum enim patratum est aliqua natura, ut sine humoris subitione quicquam partium dissipetur à frigore. Nā quemadmodum humore naturali partes cōglutinantur, ita soluuntur peregrino. Saxa uerò, quanquam frigore sunt cōcreta, frigore tamen soluuntur, propterea quod internus succus glaciatur: constringitur ergo. Quæ de caussa fit siccarum partium abscessus. At in iis, quæ à calore coacta sunt, cuiusmodi sal, alumen, nitrum: non est intimus liquor illis, ut ita dicam, congelabilis: sicuti neque oleo: quod spisse sit quidem, at non congelatur. In lateribus autem, ac tegulis coctis, nullus est ille succus omnino aqueus adeò separatus à terrestri, ut inueniri, aut deprehendi possit, destitutus à praesidio siccitatis: quam neque suapte natura potest impugnare frigus, neque impressit siccitas, sed calor. Nam tametsi & Solis, & ignis calorem siccitas comitatur, non tamen agit. Est enim proxima priuationi, respectu ad terram: effectus autem caloris, si ad ignem referatur. Verum hæc alibi longè subtilissimè discussa sunt. Quod autem noster hic philosophus etiam necessarias omiserit partes, satis pateat ei,



qui animaduernerit, ab eo de aere nihil dici: cum tamen ad constitutionem nihilominus recipiatur: ut in principiorum numero sit reponendus. Tum uero multis ipse mox uerbis, neque necessariis aerem faciet autorem multarum rerum: etiam cuius uel ligna natent. Quin hoc etiam libro connumerat inter principia. Trimegistus uero tam putauit eum necessarium: ut supra naturam, potestatemque statuerit elementi. Nam in Asclepio cum πάντο μωρον, & σαρξες, sex & triginta siderum principem declarasset, eiusque asseclam, atque apparitorem Solem ipsum designasset, aerem lumine affectum esse omnium, quae fiunt, rerum instrumentum professus est. Transit ab his ad comparationem, quam cum testis facit. Quippe haec eadem in illis quoque obseruari posse. Horum, inquit, multa uidemus in testaceis. Tria namque sunt: Lutum, ex quo fit later testaceus. Secundum, aqua est, quo firma efficitur illa testa. Tertium, ignis, qui cogit partes eius: quoad compleatur per ipsas illius generatio. Videtis primum, quemadmodum omittat aerem. Quare non reddet rationem minoris grauitatis in crudo latere, quam in cocto. Si ab aere leuitas ulla fit. Hoc enim aliter est à Philosopho constitutum. Sed non ei uenit in mentem, quatenus ignis uis progressa est. Si enim processerit, iam in cineres laterem comminuerit. Non igitur per se copulat partes lateris: sed firmat eorum cohesionem: quia succus illo, quo agglutinantur, nimis multus est. Ignis uero eatenus sistit illius copiam, quae nihil amplius redundet. At accidit igni, ut hanc semioperam ponat. Etenim si non absistat: quod in illius humoris aliquantas fecit partes, in totas tandem perficiat opus uniuersae consumptionis. Vnde futurum sit, ut dissiat portiuicula sic-

ca,

ca, destituta glutino dilabantur. Verba quoque minus apte posita sunt: πλὴς ὕδρ' & γινεται πάλιν ὕδρ' ὁ ὑδαρῶδης. Namque lutum terra est aqua soluta: unde & Latina uox. Sunt igitur in eo duo corpora, quorum alterum aqua est. Quid igitur addidit aquam? Quapropter Aegyptij suis in sacris, quae uerborum inuolucris operata mysteria procul amouebant à profanis, ubi lutum dicerent, non solum Mundi molem, sed etiam genitalem uim, quae ille agitetur, intelligi uoluere: quemadmodum ab Iamblichio proditum est. Illa quoque sunt perpendenda. πῦρ, inquit, & σιμῶσιν τὰ μέλη. Nam aliud est σιμῶσιν, aliud συμπηγνῶσιν. Farinae distantes partes humor in unam cogit massam. Et uero συμπηγνῶσιν, ubi coquitur igni. Quanquam fortasse cognoscas acutius, massam, antequam coquatur, esse compactiorem. Quod & Empedocles innuit, ἀλλοιὰ τὰ ὑδατῶδης. Vbi percocta est, partes plus dissiat sunt. Ignis enim ut interest indurare, ita non omnes condensare partes. Tenuioribus resolutis induratio fit. At ea corpori quoque rarefacto nihil secius euenire potest. Id quod in pane manifesto patet. Et notandum, quod aquam dicit hic σιμῶσιν: ualeat enim hic, quantum supra & πηγνῶσιν, utrunque relatum ad aquae facultatem. Subdit autem probationis explicationem hisce uerbis: Quod igni haec uniantur: potest inde colligi, quod raritas inest in opere figuli secundum suas partes: quas ubi miscuerit ignis, perficitur humidi materia: & conglutinantur luti partes, proceditque siccitas in humoris locum. Ac propterea quod uincit siccitas, consequitur maturitas in omnibus animalibus, plantis, & metallis: ubi caliditas, & humiditas finem sunt assequuta. Ab raritate igitur probat ignis uictoriam super humido. Verba tamen obtundunt illa.

○



Humidi naturam perfici dicit: atque in eiusdem humidi locū  
 procedere siccitatem. Quin hoc non sit potius perfici, quàm  
 destrui. Voluit humidi officium referre, tanquam partis  
 ad totum. Neque enim perficitur, ut humidum ἀπλῶς, sed ut  
 humidum lateris huius: qui hoc ipso, quod est tale nunc, non  
 eget: sed eo, quod à calore sit redactum ad cocturam meliorē.  
 Aequiore quoque animo sunt accipienda, quae sequuntur.  
 Abit humidum, & in eius locum subit siccitas. Si enim carer  
 humido, non erit ex quatuor composita qualitatibus, neque  
 tribus corporibus, quorum aqua unum sit. Si enim aboletur  
 humidum, destruetur aqua. Interpres autē balbutit: neque  
 dignus est, cuius uerba Latine exprimantur. ἡ φασίγνωσις ἢ  
 αἰώσιμος ἀπὸ τῆς πυρός ὄψις, ὅτι ἀραιότης ἐστὶν αἰ τοῖς ὄσπρακώθεσι. Et  
 μοχ σίλοικοι. πείρεχτοι αἰ εἰ τὸ πω. Tuius ergo Mercurius,  
 Ferreri, quid mercis affert noua? Nihil sanè magnum, inquit  
 ille. Non inutile tamen, etsi dissimili opera. Partim enim con-  
 cinnare uidetur, partim deprauare. Nanque ubi tu, miscere  
 ignem, dixisti (& puto μίξῃ Græcè legitur) hic longè aliter.  
 Quare & illam tuam sustulit dubitationem. Quærebas e-  
 nim: si perficitur humidi materia, quomodo eius in locum  
 abeuntis siccitas sufficitur? Quam dubitationem diluebas  
 acutissimo iudicio. At hic sic: Vbi combussit ignis, finitur  
 humoris materia. Igitur ussit, non miscuit ignis hic. Tollitur  
 humor, non perficitur. πλῆθῶν tamen aliud esse, quàm  
 ἀφαιζέσθαι, aut βίτηλον γίγνεσθαι, nemo nescit in Lycaeo. Nun-  
 quam enim factum est, ut Aristoteli ἢ πῆλος idem esset, quod  
 ἀφάσις. Quin in primo de anima non est passus hoc uoca-  
 bulum morti attribui. Ait enim τὸ θάνατον πάρος αἰται, πῆλος  
 autem nequaquam. Sic neque Stoici, neque Academici, ne-  
 que

que eos sequuntur M. Tullius in libris suis de Finibus. Et pro-  
 fectò nostra Latina uox, Finis, generationem significat, non  
 abolitionem: siquidem à uerbo fio ductum est. Itaque uulgò  
 quoque ἡ, qui metallicis præsumt: ubi aurum, argentum ue  
 excoctum est, quasi finem sit, id est, perfectionem consequu-  
 tum, à fine dominant, tam Itali, quàm uel Galli, uel Hi-  
 spani. Qua ratione πῆλον quoque dicuntur uectigalia: pro-  
 pterea quòd essent Regnorum, Rerumque publicarum per-  
 fectiones, & anima quasi quædam. Nam quod usurpat  
 uulgus de iis, quos mori nos dicimus, παρὰ τὸν μῦθον, καὶ τὸν  
 μῦθον, quod uulgus, inquam, de iis dicit, πλῆθῶν, non tam af-  
 fert labem uoci propter odium commune mortis, quàm ele-  
 uat illius obrectationem uocis lenitate. Sic enim ueteres pu-  
 tarunt Sapientes: abire nos hinc, quod & ἀπείχεσθαι, &  
 ἀπὸ πῆλον dicere soliti erant, ad meliorem uitam, & uerum  
 propriumque finem adipiscendum. Quod uerò dicebas rari-  
 tatem: reor isthic esse, ἀραιότητα. Quod si ita est, probè hic u-  
 sus fuerit: non ut supra querebaris, laxè. Ego uerò, quia nō-  
 dum iste cunctator (me innuens) suas edidit Origines: ausim  
 παρὰ τὸ ἀραιὸν tam libenter aridum nostrum deducere, quàm  
 ab ara. Et ab ariditate aream messorum. Aram uerò παρὰ  
 τὸν ἀραιόν, non autem, quòd essent ignibus arefactæ. Sed hæc  
 πείρεχα. Nihil minus, inquit Baiulius. Vbi nanque libri  
 contexuntur: unica materia perpetuo filo deducenda est: ni-  
 hil arcessendum peregrini. At in confabulationibus multa  
 queunt interuenire: quod & apud Ciceronem uidere licet,  
 & sibi licere ueteres omnes uoluerunt. Sed οἰκεία. Quàm  
 parum sibi constet, mox apparebit. Nam si uniuntur partes  
 igni: magis uniri debeant, in quibus est plus ignis. At plus est

in animantibus, in lapidibus minus: at plus est in lapidibus cohesionis, & unionis, in animalibus minus. Verba eius sunt haec: In lapidis, metallique maturitate hoc manifestum est: In plantæ, animalisque non ita. Propterea quod in iis partes haud ita sunt compactæ, ut in lapidibus. Aliqua enim evenit his effluxio: lapidibus uerò nulla, nullusque sudor. Quod enim rarum non est, ab eo nihil emitti potest. Ac propterea quod solidum est, ex eo item enasci nihil. Nam quod suapte natura crescit, loco eget, in quo dilatetur, atque perficiatur. At lapides, ac fictilia semper eodem statu, habituque sunt: neque uel augentur, uel distenduntur. Ex hac comparatione non pessimum fructum capere possemus: nisi promiscuisset, aut adiunxisset quædam, quæ, quæti sint, uidendum est. Negat animantium partes adeo compactas esse, atque lapidum partes, aut metallorum. Consultius fecisset, si moderatius loqueretur. Etenim Leonum ossa longè densiora sunt, quàm lapides aliquot. Quid firmitus Xiphias spatia piscis? Id adeo, ut eo tonsoriam cotem sectam audiuerim. Quid pumice rarius? Dicet, discoctum lapidem. At alij sunt lapides non excocti, quemadmodum Tosi fluuiales. Quam uerò afferat rationem, quàm ridicula est, ne dicam futilis? Propterea quod, inquit, nihil effluit è lapidibus, aut metallis. Ex animalibus effluunt excrementa, cum alia, tum sudor. Sic enim concludes: sudoris esse plenos lapides, & metalla. Sanè uerò bellulam Chryssippea negat. Nam & hominis corium sit durissimum: quando non prodeant inde cornua. Ratio in lapidibus est: quia non aluntur intus κατὰ τὴν ἐσωτερικὴν, sed per appositionem. Nam qui sudor in statuis aliquando fit: neq; olim fuit, ut illi miselli religiose nimis olim metuebant: neque

que unquam ab internis partibus erupit, sed aer calidior aeris, marmorisue frigore coactus: quemadmodum solet in parietibus balnearum. Fallaciola uerò uanitatem possumus exemplo pumicis animaduertere, à quo, licet rarissimo, nihil exit. Deducit inde sententiam cum definitione. Quia, inquit, quod solidum est, in eo nihil suapte natura potest augeri. Videbatur commodius negari posse, quippiam nasci, quàm augeri. Ratio pendet à principiis naturalibus. Quia nequit solidum corpus aliud solidum subire corpus. Male quoque loquutus interpres est, εἰς ὃ: potius, εἰς ὃ. Post hæc causam reddit huiusce sententiæ. Quoniam, inquit, quod crescit, eget, in quo dilatari possit, loco: atque inde assequi fines suos. Cæterum minus subtiliter dictum est hoc. Siquidem nascitur pilus, & in longum crescit: neque dilatationis eget. Itaque melius Galenus. Solido in corpore non nasci pilum, quod corpus humore defectum sit: pilus humor sit concretus. Nam si nascatur, posse produci longius: quoniam satis iam sit nactus loci, quantum primis ceperit exordiis. εἰς τὸ πῶς, sum interpretatus illis duobus, statum, atque habitum. Si quis habeat aptius ad efficaciam sententiæ, atque orationis perspicuitatem, laudari. Interpretationis enim officium, cum sit exemplum alieni ingenij, pro suo quisque stomacho ipsum facit. Male addidit, εἰς τὴν τοῦ τοῦ ὁ ἀξιοῦ τοῦ. Hoc enim genus illius est. Nam concipit αὐξήνας trinas dimensiones: εἰς τὰς ἑκάστην tantum. Illud non contemnendum: Metallorum partes haud eatenus esse compactas, quin uel rari, uel tenuioris saltem habeant nonnihil. Duplex argumentum. Nunquam dirumpuntur, quin disitarum partium extrema uideantur manifestò postulata. Et citissime eorum maxima pars ignem con-

*capit. Cassiterum quoque Apua germanum, uocare consue-  
 ui. Vix enim uidit, nedum ut senserit, & continuo soluitur.  
 Orichalcum profecto igni leuissimo statim concalescit. An  
 uero qui intus aer est, ad sonitum quicquam faciat, alibi sa-  
 tis est quaesitum. Hinc possemus alterum caput inchoare. Lō-  
 ge nanque alia materia. Haecenus enim de concretionē:  
 deinceps de facultatibus iis, quae ad uitae modum pertinent.  
 \* Est, inquit, in plantis motus secundo dictus modo. Inest enim  
 \* attractio, quae uis est ad hauriendū è terra humidū. Est autē  
 \* attractioni huic motus, qui procedit in locū, ubi certo modo  
 \* perficitur maturatio. Quae caussa est, ut ferè pusillae herbae  
 \* unius diei hora una generentur. In secūdo libro physicorū, tot  
 genera motus accepimus, & mutationis, quot & rerū. Vbi  
 Philosophus Entelechiam facit motū mobilis, quae mobile est:  
 scilicet habitū substantis, quantitatis, qualitatis, τὸ πῶν. Itaq;  
 dixit hic in plantis inueniri motum, καὶ πῶν ἑστῶν. Quoniam  
 motus secundum substantiam primus sit: secundum quanti-  
 tem secundus. Quanquam ubi sincerè loquimur, καὶ τὰ βολῶν  
 genera haec appellamus: καὶ τῶν uero secundum locum tantum.  
 Nam mutatio quantitatis est, motus extremarum partium  
 auctarum. Non quod extremitas mota sit: corpus enim non  
 est: sed ut corporis. Neque hoc in omnibus fit, nisi in iis, quae  
 crescunt, tantum. Nam quae alio dilatantur modo, eorum  
 idem manet extremum: & locum mutat, quanquam haud  
 totum. Id quod in Spongia, ceterisque rebus lentis manus  
 compressione coactis animaduertere licet. Est hic motus ue-  
 rus cum quantitatis motu mixtus. Manus enim, spongiaeque  
 maior facta est, καὶ τὰ π. Quippe secundum extrema, non  
 quidem physica, sed mathematica mutatione. Quia quan-  
 titas*

*ritas substantialis eadem, localis non eadem: ut sit magnifi-  
 catio sine augmento. Solius enim corporis alimento auctabi-  
 lis augmentum est apud philosophos, quod signato nomine  
 crementum dicebamus. Quoddam ergo mobile totum, secun-  
 dum totum, mutat locum: ut cadens lapis. Aliud non sic: sed  
 secundum partes omnes tantum, non quoad superficiem, ut  
 caelum. Non enim mutant extrema locum, sed solae partes,  
 actu, & potētia. Exigūt autem haec haud unam considera-  
 tionem. Nam continui solidi mota parte, commouet ur totū,  
 ut lapis. Non solidi alia ratio: ut rei lentae, quale filum, &  
 rara mollis, ut spongiae, aut densae, ut pasta: (optimam enim  
 uocem puto ad saeis Graecorum, sicut massam ad μαζαν, idque  
 πᾶσι τὸ πῶν.) aut rarefactilis, ut aeris. Animalia perfecta  
 uel tota se mouent, uel etiam partem. Imperfecta quaedam  
 non tota, ut Vrtica quaedam saxis adhaerentes, & ostrea.  
 Atque in iis gradus. Nam reptione Cochleae, assultu Pecti-  
 nes. Ceterum duae restant adhuc subtilitates. Vna pertinet  
 ad principia philosophiae, quibus crementi natura declara-  
 tur. Altera spectat ad hunc locum peculiaris. In priore quaer-  
 ritur: cuius ne sit crementum, formae, an materiae, an neu-  
 trius, sed materiati, formatique corporis: atque ibi, an eue-  
 niat crementum corpori per formam, an per materiam. Haec  
 à nobis alibi disputata sunt aduersus Alexandreos, qui di-  
 cebant: crescere corpus, quia forma crescat. Nam si cremen-  
 tum motus est, & omnis motus fit in subiecto praexistente:  
 crementum non fiet in materia, quae accedit: nondum enim  
 corpus est: neq; in materia, id est in corpore, puta Caesaris, cui  
 fit illa accessio: non enim mouetur ipsum. Ergo in forma, quae  
 & praexistebat, & mouet se prorogando in eam partem,*

qua prius fuit cibus, postea fit corpus, & unum cum praexistente corpore. Hac à nobis lucidissimè dicta, quæ illorum tenebrosissimis anfractibus implicata regebantur: ut intelligamus, quantà uacordia formæ dent incrementum, propter illam promotionem: qui tot argumentis in libris physicorum, solius corporis motionem contendunt esse. Nos uero dicimus, neque generationem, neque crementum, neque alterationem motum esse: sed mutationis species. Mutari uero Cæsaris quantitatem cremento corporis sui: non quia superficies inde mota, ubi erant, maiorem occupent locum: sed quia deletis illis, apposita noua massa, unita, animata, aliæ fusiores postea sint superficies, eaque tam intus, quàm foris. Atque ita, mutatum, non autem motum corpus est. Ac tametsi crementum hoc non est generatio, non est tamen absque generatione. Generatur siquidem noua quantitas corporis applicati mutata priore substantia cibi, atque alimenti in corporis substantiâ. Qua ex subtilissima contemplatione, secundam questionem discutere possumus. Queram enim, quod ad hunc locum pertinet, uti dicebamus, an præter crementum aliud sit in plantis motus. Ac sanè quis non intelligit, in plantis esse cum ipso cremento alterationem? An ullo in corpore naturali sit accretio, cuius non fiat multarum uariatio qualitatum? Quid de generatione? Hanc quoque in ipsis agnosci necesse est. Gignuntur enim in plantis plantæ, ut Epithymum. Gignuntur semina: quæ tam sunt illarum partes, quàm matricis fœtus. Et plantæ quidem sunt ipsa semina. Non enim Amygdalus procreata ex amygdalo, quod satum fuit, ab eo differt, nisi sicut differt actus & potentia. Quemadmodum pullus, & ouum, quo ex ille prognatus est, sunt unum numero in substantia:

stantia: solis differunt accidentibus: quot, qualia habet alterum, alterum non habet. Neque hornum triticum gignitur, cum à terra prodit, è semine: sed cum semen concreat in spica. Neque pullus, cum excluditur: sed cum ouum, ex quo fit postea, perfectum est. Hac sunt, quibus an me pararim ut ridear, equidem nescio. Certè uereor, ne plus satis aliquem istorum commouerim, qui neque docere sciunt, neque uolunt discere. Cum uestra tamen bona uenia pergam. Est, inquit, κίνησις ἐν φυτοῖς: quia ἐφ' ἑλκυσίσι: & hæc ἐφ' ἑλκυσίσι ἐστὶν δυνάμις. ἐφ' ἑλκυσίσι plantæ partem. At non est. Neque enim illud ἕρπον, in quo fit motus, est plantæ pars. Quippe nondum unitum est. Nondum, inquam, οἷον δέν, nondum ἄλλοιοῦ αὐτοῦ: tantum abest, ut sit τὸ αὐτὸ κατὰ μέρος exactius contemplanti. At Sophistarum diffugiatur (ut loquuntur) suppositiones, pro eo, quod futurum est. At alio modo philosophari iubet Dictator ille noster, in tertio de celo scribens, ἀκεβολογᾶσαι, καὶ μὴ ὡς ἂν παρ' ὅδου λόγους ἐκδέχεσθαι. Rem uero ipsam diligentius persequenti non nihil localis motus in plantis apparere queat. Certas enim uidemus herbas, quæ flores suos conuertunt ad Solem. Alias uel flante uento, uel aperto Sole aperiri: contra, cõstringi aliquas. Præterea sunt, quarum frondes solstitio inuertantur. Dicam tamen hosce non uideri motus à plantæ principiis, sed ab extrariis euentis. Attrahit enim celestis ille calor ad se similes partes sibi, quæ in floribus sitæ sunt: & languidiores laxat, atque exuggit, quasi repetens id, quod suum est: uiuidiores autem corroborat. Frondes uero circumactu obuertuntur potius, quàm obuertunt sese, æstus uiolentia. Quemadmodum alia quoque crispantur: alia siccitate incuruescunt. Nam quæ in historias à ueteribus relata sunt: arbores quasdam trans-

gressas itinera publica, in aduerso agro postridie quàm in natiuo fuissent uisa, palam exiitisse: Græcorum fidei mandanda sunt. Nempe ne Daemonum quidem uel arte, uel potentia fieri potest: ne id portentis ascribatur. Vnicum huic mentienti morbo remedium: nō credere. Minus item benè dixit illud. Attrahi de terra humidum: non enim terra humida est. Sed ab humore, qui cum terra mistus est, partem trahit ad alendum. Nec interpret rectè: τῆ ἐφελκυσσεὶ ὄσι κίνουσι. Hoc enim modo, motionis esset motio. Peius illud: ἡ τῆς ἐφελκυσσεὶ. Nemo sanus dicat, motionem abire in locum. Postrema uerò uerba ridicula. Quippe & falsum est, herbas pusillas unius hora momento nasci: neque enim tunc, cum exeunt, generantur: sed longiore tractu temporis fit apparatus ad generationem: tum ipsa forma introducitur (ut loquuntur) in non tempore: id est in momento indiuisibili, quod instans Sophista dicunt accommodatissimo uocabulo ad id significandum, quod non stat. Fugit enim tempus ipsum hoc quod est, neque admittit designationem. Ergo generatio fit in instanti: preparationes ad generationem pusillarum herbarum quandiu, quatenusque fiant, neque est iisdem cuique legibus à natura prestitutum, neque unquam ulli mortali homini compertum. Tum fac, sic uerum esse: iam non erit ea ratio. Attractio nanque non est huiusce causse celeritatis, sed uelox attractio. Alioqui cum in omnibus esset attractio, esset item in omnibus celeritas. Acutius dicamus: neutiquā id uerum esse. Iam enim enata planta trahit, ut alatur. Antequā genita sit, quā trahat? Quonam ergo pacto fuerit uelocis generationis attractio caussa? Illud non perinde ad redarguendum potest dici: dicetur tamen, ut ne ignoretur à quibusdam. Observatum à nobis

nobis est, aliquot è paruis quoque haud paruo post enasci tempore. In us uidimus Portulacam. Plus interdum in nascendo, quàm in uiuendo moræ trahit. Quartodecimo post anno mirati sumus exisse de terra, idque præter tempestatē, seroque anni. Milium quadriennio postquam fuerat mandatum sulcis. Quaedam perpaucos consumunt dies: ut Eruca, Nasturtium. Par arborum, ac fruticū ratio. Prunus paucis mensibus: Amygdalus paucioribus: Persicus exit cito. At Staphysagriam scimus anno toto ipso integro serentis urere spem. Ad hæc, attractio maior est in animalibus: quippe plus obtinent instrumenti, qui naturalis calor est: neque tamen ea celerius generantur. Rationes obstant alia. Quippe res naturales aliis alia maiore opera opus habent. Iccirco celeritas uel nascendi uel crescēdi pendet aliis à principiis, quā ab attractione. Oportet enim ad celeritatem, attractū & in pauca, & in paucis momētis transmutari. Est Arabica loquutio: οὐ μὴ ὀφεί μῶς κινεῖσθαι. Ludere liceat nobis in minus seria oratione. Metuebat, ne semihoram præterita diei, alterum tantum attribueret aliquis sequenti. Non potuit ergo uel uerè, uel tutò illa subdere: οὐκ ἔστι δὲ τὸ τοσοῦτος ζῶοις. In us enim maior attractio. Et est animal, quod Aristoteles propterea uocat ἐφελκυσσόν: cuius etiam meminit Cicero. Illius uitæ finis dies natalis est. Hinc natalium πᾶσι κινεῖται (ut Galeni scitissimo uerbo utar) coniectari licet. Nulla sanè herba nota nobis est, quæ non extendat ultra diem uitæ tractum. Non ipsi Fungi huic fato sunt obnoxij. Quaedam etiam animantes citius, quàm planta generantur: ut Canes, quàm Palma, uel Caparis. Atque is pusillus frutex est. Apponit fulturam sanè quàm fragilem. In animalibus, inquit, materia καὶ ἰσχυρὴ

*διγενεαλν*. Tardius animalia generari: propterea quòd materia secundū se est separata. Quid? In planta quòd attrahitur, nonne est ab attrahente separatum? Quòd si dicat, plantis illico subditum, & contiguum alimentum subesse, non id at-  
 tinet ad generationem, sed ad crementum. Quinetiam in animali spectes idem. Præsto est siquidem materia ad umbilicum. Tum adeò in iis, quæ nascuntur ex ovo, propinqua est materia: simul ut etiam sit. Quòd si planta gignitur celerius: id iccirco fit, quia debilioribus, paucioribus, parabilioribus causis contenta est: non autem propter attractionem. Illa uerba: *ἄρ' ἔστι δὲ ἄρ' αἰσ, αὐτὸ δὲ χρίσται μολυσσᾶ καὶ αὐτῶν*: plus negotij faciunt ad intelligendum, quàm afferant fructus, etiam si intelligantur. Quare ad illa transeamus, in quibus inter se comparatarum partium, quæ ad incrementum pertinent, in ita rationem. Generatur, inquit, & crescit, quòd tenuius magis, quàm quòd crassum. Quippe crassum multimodis eget facultatibus, tum propter propriæ figuræ differentiam, tum quòd eius partes inter se longè distant. Atque iccirco cita plantæ generatio est, ob tenuitatem alterius ad alteram: & celerius perficitur. Principio quòd ait, tenues partes celerius coalescere, & maturius adulescere, uerum quidem est: Temperare tamen illam sententiam, prudentis interest uiri. Radix enim citius, quàm stipites generatur: quæ tamen in multis est & durior, & crassior stipite. Prius quàm folia, stipites. Ad hæc bina illa folia, quæ prima prodeunt è semine, crassiora fere sunt, quàm quæ subnascuntur postea: an in omnibus, an in plerisque? Postremò nullus, opinor, putet: non & librū, qui est interior, & corticē, qui exterior simul fieri. Ab initio quoque mundi eodē momento & crassa,

& tenuia extitere. Nescio, an sic uoluerit: ab initio teneram plantam postea durefcere. Quam uerò affert rationem: tardius gigni densum, quàm rarum: aut crassum, quàm tenue: nulla est. Crassum, inquit, multis eget facultatibus: id est maiore, ut puto, interpolatione. Quippe opus habet tum collectione, tum coactione. Rarum autem non ita. At enim uero utrique idem eueniat aequè: si è mediocritate rarum, tum densum fiat. Et manifestum est post primordia generationis multas subire partes ab alimento: cuius mediocritas partim crassorum, partim tenuium materia futura sit. Sic è succo, qui fuerat panis, fiunt & spiritus tenuissimi, rarissimi que: & ossa crassissima, densissima que. Atque inter hæc extrema, alia media pari proportionem, caro, parenchymata, adenes, uenæ, cartilagine, atque eiusmodi. Tantundem igitur opera ponatur in soluendo crassum ad raritatem, & cogendo rarum ad crassitudinem. Duas addit probationis rationes. Vna est hæc: Propter, inquit, figuræ differentiam. Ineptam profectò, atque falsam. Figura enim operosior in tenuibus ferè, ut foliis, & floribus: durioribus autem molès rudior. Si uelis eis suppetias dixeris, Succos è semine prius quàm partes solidas generari, quæ illis è succis conficiuntur: Vix tamen etiam sic euaseris. E partibus namque seminis, quæ sunt plantæ partes in potètia, fiunt plura partes in actu, non autè succi, qui materia futuri sunt media pro generatione partium. Caterū modus iā sit uel defensionis, uel reprehensionis. Altera autè ratio an tolerabilior? Dēsius, inquit, ferius gignitur, propter partium inter se interruptarum longinquitate: quoniam scilicet explēda sunt loca rara. Sic Philosophus in secūdo libro de generatione: ex aere terrā fieri, nerū



difficulter, ἄλλ' ἢ πλεονάζειν μεταβολῆν. Idemque retro ex terra illum, eandem ob causam, non propter raritatem ac densitatem. Hæc igitur hæc sententia prudentius accipienda est. Nam quod attinet ad arrium operas, longè difficilius est, aut comminuere solidum, aut laxare compactum, quàm explere, aut infarcire uacuum, rarumque. Et in rarefactione quæritur capacior locus. Continentis ergo margines submo- uendi: obstant enim. Ad densandum, siue fiat extremorum reductio cū mediōrum coactione, sicut in niue, cū lusus gratia globos premimus: siue extranei cuiuspiam immisio, quæ admodū si in cauernosum saxū indamus puluerem: utroque modo fit minore negotio. Itaque in tertio de Cælo: ἢ γὰρ λεπτομερέ- σερον εἰ μᾶλλον τόπος γίνεται. Addit exemplum: ἄλλ' ἢ τριζομελίου, καὶ πιδυμοτυμίου τῶν ὑγρῶν ἔργων ταῦτα περιέρχεται τοὺς ὄγκους ἀκῆα. Sic & alter ille Deus tuus ô Caesar: nec iam se capit unda. Quin Galenus in libro πρὸς Ἀλέξανδρον, castiterinum uas incuruatū uentrem fecisse scribit fermentescente nouella Theriaca. Intelligamus igitur hic: in initio partem rariorem esse: deinde intromissis aliis partibus densari. Sic rigidus stipes fit, qui fuerat lentus. Quod uerò ponitur ultimo loco: ἄλλ' ἢ τὸν λεπτότερον ἔργον πρὸς ἄλλο: mutila est oratio. Sic explebitur fortasse. Plantam alia aliam celerius expediri ad exoriendū, quo tenuioribus est prædita partibus. Ita enim procedit ar- gumentum: Si plantæ partes celerius tenuiores gignantur, quàm crassiores: ergo plantæ quoque ipsa tenuioribus con- stantes partibus gignentur citius, quàm quæ crassioribus sunt constitutæ. Hoc tamen falsum est. Et falsitatis ratio hæc. A ui coquendi fit opus. Nam quæ plantæ multa eiusmodi præ- ditæ fuerint facultate, eæ crassiores, & citius discoquant, &

com-

commodius, quàm imbecillior rariores. Naturales enim pote- states, et si sunt entia absoluta, earum tamen effectiones sunt ad effectas referenda res. Ergo non satis est, hanc illam ue stirpem tam esse ualidam ad coquendum, aut digerendum, aut aliud assequendum: sed oportet ut sit satis ualida ad hoc, uel ad id, uel ad illud conficiendum. Cum ergo stirpis alimē- tum ex humore sit eodem, & Quercui, & Adianto, & Por- tulacæ: neque sit eadem omnibus facultas ad rare densè ue faciendum: non erit incrementum ab eorum expectandum uel raritate, uel densitate, quæ sit in temporis tractu posi- ta. Sumitur uniuersum hac de re iudicium ab agentis pro- portione. Tum autem de multis exemplis caussa nobis est, quæ huic auctori nulla. Vel attrectemus Apium. Densa eius admodum folia. Citissimè tamen & exit, & perficitur. Cu- curbita rariores multo: serius exit tamen. Caloris innati uis, in hac pusilla, in illo maior. Arundo quoque tardius exit sata spongia, quàm è semine Brassica. Cum tamen ibi actus sit in spongia: hic sola potentia seminis. Vtrunque tenuitatis genus in se cohibet Fœniculum, si Brassica comparetur. Nam & tenues habet partes, quia calidas: & tenues, quia raras. Minus tamen citò, quàm Brassica, prodit. Illud omnino in promptu habendum est: non à calore tantum elementari: quemadmodum multi, qui se dicerent Peripateticos, profite- bantur: sed ab eo tanquam instrumento, à certa uerò forma tanquam à principio perfici. Quin ne illum quidem elemen- torum asseclam facit autorem Galenus huiusce ministerij, sed opificem alium quendam: quem negat depasci nostrum humidum naturale: acutè sanè, & magno iudicio: nisi siste- ret illius opificij primordia statim in illo ipso. Nam uel ipsam



animam, cum quid sit, querit: intra caloris ambitum sese continet, non egreditur ad formæ ullam conquisitionem. Sed de hoc alibi. His igitur omnibus cum Staphysagria longè sit calidior: ab ipso primo satu biennium tamen, uti dicebamus, transmisit ad natalium rudimenta in hortis nostris. Confici etiam suis ipse telis queat. Citius plantam generari, quàm animal, dicebat suprâ. At planta, qua planta est, solidiores habet partes, quàm animal, quatenus animal est. Non enim (usitatis utar uerbis) de animalis essentia est, habere ossa: Sic enim si esset, omne animal haberet ossa. At non habent omnia. Non ergo sunt diuersa genera comparanda ad generationis celeritatem: sicuti neque diuersæ figura ad circuli quadraturam: præsertim ex densitate, ac raritate: mollitia, duritia. Sed, uti dicebamus, à caloris ui: neque illa sola, sed cum humido: neque iis tantum, sed à forma directis. Pessimè uerò interpres ἢ λεπτοὶ opposuit ἢ πυκνοί. Suprà nanque statuebamus hoc ex aduersum ἢ ἀραιοί. Coactus repero. Sic in tertio Meteoron, ἢ πυκνοὶ opponitur ἢ μαλακοί. unde pugnis, & manus. λεπτοὶ autem contrarium est ἢ μαλακοί. Tenue nanque aut accipitur à partium ratione, aut ad superficiem modum. Ita filum ex are dicimus tenue, quo ad superficiem, quæ inter extrema parua est. Item bracteam. At utrunque densum est. Hic tenue opponitur crasso, cuius latera duarum dimensionum longè distant. Sin respectus sit ad partium situm, exemplum ab aruis capiamus. Solum tenue uocant Græci λεπτοί: quod & λεπτότερον dicitur. Loquendi quoque modus alienus est à legibus philosophiæ: ἄντι τοῦ μέτρου. Generatio nanq; nec plus agnoscit, nec minus. Et sententia de cremento falsa est: plus crescere, quo quicque plus est tenue.

Simul

Simul enim crescunt omnia, cortex, liber, albumen, caro, medulla. Quinetiam in generatione nihilo id esse uerius declarauimus dudum: quando radix omnium densissima partium, omnium prima generatur. Manifesta proportio falsitatis in aliis quoque. In quibusdam flores funduntur primum: ut Persico, Amygdalo: in aliis post frondes: ut in Ceraso. Ita florent aliqua prius, in quibus ossa futura sunt postea. At partes illæ crassioris naturæ sunt. Flos enim est in potentia fructus: & quidem talis. Quare est ossigeri fructus os in potentia flos. In Cinara folia prius, quàm lanugo. Ad calorem igitur statuisse signa generationis, tanquam ad agentem causam sub formæ dictatura, non ad partes, quæ sunt patientes. Repetit autem sententiam de raritate, cum sic dicit: Plantarum partes ferè omnes rare sunt: propterea quòd earum calor humorem attrahit ad summa. Tum alimentaria materia totas in partes ipsarum distribuitur. Quod autem superfluit, effunditur. At quemadmodum in balneis calor attrahit humidum, ipsumque conuertit in exhalationem: tum ea leuata, ubi superabundarit, in guttas transmutatur: sic etiam tum in animalibus, tum in plantis fit. Quæ exuberant, ascendunt ab inferioribus ad superiora, & descendunt à supernis ad inferna. Simul igitur una opera multa expedit. Nã de raritate quod dixerat, repetit: eiq; caloris attrahentis addit uim, quòque modo superflua exigantur. item balneorum comparisonem. Videtur igitur etiam finalem causam raritatis assignare. Ad hæc uirtutem attractiuam alimenti, & expulsiuam superfluatorum: de quibus accuratissimè Galenus. At hic laxè admodum, ne dicam ignauè. Vix enim percipio quamobrem hæc huc ingerat. Tum suo more malè eloquitur.

Q

Neque enim rarae partes sunt, quia per eas humidum attrahit calor: sed è contrario, quia sunt rarae, subire potest humor. Rarae uerò facta, ut impleantur, & depleantur. Impleantur enim eo, quod uicinis habeant suppeditare, quantum poscât: sibi retinere, quantum satius. Illud quoque falsum. Plantarum partes esse raras ὡς ἐπιτοπλαῖτον. imò uerò omnes. Nam si spectentur, aut animo capiantur minima naturalia: ea sunt densa. Sin illorum situm: disita reperiatis, ut admittant, & transmittant. non enim alio modo fiat incrementum. Interpretatus sum aduerbium ὡς ἐπιτοπλαῖτον, ferè, Theodorus ex Plinio, maxima ex parte: quo dicendi modo Cicero quoque utitur. Rectè uerò subire scribit humorem calore tractum. Sic in secundo libro de generatione: τὸ δὲ λεπτόν αἰαπλαῖτον, ὅτι μικρομερές τὸ δὲ μικρομερές ὅλον ὅλου ἀπτεται. Ad eundem modum hic: Δυσπείρεται ἢ ὕλη ἢ θρεπτικὴ εἰς ὅλα τὰ μέρη. Hoc loco τὰ ἀκρα sunt accipienda, non solum summa, sed etiam extrema omnia, uel quae in imo sunt: tametsi uidetur ipse pro summis posuisse: cū sese sic interpretatur: αἰαβαίνουσι ἀπὸ τῆς κατωτέρω ἕδρῃ τὰ ἀνώτερα. Dixit autem Δυσπείρεται, quod Aristoteles Δυσκοιδάννται, sacri libri Δυσκοορπιζειται, medici Δυσδοκται: quos nos quoque secuti sumus in uersione. Quod autem incommodet illud ἕδρῃ τοπλαῖτον, ex illis deprehendimus, εἰς ὅλα τὰ μέρη. Nam si ad partes omnes fertur, tota rara planta fuerit. Si nutriuntur omnes planta, planta omnes erunt rarae. Neque bene dixit interpretes ὅλα, ἀπὸ τῶ πάντων. Declarat autem, quid sit illud θρεπτικόν: humidum scilicet. Ne uerò capiamus humidum simplex, sed corpus, in quo sit humiditas: quod & Galenus docet. ἀτμίδα quoniam uerbo representemus, ideo possumus quaerere, quia uiri docti quem-

admo-

admodum Latine dicerent in Galeni libris, satis habuere: nobis quid in ceteris speciebus pronunciamus, relinquere. αἰαθυμίας uidetur esse genus ad omnia corpora, quae ab imis feruntur sursum. Eius species duae non uno in loco Meteoron: altera humida, altera sicca. Humidā uocat ἀτμώδη, κατωπώδη siccam. Sed in secundo negat sicco generi commune nomen à Graecis esse positum: fumum uerò eius esse speciē. αἰαθυμίας autem dicemus exhalationem, qua flatus, humor, uapor comprehendatur. Neque enim reor Latinos eo nomine carere, cuius egere dicit suos populares Philosophus. sit enim uapor. Sic ubi calor igneus abiit à uino, quod reliquū est, uapa dicitur. Siccam exhalationem statuit idem pro materia, quam diducit in tria: pro tonitru, inter nubes: ad concussionē, quae fit in terra: ad aeris motionem, quam uentum appellamus. Tametsi dubitare cogor, an λιγυός, quae Galeno frequens uox est, genus haberi queat ad siccas illas exhalationes. Nā λιγυὸς à flamma ducit in tertio: ut sit uapor corporis siccioris: κατωπώδης autem siccissimi. Galenus in tertio de locis, utitur κατωπώδης τῆς αἰαθυμίας τῆς ἡμιῶν cuiuscunque modi. In eodem tamen distinctius sic: ποτὲ δὲ πινδομοτος ἀτμώδους, ἢ κατωπώδους, ἢ αἰαθυμώδους. At in Timaeo aliter scriptum est. τὸ μὲν βῆ ἀέρος εἰς ὕδατος ἰόν, ὁ μίχλη τὸ δὲ βῆ ὕδατος εἰς αἶρα, κατωπώδης. Et addit παρὰ τὸ δὲ ξον illud: λεπτότερα ὁσμὰ ὕδατος, παχύτερα αἶρος. Quod alibi discussum est. In libro de mistorum affectibus, subtiliores partes à crassioribus emissas nominat, κατωπώδης, λιγυὸς, κνίσαι, ἀτμίδα, αἰαθυμίας. πινδομοτος quoque tale esse. Ac ne flammam quidem ab ea separat natura. ἀτμὴς autem fortasse Latinum non habet nomen, quo tota res ipsa circumscribatur simul. Est enim ascendens humiditas: id quod etiam docebat Gale-

Qij

nus in primo de simplicibus, ubi ἀτμὸν quoque uocat. Huius species tenuis, quæ aut in aquam concrefcit, aut in aerem densiorem, non habet proprium uocabulum. Aquea duplex, ῥόσος ros, & pruina πᾶχιον: propterea quod esset ros παχυθῆς: est enim ἑπᾶρος, & ἄχιον, ros crassiusculus in spumea natura. Aerea duplex: una, nebula, quam & caliginem dicimus. Huius uocis, si patiuntur delicatiores, uideor acutissimè originem uestigasse. Primum sui ortum habuit inter pastores: quorum mutuus conspectus cum esset eiusmodi aeris ademptus spissitudine, uocibus inter se monebant, ubi essent locorum, quid agerent, quò eundè esset. Vsitatū Priscis uerbū, calare. Altera uocis pars est, sicut in alio uerbo instigo, ab instando, & agendo: pastorū quoque soboles: certè comes. A Græcis Caligo dicitur ἀχλὺς, & conferta ὀμίχλη, παρὰ τὸ ὀμίχλιον εἶναι τὴν ἀχλὺν. Hæc super terra facie sparsa est: cum pendet, νεφέλη. Si prægnans est imbribus, si ue sterilis: quam denotauit separatim Philosophus. Nobis nubes dicitur. Sic magis arrideat id, ut humidarum genus sit ὀμίχλη, sicciorum λιγνὺς, haud repugno. Non enim solūm licet philosopho νομοθετεῖν, sed etiam pernecessarium est. Nam ipse quoque Philosophus, quæ uulgi arbitrio circumferebantur promiscuè uocabula, tam ad humidam, quàm ad siccam exhalationem, distinxit primus ad certas significandi functiones, ἀναθρομίχλον, & ἀτμίδα. Hæc autem sic digessi: non ut abducam in seruitutem loquēdi iudicia libera doctiorum: sed ut ipsi uel hæc admittant, si non incommoda cognouerint: uel accommodēt sua meliora. Non enim me latet, Fuliginem esse fumum tenuem, & à pinguibus ferè. Attendite uerò iam præterea quæ dicat hic: ἀτμὶς ὄταν περιτῆθῆσται μετὰ βῆλεται εἰς σταγύνας.

Nan-

Nanque τὸ περιτῆθῆσται est caussa prægrediens mutationem. Neque enim soluta, aut aliquo modo à calore uicta perstat: atque, ut ita nobiscum festiuè semotus à Criticis audeā, guttescit. Eadem pluuiarum quoque caussa. Exhalatio nanque aut absumitur aestu nimio tota: quò tempore nullus inuenitur demissus celo ros: aut non tota, sed uel pauca, tenuisque est, unde fit ros: aut pluscula reliqua est, à qua fit pluuia. Vbi uerò plurimum remanet, imbres ingruunt. Quod uerò dicit, ascendere τὰ περιτῆθῆσται: capiatur alio modo, quàm cum dicit, descendere. Etenim cum ascendunt, περιτῆθῆσται sunt in potentia: quippe mixta cum bona parte boni succi. Vbi descendunt, expelluntur ab expultrice, secreta prius ab excernente ui. Augenda quoque significatio uerbi huius, descendunt, Iureconsultorum more. Non enim descendunt uel tota, uel omnia: sed à medio ad ambitum haud pauca: quæ neque ascendunt, neque descendunt. Ad hunc quoque modum Mesue loquutus est, cum medicamenta quædam uocauit attrahentia, quæ deducerent à capite: quædam eradicantia, quæ subducerent à pedibus. Quasi uerò eradicatio non sit attrahentio: aut quasi nõ eodè motu sese applicet ferrū ad Magnetē, si supponatur, siue superponatur. An quid aliud aliuum censeamus, quàm medium quasi punctum, quod centrum uocant: tam pedes, quàm caput pro circumferentia statuamus? Tū Ferrerius: Audis, inquit, Scaliger, quàm curiosè carpat hic imperatoris illius tui gloriā. Sæpè equidem te de eo prædicantem audiui: Nullum illo subtilius diuidere, digerere aptius, prudentius ordinare, feliciter exequi. Denique, ut ueteres Attici dicere solebant, nullo modo παχῶ. Nam de apparendi conficiendique modo, uel Galenici & ei primas dāt.

Q ij

Et ultro sese ei dedunt. Hic autem uoluit intelligi medica-  
 menta capitalia: pedes autem festinè radices non ineleganti  
 dixit analogia. Nam Et Prisci Graij  $\epsilon\lambda\lambda\epsilon\iota$  quidem de sum-  
 mo, Et de latere:  $\mu\alpha\lambda$  autem ab imo, consueuerant. Sed haec  
 leuiora. Duo magis me mouent. Alterum est, cum animad-  
 uerti abs te  $\delta$   $\omega\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\mu\alpha$  non esse dictum excrementum. Id  
 quod mihi periucundum fuit: cui uisum fuerit olim, multa  
 esse  $\omega\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\alpha$ , quae non excernuntur. Vtramque uocem  $\tau\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\alpha$   
 $\pi$ : sed hanc posteriorem addere priori motum  $\pi\epsilon\iota\varsigma$   $\tau\eta\nu$   $\alpha\kappa\epsilon\iota\beta\omicron$   
 $\lambda\omicron\gamma\omega\iota$ : cuius esse decet studiosum philosophum. Nam excre-  
 mentum, Et superfluum est, Et consignificat excretionem.  
 Cum igitur utrunque Latine dicatur: separato usui distri-  
 buenda sunt. Quod si quis obiciat: in uocabulo hoc, super-  
 fluum, etiam fluorem contineri: nõ tam eorum tueatur caus-  
 sam, qui nomine utuntur excrementi, quàm hoc æquè amo-  
 ueant. Amouento igitur, atque aliud querunt. Haud pau-  
 ca sese offerent: illud non abiiciemus, exuperans, quo  $\delta$   
 $\omega\delta\delta\beta\alpha\lambda\mu\omicron\upsilon$  uertimus. Sicut in numeris id, quod excedit æ-  
 qualitatem diuisorum, Graecè dicitur  $\omega\delta\delta\epsilon\tau\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\alpha$ , à nobis impar.  
 Quia quod superest, uidetur esse ambitu maiore. Idcirco  $\omega\epsilon\iota$ .  
 Par uerò rectissime, quod non excederet: quoniam iuxta po-  
 sitæ partes iisdem limitibus præfinirentur. Hoc fuit  $\pi\alpha\omicron\gamma$ .  
 Vnde Et pars. Quandoquidem aureum illud à pace, conci-  
 liationeque animorum dictum sæculum, admirabilem illam  
 $\iota\sigma\tau\iota\mu\epsilon\lambda\alpha$ , pro maxima beatitudinis portione ducebat: dam-  
 nata penitus  $\omega\lambda\epsilon\omicron\upsilon\epsilon\iota\sigma\iota\alpha$ , quae nunc multorum summum est  
 numen. Impar autem non perinde è re ipsa dictum est. Su-  
 perpar enim melius. Verùm rudiora omnia primordia, præ-  
 sertim  $\delta$   $\tau\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\alpha$   $\delta\omicron\upsilon\mu\omicron\lambda\omicron\tau\omega\nu$   $\pi\epsilon\iota\varsigma$   $\delta\iota\omicron\mu\iota\alpha\varsigma$ . Itaque cecos sequimur, sed

neuti-

neutiquam cæci. Hunc ad modum Aristoteles, aliique tum  
 philosophi, tum etiam historiarum scriptores,  $\delta$   $\omega\delta\delta\epsilon\tau\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\alpha$  dixe-  
 runt in natura, quod esset rarum, atque extra hunc ordinẽ  
 uulgatum rerum quotidianarum. Sicuti de Phœnice, Bona-  
 so, solidungulis cornutis, superfætatione, octimestris partus  
 uita: quae media sunt inter monstra, Et euenta, speciesque  
 ordinarias. Quin  $\delta$   $\omega\lambda\epsilon\iota\delta\omicron\varsigma$   $\pi\epsilon\iota\varsigma$   $\delta$   $\epsilon\gamma\gamma\mu\alpha$  non fuerit, quin  
 insit  $\delta$   $\omega\delta\delta\epsilon\tau\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\alpha$ . At quae pars boni sanguinis est nimia, nun-  
 quã uenerit excrementi appellatione. Superuacuum Et super-  
 uacaneum Cicero,  $\delta$   $\omega\delta\delta\epsilon\tau\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\alpha$ : apud quẽ an excrementi uox in-  
 ueniatur, nescio. Hoc primũ erat, quod me moueret ad dicẽ-  
 dũ: Alterũ non in uerbis, sed in re est, Gutta quomodo cõcre-  
 scant ex ipsa exhalatione. nam frigore cogi, cõfessum est. At  
 in libro de mistorum affectibus Alexander ait, condensatio-  
 ne quoque fieri, non autem semper coactione, quae frigoris  
 opus sit. Exemplum addit operculi uasorum in culinis. Vapor  
 enim guttescit, nõ frigore, sed inspissatione sola. Qui conatus  
 tanto Heroe uidetur indignus mihi. Quippe Et gelatio, Et  
 spissatio, Et horum omninò genus coactio, sunt effectiones.  
 Autorem querimus. Equidem arbitror in operculo minus  
 esse caloris: calefcit enim solo uapore. Quare minor ille calor,  
 pro frigore est feruido uapori. Concrefcit ergo. Sic à balnei  
 fornice uincitur exhalationis calor. Quo cedente, gutta suc-  
 cedunt aqueae. Sed ad pensum. Sequutus Baiulius: dedu-  
 cit deinde sententiam ad naturalis rei comparationem. Sic  
 enim fieri fluuios ac fontes sub terra. Terra angustias reple-  
 ri: atque inde fieri largiores exhalationes, quae interiore cõ-  
 presso terram findant. Hunc ad modum extare fontisque,  
 fluuiosque antea nunquam uisos. Hæc sic. Verùm ut supe-

rioribus comparatio responderet, addidit, ἐξ ἧς ὁρῶν ἔλκεται. In sublime nāque fertur ἢ ἀτμῆς, qua de agitur. Addidit ἔτι illud: fluuiorum materiam esse pluuiam. Sic enim pluuiᾶ τῆς ὑπερόπτης supradicta comparabat: ἔτι ἀτμῆς conferebat ἀτμῆδι, ἔτι τοὺς σαχῆρας τοῖς ἧς βαλανεῶν ποδῶν. Πόμασι: utrique uerò τοὺς ποταμούς. Quae omnia, quemadmodum accipi debeant, uideamus. Dicit, οἱ ποταμοὶ οἱ ἔξω τὴν γῆν. At omnes fluuij de terra uisceribus exeunt. Sententia uerò illa, ὅλη γὰρ ἡ γῆ εἶναι οἱ ὑπεροί, Aristotelis est Meteoron primo. De fluuiorum principiis tres sunt sententiae: una statuit eorum materiam humiditas exhalationes: altera creat ex aqua pluuiam: tertia subuehit è mari. Hanc postremam fouit Epicurus, à quo Lucretius accepit. Habent autem maximas dubitationes. Nam neque omnes exhalationes, quacunque subter uniuersos Europæ tractus fiunt, unum modò concreare Danubium queant. De pluuiis ad eundem ambigitur modo, ἔτι efficaciore opera. Quantilla portio Garumnae: si perennitatem spectes uniuersi imbres, adde etiam niues, Aquitania? Bona uerba quaeso: ne pueriliter agere uideamur. De Oceano, tanquam de patre, non, ut ille dicebat, rerum, sed ut quidam uolunt, fluuiorum, quid habemus? De materia non potest, ut in aliis duabus opinionibus, dubitari. Plus satis est, uel ad multo plura. Queritur de subitione. Qua natura sese sursum inferre ualeat elementum graue? Aqua tale est. Hoc quia probationibus certis demonstratum, pictumque est à te, Caesar, omnium, quod equidem sciam, primo in tuis exotericis exercitationibus: non faciam, ut me sinam abstrahere à proposita plantarum materia. Dicit, ἀτμῆς fieri ποδῶν. ἦν, quoties in angustiis aqua fuerit. Ita demum est, si multum

subtus

subtus ferueat, quo plus concipiat caloris. Cateroquin ex aqua patula maiores contingunt exhalationes: si de superiore loco aestus subtrahat. Celerior enim fit motus, qui liberior est. Sic enim addēda est his exanguibus sententiis anima pro sale: sicut è cōtrario pernis sal pro anima. Fluuiorū uerò, qui cum prius non extarent, postea emerferint, generatio tum à philosophis, tum ab historicis recensetur. Haud ualde absterili ratione, atque illi, qui postquam in priore cursu certis intercipiuntur locis, exiliunt aliis postea. De aquarum miraculis non uno libro Plinius: item Vitruuius, Ouidius, Seneca, Solinus, Aristoteles, Herodotus, Strabo, Pausanias, Lucretius, Athenæus. Venimus ad eam tandem partem, quæ fidem faciebat inconsideratioribus ingeniis, hos esse libros Aristotelis. Ita nanque scriptum est: Exposuimus causas, quibus fōtes, ac fluuij generarētur, in libro nostro, qui Meteoron inscribitur. In quo etiā de terræ motu diximus. Sæpenumero iis tum fontes aperiri, tum fluuios emicare, qui nulli prius extabant. Findi nāque terrā exhalatione. Facto igitur terræ motu sæpe id inuentum est: fontes scilicet, ac fluuios coniugari. Hæc in libris Meteoron sanè scripta sunt: ἡδὲ δὲ ἡ ὑπεροί αἰετῆς γῆν: sed alio modo. Non ait, aqua terrā, sed uento findi. Quemadmodum uentus fluctuū causa sit: sic etiā αἰπὸν τὸ αἰετῆς γῆς τὸ γῆς. Hæc uerba sunt in secūdo. Nam quod inscriptio induxit illorū animos, ut ascriberent diuino uiro: non debuit. At quot uiris illustribus argumentum contemplationis huiusce suppeditatum est à Natura? Scripsit Meteora Democritus, Anaximenes, Empedocles, Anaxagoras, Clidemus, alij. Et sanè qui hæc scripsit, cum Meteora scriberet, putabat sua scribere, non aliena. Illa

R

quoque sunt animadvertenda. Ex terramotu πησαι, και πο-  
 ται μοι παλλακας συζωγωνται. Fortasse uult: distantes fonteis, in-  
 terstitio sublato, per hiatus coire in unum. Notabimus etiã  
 uerbum σχιζεται ex τ' αιανθυμοσας η γη. Intelligamus terra so-  
 liditate. Nam de solo arenoso nõ potest. Fissile nanq; descri-  
 bit Philosophus, ut omnia, mirifice: οταν παλον διαρειται, η οση  
 τ' διαρειω διαρει. Abusi sunt hoc significandi modo ueteres  
 medici, qui lac σχισον appellarint, cuius serosa pars à cras-  
 siore separaretur. Sed iã militares ostendunt sese pro nobis sta-  
 tiones. Quod enim positum est ab illo in secundo, negat hic  
 » iste. Motum, quem à concussione hoc in loco nominat σειμων,  
 » Aristoteles etiam τρομον, iste plãtis euenire negat. Paulo an-  
 » te hæc supra quoque in animalibus. At contra Philosophus  
 » et sentit, et proficitur. Eius uerba sunt: αν σειμων ει  
 τη γη ει, οπερ ο τρομος, και ο σφυγμος ει ημιν. Idem quoque  
 dicit Galenus in libro de Tremore. Vento, flatu ue adacto,  
 obseptoque tolli partes obsidentes ipsum, conatibus il-  
 lius tentantis eruptionem: premi naturali motu muscu-  
 lorum, retrahentium cutem ad pristina statum superfi-  
 ciei. Tum ita fieri saltum, atque palpitationem. παλ-  
 μως enim, qua ex uoce uox nostra deducta est, huius  
 generis est. Aliquando subfultionem sumus interpreta-  
 ti. Barbari nostri iectigationem. Sic enim uulgus Ita-  
 licum, et Francicum uocat titillationem paulo corru-  
 ptiusculo nomine. Similis motus in Piscibus uidetur,  
 aut moribundis, aut uibratione, resiltionẽ ue molien-  
 tibus euasionem. Eum Græci motum dicunt ἀπαιραν.  
 Philosophus etiam ἀπαιραν. Sub toto illo genere sunt,  
 pulsatio,

pulsatio, oscitatio, pandiculatio, tremor, saltus, palpi-  
 tatio, horror, succussio, excussio, titillatio. Motu nanque  
 comprehenduntur eo, cuius autor sit flatus aut humor.  
 Ut etiam quis addat prurimum non ineptẽ, si rem pro-  
 prius contempletur. Plato quoque huic aduersatur. Quip-  
 pe scribit in Timæo: tremorem, et rigorem modum ef-  
 se του σειμων. Eius uerba memini. τ' δ' παδ' φυν σικα-  
 γουλον μαχεται και τα φυν αυτ' αυτ' εις τωωωτιον σικα-  
 δου. τη δ' μαχη, και ε σειμων τουτω τρομος, και εις εις  
 επιση. Galenus quoque sententiam perpendit hanc, at-  
 que ita commendat, ut medicis succenseat, qui hac in  
 Natura cognitione passi sint sese ab eo, qui non esset me-  
 dicus, superari. Quasi non sit id ipsum philosophi potius,  
 à quo medicus mutuetur. Motus enim est. Ergo cum  
 uel succi, uel gummi foras expuuntur, non fit id præter  
 Natura leges: si intus uel humore, uel flatu, qui in-  
 sibilis uiridium lignorum, dum uruntur, deprehendi-  
 tur, colluctante fiat motus eiusmodi. Quin eodem libro  
 uocabuli transtulit usum alia quoque ad elementa. τα δ'  
 απομοιουμυλα φερεται ελς αν σειμων πεδ' αν εκεινων, ος αυ ομοι-  
 ωση, πων. At etiam in uentriculo, id quod isti Galenifu-  
 ga Aboalista meri nesciunt, fit aliquando tremor. De quo Ga-  
 lenus cũ inter accidentiũ differentias quadã designasset, ubi  
 tractat eorũdem causas, iterum uerba facit. At Aboali,  
 quod equidem meminerim, nusquam. Hic uerò noster ad  
 » illam turpiculã sententiã fœdiorẽ apposuit rationẽ. Quoniã,  
 » inquit, aer in partium inest raritate. Quin hæc erat caus-  
 » sa terramotum efficiens. At uentus aeris moti affectio est.

Is, qui supra terram existit, flatus dicitur. Ab eo, qui sub-  
 tus terram agitur, terrae tremorē fieri contingit. Ab eo, qui  
 in nubibus confligit, eueniunt ipsa tonitrua, sicuti diceba-  
 tur. Hic Minutius cū se uelle aliquid ostendisset, conti-  
 cuit Baiulius. Tum ille, Etsi, inquit, merito uos amo de isto  
 animo, cū Galeni sitis tam impensē studiosi: tamen non cō-  
 mittam, ut quantum uos ei debere profiteamini propter sin-  
 gularem eius diligentiam in contemplatione ueritatis: tan-  
 tum ego me comparem ad eandem ueritatem apud ipsum  
 uestigandam. Neque piguit unquam me iurisprudentiam  
 cum philosophiae primordiis coaptare. Cuius cū partes  
 habeantur tres: quae animum colat ad beatitudinem, tum  
 in cognitione positam, tum in actionibus constitutam: quae  
 corporis curet statum, atque habitudinem: quae fortunarum  
 ineat, habeatque rationem: unde Logices, Moralis, Medici-  
 nae, & economiae deductae sunt leges: non putavi libero nobili-  
 que homini solis Scaeuola, Papinianus responsis acquiescē-  
 dum: sed quae iudicia darent de rebus controuersis, protinus  
 ex ipsis, unde illi duxissent fontibus, haurienda. Quocirca  
 non parum me apud Aristotelem exercui: quātumque ope-  
 ra posuerim in cognoscendis Galeni placitis, nūquam profe-  
 ctō poenitebit. Ergo quod in libro de Tremore scripsit, hīc in-  
 ter uos discutiendum cenſeo. Duo sunt, quae mihi minus pla-  
 cent. Alterū, cū dicit: non fieri tremorē, nisi cū quis sese mo-  
 uere uult. Alterū, quod ait: tremorem non esse neruorū affe-  
 ctum, sed actiuae potestatis. Primū patiebatur obiectionem à  
 capitis tremore. Nam tametsi nolo mouere, tremit tamen.  
 Haud est, inquit, ita. Nam & aues ubi pendent in aere, nec  
 uidentur alas mouere, mouent tamen. Non apparet tamen  
 motus.

motus. Quod moueāt, ex eo manifestū est: quia si auis mor-  
 tua in eodē aere statuatur, decideret. Hoc fit: quoniā hac non  
 mouet se, illa se mouet. Hoc exēplo cōfudit Galenus id, quod  
 est sistere, cum eo, quod est mouere. Non negamus in utroque  
 conatum potestatis naturalis: sed in uolente mouere, motum  
 agnoscimus: in eo qui non uult mouere, motus prohibitionē.  
 Tā tremit ergo moueri nolens, quā mouere uolēs. Ita capi-  
 tis pōdus mutat locū inuita uirtute. Non enim tunc mouere  
 uult, sed neq; mouere, neq; moueri. Nā quod putat hāc (ne-  
 cessariō fingā) stitionē esse motū, fallitur. Motus enim est mu-  
 tatio loci: at sistēdi conatus, ne utiquā ad motū tendit, sed ad  
 motus prohibitionē, quā à sistēdo stitionē dicebā, sicut à stā-  
 do stationē. Auis autem uiuens non cadit, quia motitat ali-  
 quantum: esto. Statim enim, atque sese delabi sentit, colligit  
 aerem. Non tamen semper id facit, ut moueat: neque tamen  
 tum cadit, quia sistit, ac tendit neruos. Quare hoc quoque  
 uerbo Ligures aucupes utūtur, ad eiusmodi quietis designa-  
 tionem. Neque uerò melius, quod ab Hippocrate deducit  
 argumentum. Prohibet, inquit, Hippocrates eum, qui crus.  
 habeat ulceratum, uel stare, uel etiam sedere. Hinc igitur  
 tam in statu, quā in sessione, quae uulgo quietis indicatur,  
 colligemus esse motionem. Utinam tantus uir hac silentio  
 prateriisset. Iā tum primū cōstat in utroq; mēbri deuexita-  
 tem excipere posse facile defluxiones. Id quod ne continge-  
 ret agroto, decubitus ab optimo sene praescriptum. Pendula  
 namque crura multū arcessant humoris è procliui. Tāto ma-  
 gis stanti. Nēpe laborant muscoli, dum uetant, rursus pror-  
 sum fieri motationem: idque non mouendo, sed motum pro-  
 hibendo: quando motus loci mutatio est: hīc loci seruatō est.



Alterū, quod indicabamus, iā nunc dicā. Carpit Herophilū, qui dixerit, tremorē esse affectū neruosaē substātia. Haud hu-  
ius esse, sed morricis facultatis. Et in epilogo sic. Palpitatio-  
nes, conuulsiones, paralyses esse instrumentorū nocumēta: at  
tremorē affectū imbecillae facultatis. At enim uero si tremor  
motus est: motus corporis affectus: tremor erit corporis affe-  
ctus. Facultas mouens nō est corpus: non ergo mouentis fa-  
cultatis affectus tremor est. Nihilō magis quām terramotus  
est affectus grauitatis, quae in terra est. Non enim grauitas  
quatitur, sed terra substantia corporea. Ita, quemadmodum  
supra stitionem cum motione cōfudit, hīc eodem modo caus-  
sam cum morbo. Imbecillitas enim est potestatis affectus: ea  
est caussa tremoris, qui est affectus neruosaē partis. Sic para-  
lysis, conuulsio, palpitatio, sunt partiū affectus, quorū caus-  
sa sunt facultatū debilitates. Postremo cum definit morbum,  
affectū qui primus impedit membri functionem, atque ic-  
circo laesionem eius: hīc statuit morbum facultatis laesionem.  
Omnino uel altero in loco falsus, uel utroque. Nanque in  
febre fit potius uirtutis laesio quā membrorum: calorem enim  
non naturalis obruit naturalem, atque auertit ab officiis  
propriis. In tremore uerō quid? Non enim tremor officit uiri-  
bus, sed frigus, puta, aut uenenum, aut humor, aut aliud ta-  
le quippiam. Tremor autem est aut morbus, aut accidens.  
Hāc si minus probabuntur uobis: at satis mihi fuerit, à Iu-  
reconsulto profecta, quae nondum uiderit ullus uestrorum  
factiosorum. Quare cedo quae sequuntur. Nihilō, inquit  
ille, meliora. Iccirco in locus arenosis non moueri terram. Ca-  
terū alia ratione caussa deducenda est. Quippe iis in locis  
multum inest aeris. Sed iccirco non fit, quia partes obsi-  
dentes

identes aerem mutuis inter se cedunt obsequiis, neque con-  
tranuntur. Non enim continuum corpus est. Sed & illud  
malē: ἀλλ' οὐ τὸ τοῖς μακροῖς. Imō nusquam in corporibus den-  
sis: in quae aeris aditus nullus, unde postea cogatur erum-  
pere. Aqua uerō tunc attribuit, cum dicit: ὁ πῶτος αἶαν οἱ τῆς  
ὑδατων καὶ τῆς ὀρέαν. Turbo potius in aqua dicatur, aut κλυ-  
δών. Cuiusmodi locus est ad promontoriū, quod Vascones &  
Cantabri uocant Capberton. Tranquillo namque Caelo se-  
cundum litus illud excitatur flatus quouis decumano ma-  
ior. Minus quoque scitē idem attribuit aquis, & lapidibus:  
cum τερρῶν utrunque dixit. Quippe nullū suppedatur exē-  
plū usu: nulla ratio praefertur ab etymologia. Sed origo uo-  
cis exprimit potius contrarium. Nempe παρὰ τὸ ἕσταιαι τὸ  
ῥοῶ. Solidaē nanque rei fluxis interest ac liquidis certos ter-  
minos constituere. Illud quoque ab Aristotelis dignitate lō-  
ge alienum est. τῆ φύσει τῆ ἀέρος τῆ θερμῶ, καὶ ξηρῶ οἷσι τὸ αἰα-  
βαίνδν. Quin equidem à philosophorum nullo unquam di-  
ctum reor, Aerem calidum, & siccum. De frigore, caloreque  
controuersantur: humidū uno ore concedūt omnes. Nō pra-  
teribitur sine commendatione uerbū κατακλειδύσαι. Sic enim  
est, ut aeris partes dominantur, & sint potiores. Aristoteles  
in secūdo libro de Caelo, τὸ κλειώτατον τῆ παντὸς, quod esset in  
uniuerso praestantissimū. Idē usus Demostheni. Et habemus  
κλειῶν ὑμῆρα. Et apud Galenū τὸ κῦρος θεραπέας. Et in quinto  
de locis τὸ ποδὲ καρδιον τῆς ἀκῦρα ὑπὸ μωρίαν: non est mēbrū pri-  
mariū. Atq; is, qui in animalibus negabat motum, ausus est  
addere, ἀλλ' οὐ ἀλλοῖς πᾶσι. Neq; eo cōtētus, addidit, ἢ παλάσκιος.  
Exēpla quoq; apposuit, οὐ ὄστρακώδεις, καὶ ὑέλοις, ἢ λοιπῶς μετὰ-  
λοις. Nemo tamē ollā unquā uidit tremere, neq; uitrū: nisi cū

intus aqua feruet, ex eius motu mouetur. At idē lignū quoque facit. Et agitāte intus humore sese subter cortice, cū tentant eruptionē lacrymæ, nihilominus euenire par est. Sensum later: quia nō obseruatur. Quin ea musica instrumenta, quæ uocāt organa, tubis cassiterinis confecta, si maiora sint: dum fistulæ inflātur illæ, nō solū tremunt ipsæ, sed & saxæa pilæ, quibus tēplorū tholi sustinētur. Hoc admota manu sæpenuero deprehensum est à nobis. Tāto magis tēplorū turres, æneis pulsatis tintinnabulis. In uitro tamē, et in fictilibus cū multi sint meatus, atq; intus cōclusus aer: nunquā tamē inde tremere sunt deprehensa. Dissiliunt sanè calore circūuenta: cū flatus obfessi in cauernulis attenuātur. Gelu quoq; propterea quod aquea natura uitri est. Cogitur ergo magis, quā quantū eius natura fert. Tulit autē, quātū, et quoad licuit per ignē. Vtteriora momenta pati nō potest, quin abstinent partes. Post hæc ubi rationē dat egressionis aeris, rectè sanè sentit. Itē æquē bene: aurū ob densitatē mergi: lignū propter aereas partes fluitare. Dixit, συρίακῆς, ut παλαίσκιος. Sic in octauo de Repub. Plato. ποσειδάκιος. In nono autē etiā sesquipedale, ἐπιπαισίο παλαίσκιος. Verba sequuntur, quæ me ualde remorata sunt: ὁθεν εἰς τὰ φύλλα εἰς κείαδύται τὸ κείαδύο, μὲν πολλὰ κῆς ξύλον, εἰς εἰς τὸ ἀποκέμελον τὸ βαρῦ. Nōne satis erat sic? Nō prohibēt frōdes quin lignū summergatur, ubi nō submergitur. εἰς τὸ βαρῦ εἰς τὸ ἀποκέμελον. Addēdū uerbū absque negatione. Neq; graue mergitur, puta aurū ppter τὸ ἀποκέμελον. Quod quid sit, cum haud sciam, ne laborabo quidem. Sed pro nobis Ferrerius, ut solet. Aliter, inquit ille, hic. Non propter folia fundum non petit, quod sæpè fundum petere solet lignum, nec propter grauitatem: sed quia aliud solidum

solidum est, ac densum, aliud rarum. Profectò mirifica uerba. Nam si Buxus fundum petit, citius faciet cū uiridis est, quā sicca. Si ergo uiridis ramus foliatus fluitarit, foliorū beneficio continget id necessariò. Tum quod negat: grauitate urgeri, trahi ue ad fundum, quis non deputet insani uerba esse? Non enim rarum omne fluitat: sed id, in quo plus aeris est scilicet. Minus ergo graue. Hic uerò noster dissimulauit τὸ ἀποκέμελον. Sic & supra, illam aeris, quam tu merito damnabas siccitatem, sustulit de medio. Perpulchram sanè μὲν χλοῆν, & haud nostrarum similem. Sed in uiam redi. Etiam sequutus Baiulius, minus probis uocibus hic usus est ad ea, quæ proponerentur. Dixit βραχὺ, breue lignum, in aquam si demittas, fluitare. Quin longum quoque nihil se-cius, & latum optimè. Imò uerò quanto longius, ac latius, modo sit eiusdem spissitudinis, rectius, commodius, leuius & extat, & fertur. Temperatura gradus idem adiuuatur à figura, siue, ut prudentius dicam, modus dimensionis: id quod est etiam in quarto de Cælo disputatum. ἐπιπαισίο rectè: rectius ἰδιόπολις. Quæ deinceps adiungit, uulgaria sunt: usq; dum scribit, omnia folia supernatare: uidelicet eorum quoque, quorum lignum mergitur alioqui. Quod uerò dicit, Ebenum subire aquas propter densitatem, & ab Aristotele dictum est, & à nobis compertum. At uerò non sit satis. Nam Spongia quandiu aeris plena est, fluitat: cū aeris in locum subit aqua, mergitur: neque tamen densa est. Itaque Philosophus in libro de mistorum affectibus de Ebena scripsit hæc. Non fluitat, quia ἀεὶ περιέχει τὸ αἶρ. Quo ex loco id obseruabis, quod aiebat: ἐκ δὲ τῶν εἰσὶν τὸ μέλαινον. Quasi etiam non nigra quæpiam sit Ebeni species. Vt ne id quidem latuerit di-

uinum Poëtam, qui epithetum adiecerit, tanquam necessarium, cum dicebat: Sola India nigrum fert Ebenum. Herodotus tamen ex Aethiopia post expeditionem Cambysæ uelut Aethiops factos, centenas Ebena phalangas tribuit nomine Persarum Regibus pendere solitos. Id quod adegit uiros doctos suspicari, Gaiacum hoc iam usu Venereæ luis factum nobis populare, nihil esse aliud, quàm Ebenum decolorem. Quæ ligna si sunt affinia potius hominum opinione, quàm specie, meminerimus, ab autoribus prodi, frondes Ebena Buxo similes: Gaiacinas uidimus allatas, Commari, Laurus ue facie. De Pausania hac quoque in historia mendacis non est hic locus: Ebenum radicem esse opertam sine stipite. Contrà, impostores & phalas ad pedestres lanceas uenditâr è Terebintho, & incoctas atramento Populnas assulas ad speculorum capsulas: & ad tessellatum emblematis opus roboris frustilla, quod diu sub aquis nactum fuerit nigredinem commendabilem. Addit ad rationem: Propterea quòd, inquit, in ipsis est humor & calor. At humoris mos est partibus coaptari. Calor autem facit, ut humor ad eam partem reducat, quæ aeri commodior est ad consequendum. Vtinã sic omnia dixisset. Nam quod fluitat, in utriusque confinio uersatur, aeris, & aquæ: propterea quòd utriusque certo modo particeps est. Aqua igitur ab humore non abhorrebit, qui humor in oleo est. Habebit ergo secum. Habebit autem in superficie: quia calor eò reducit, ubi aeri commodum est cum aqua coniungi. Sic enim interpretor hic, καὶ εἶναι: quod est ἕνωσις & opportunum. Quare quo loco aer, & aqua coeunt: ibidè erit corpus ex aere, & aqua constitutum. Quæ lege recens ouum, non satis aeris cum contineat, submergitur: uetustate exhan-

exhaustum supernatat, aere concepto intus. Iccirco intelligemus humidum aereum: propterea nanque dixit, humorem cum calore. Etenim aqueū humidum terreis cedit partibus. Quæ caussa est, ut arida natent ligna eadem, quæ uiridia non natarant. Pali, qui diu sub aquis in excipulis fuere piscinarum, si euellantur, neque extrahantur, tamen haud emergunt. Hanc non iniucundam sententiã fatali lapsu uerbis illis deformauit: ἢ ἴσος τῆς ὑδατος καὶ αἰθέρος πλῆρης. Omitto, doctis, atque accuratis uiris, ἢ ἴσος, non ἢ ἴσος hîc. Dicamus illud, Ad suam superficiem non leuat aqua terram. Neque rectè sentiam: Aquam potius alia tollere, quàm seipsam deprime-re. Iniecto nanque corpore cum discedit à seipsa, mouetur loco sursum ui. Suapte natura tum seipsa restituit in pristinam sedem suam. Neque aerem leuat aqua in locum suum: esset enim motus aeris per accidens ab externa caussa. Neque si deficiat aquæ moles uniuersa: eius in locum sese demittat aer: nisi ut ne detur uacuum. Quin nihilo melius accipiet nos illorum sententia uerborum, quæ sequuntur: nisi iuuet illum Ferrerius placitis Mathematicorum, in quibus nulli cedit ætatis nostræ. Cum enim superficies nullã accipiant diuisionem profunditatis: in disputationibus naturalibus de motus continuitate constitutum est à Philosopho, neque ex punctis ullam dimensionem, neque ex lineis ullam latitudinem, neque è superficiebus ullam constari posse profunditatem. Quare inter aeris, & aquæ superficiem cum nihil intercedat: & superficies superficiem nequeat copulari: necesse est Mathematico utriusque unam esse superficiem. Iccirco dicit hic. ὅλη ἡ ἐπιπέδου ὑδατος μίαν ἐστὶ μὲν τῆς αἰθέρος. Sic in XXV sectione questionum, De aere, & aqua sic scribitur. ἢ ἕνω-

τοῖς αὐτοῖς ἕμια. ὃ δ' ἐπιπέδον ἐκείνου ἔχ' ἕτερον. In quarto de Calo eadem & uerba, & sententia. Hæc tamen facilius dicuntur, quàm intelliguntur. In iis enim multas patimur difficultates. Nam si τὰ ἄκρα sunt ἕμια, τὰ ὑδρωπεδα sunt τὰ ἄκρα: ergo τὰ ὑδρωπεδα sunt ἕμια. Si superficies sunt simul, quæ sunt simul non sunt unum: non erunt unum duæ superficies. Ad hæc, superficies corporis terminus est. Quoruncunque corporum una est superficies, unum corpus sunt illa: nimirum corporis unius partes. Hæc enim est subtilissima cōtinui definitio: cuius partium omnium termini sunt communes. Nec absunt ab hac Aristotelicæ descriptiones: quarum una est è primo de Calo: ὃ σωεχὺς ὃ ἀγίρετον ἄν' ἀπ' ἀγίρετα. Ergo si una est aeris & aquæ superficies, aqua in aerem erit ἀγίρετα. Nam quemadmodum momentum, quod instans uocant, non est pars, atque ita quod citra est, non distinguitur per punctum ab eo, quod est ultra: sic non distinguetur per superficiem corpus aeris ab aquæ corpore. Erit igitur cōtinuum. Quod manifestū est in quinto Physicorū: ὃ τὰ αὐτὰ ἄκρῃται, καὶ ἐν τῷ ἐκείνου τῶν οἷς ἄπρονται. At ἀπόμυα sunt, quæ sunt ἕμια. Vtriusque enim uocis origo eadem. At aliud est σωεχὺς, ut in sexto: σωεχὺς ὡς τὰ ἕτατα οἷ. Quod clarius in quinto Metaphysices, & declarat, & disiungit ab iis quæ sunt ἕμια. καὶ αὐτὰ σωεχὺς, ὅσα μὴ ἀπὸ οἷ. At in quinto Physicorū, ἀπόμυα ὡς τὰ ἄκρα ἕμια. Postremo si est aeris, & aquæ superficies una, aere moto, mutari necesse est superficiem simul: at ne moueatur aqua: aut aduerso moueatur motu: idem erit motus in aere, & non motus in aqua, aut aduersus motus. Quæ sunt & absurda, & incredibilia. Perspicua magis erit obiectio, si ad caelestes orbes referantur.

Iisdem

Iisdem nimirum legibus Iouis superficies una futura sit cum superficie Saturni. Ad illud diuerticulum fugiendum: Mathematicè unum esse, quia nihil corporis intercedit: Physicè non esse, quia diuersis sub formis constant. Ita uidetis ἀπὸ τῶ ἀπύρου λαμπύρος ἐν ἀλλήλοις σκοτεινῷ ὃ φῶς λαμπύρος ἡμῶς ματαί. Græcè dixi: quo nostras indicarem miserias in quaestione Veritatis: de decus celare ὃ ἀποτυχίαι. Sed ad rem. Ab aere fieri dicit hoc, ut fluitet: non autem à ligni materia. Hoc ergo fuerit, illud ἀποκαμύων: de quo supra querebamus. Quapropter alterius affert exemplum materia. Ideo quidam lapides fluitant, inquit, quia uacuum, quod in ipsis est, exuperat partium quantitatem. Intelligendum hic uacuum, quod opponitur denso, non autem pleno contrarium. Abutitur scilicet uoce hac. Itaque coactus fuit addere: Locum aeris esse maiorem, quàm terræ locum molis. Declarat igitur, ὃ κενὸν aeris esse locum. Caterum haud satis est, esse maiorem: quin longè maiorem oportet esse. Paruum siquidem terreum corpus in maximum corpus aereum diffunditur. Quod est in secundo de generatione. Et in secundo Meteoron, dicebatur: plus occupare loci rarum, quàm idem densum. Quare, inquit, rupis, cotis ue leuioris frustum in aquam si demittas: eius extabit dimidium: alterum dimidium subibit aquam: propterea quòd plus habet aeris, quàm lapidis. Plus in mole, inquam: scilicet quanta sit satis ad æquandam leuitatem suam cum lapidea grauitate: non autem in ui. Sic enim plus extaret, quàm dimidio. Quo in loco possem alia quoque, si audeam, attingere. At uereor ne occurrèdo toties, offendam. Tanto, inquit Minutius, tibi frequentiùs, atque audacius accurandum est: ne sis animo semper impedito.

S iij

enim te potes ex hisce turbis sine turba expedire. Age age quicquid id est, esto iam. De memorabili, inquit ille, aequalitate: quae tam inaequaliter tractauit disputatores potius, quam ab illis tractata est: ut integrum librum Gentilis ingesserit suis commentariis. Non meliore consilio, quã qui tot, tantaque de tribus doctrinis consarcinarunt. Optimi quidem uiri illi, atque doctissimi, sed immodici, atque, ut ita dicam, intempesti. Quod igitur isti dicunt aequale ad pondus: id nequit inter philosophos uel recipi, uel admitti. Ignis enim pondus habet nullum. Reliquum est, ut sit aequale, aut respectu ad mensuram, aut ad uim, aut ad proportionem. Ac mensura quidem aequalis, inter ignem, & terram consistare nequeat in corpore uiuente. Si uerò uis aequalis omnium sit: tunc uerò corpus illud nullã unquam in partem naturaliter moueatur. Vltimus modus est, quem Galenus πρὸς τὴν διαιρέσιν αὐτοῦ referebat. Vt quia latitudo sanitatis, exempli gratia, certis continetur, ut ita dicam, spatiis elementorum: quae portio accedet ad punctum intimum, ea sit circumscripta ratione huius aequalitatis. Si uiuens homo constitui potest tribus terrae partibus, cum terra plurimum habet: & duabus ac semisse, cum multum: & ex duabus, cum satis: hunc ad illam mediocritatem recensebimus. Cui mistioni non est necessaria aqua ignis natura: sed si duas ignis partes, qui obtinet, plurimum habet: qui unam, & semissem, multum: qui semissem, satis: hic semissem ignis duobus illis terrae a sibus aequale fuerit. His dictis, cum oculos, ut ad reliqua pergeret, in librum coniecisset: haec, inquit Minutius, ut indicta silentio praeterires? Malim ista quidem, ad quae te iam paras, ignorare. Nihil unquam accuratius audiui. Igitur ad alia.

ἐαχίαι

ἐαχίαι, inquit, pro cotricula posuit. Pollux in primo, pro litore, aut scopulo. Plutarchus in commentario, αἰ περὶ βυτίου. περὶ λιθοπίου, pro strepitu: μὴ ἐαχίαι ποιοῦντες ἐὶ δῆμον, καὶ ἄφορ. A scopulorum, arbitror, allisione fremitum expressit. Habetis & apud Sophoclem. Vt in transcursu nostrum hunc sermonem faciamus hilariorem Virgiliana eruditione. Ille nanque cum esset omnium bonarum literarum plenissima bibliotheca, referat opus suum diuinum illud, uariis, atque reconditis literaturis: Caterum tanta dexteritate, atque pudore, ut ea uix attigisse uideatur. Itaque de scopulis dixit: Dorsum immane mari summo. Graeci enim ἐαχίαι dorsum uocant, ἐαχίαι saxum, quod extat e mari. Sic est apud Strabonem, Thucydidem, alios. Deformauit autem sententiam obscuritate orationis. Ἄλλ' ἴστω, inquit, πάντα τὰ διδρα βάρυτα ἐὶ τῆς οὐρανίας. At qui lapis? Nam quantum in ipso est, uerumne sit hoc, sanè nescias. ἐαχίαι enim non significat pumicem, de quo hic intelligat haec dici necessario. Docet autem nos Plinius Thyraeum lapidem natate, fluitareque grandem: comminutum mergi. Quam causam subicit, haec à nobis esto. Aeris in eo multum contineri, non in minimis partibus, ut in lignis solet, sed inter maiusculas. Quibus disitis, simul cum abeuntis aeris leuitate, natandi beneficium amittat. Sic peluis aenea fluitat integra: concisa pars longè leuior mergitur tamen. Ratio est: quod aer, qui eius in sinu est, tam repente nequit separari, quam citò pondus deprimere possit. Perstat igitur. Si foramine subire possit aqua, tum decedet aer: quia paulatim res ea geri queat. Itaque minus rectè Plinius eodem loco prodit: inania uasa non facilius, quam plena ex aquis extrahi. Quin illa ipsa inania nullius egent

penitus extractionis : sed multa ui uix depressa sponte resiliunt adeo, ut etiam deligata secum sustollant onera . Ita nos sustinebant natate discentes pueros cucurbitae: quod munus explebat antiquis cortex . Quae uero scribuntur hic de lapidum generatione, minimè pertinent ad hunc locum . Sed uniuersalis consideratio tractationis interest, quae mistorum affectus designat. Priuatim uero spectat ad librum de terris, glebis, lapidibus, lapillis, gemmis . Nam metalla gemmarum ne subsequantur, an antegrediantur generationem : parum est diligenter à philosophis obseruatum. In Timæo, de lapidibus Plato: certo commentario Theophrastus. Plinius non bono consilio diuersis hæc maximè locis tractat. In secundo lapidum naturam exequutus, in ultimo gemmarum, lapillorumque texit historiam. Eadem tamè & natura, & generatio: materia sub alia forma speciei. In iis enim maxima ex parte aquea, & aerea lux. Nihil consultiore opera, cum à simplicibus corporibus inchoatum opus deduxit, post terrarum descriptionem, statim ad rem maximè compositam : hominem dico . Inde narrationem illico demisit in res minus compositas: uerùm euerso ordine. Marmora enim gemmis prætulit. At sunt hæc compositiores, atque operosiores. Ad

propositum redeamus . Gignuntur, inquit, ἐκ τῆς ἀντιθέσεως τοῦ ὕδατος καὶ τῆς ἀέρος. Ex aquarum mutua offensione: quasi sit hoc efficiens, & ἀπὸ τῆς ἀέρος. Materia uero spuma. Spuma namq; ex collisione. Rarefcit igitur aqua primum : Sic aerea natura pinguior, ac uiscidior diutius constat : quoad calore quopiam, maris uel falsugine densescat, ad lactis, ut hic inquit, modum . Tum collecto ex attritione sabulo fiat lapis . Prudenter addit, τῶν ἐπιπέδικων τῶν ἁρίων . Multae nanque, multiplicisque interpolatio-

nis

nis eget aqua, ut lapidescat. Ad aquas calidas parieti adherentes crustas legimus ex aspergine . Nec aliis natura legibus ἀλοῦται, & Halcyonium . De Adarce alibi dictum est. Echini marini medullam miratus sum: lapidea erat, sed eiusmodi, ut nemo, qui unquam uidisset Echinum uerum, dubitaret olim uixisse illam . Huiusmodi miracula multa Plinius recenset, scribitque, intra arborem lapidem inuentum. Etsi non tam intus conformari, quam intro immitti potuit integer: circum quem obducta partes arboris coalescere quauerint . Quemadmodum de quibusdam spoliis uidetur scribere Theophrastus. In mare autem bonus hic uir ingressus, si non exit ad plantas, in elemèti feritatem potius transferatur culpa. Otiosè tamen admodum scrutatur arenas, quarum

enarret generationem . Terræ, inquit, pars quaedam dulcis non est . Igitur intra illam partem recepta si restiterit aqua, non potest ab aere alterari. Propterea quod ille partes in terra non sunt : quippe salsa. Ergo concalesceta tam ille, quam aqua luti genus efficiunt natuum . Cuiusmodi dulcibus in aquis gigni nequit : iccirco quia in iis non dominatur terræ siccitas. Quare uel mutat illa aqua in suam speciem, uel prope modum hoc efficit: atque utrunque alteratur. Indurat ergo terræ duritia, propter uim suam compingendi: & aqua diuidit ita subsidentiam, ut è limo fiant particulae pusillae . Ac propterea quae prope est mare terra, fit arenosa . Auditis hominem, qui medio in mari nihil habeat salis, unde condat orationem suam . Miram uero audaciam, Negare dulcibus in locis arenam reperiri. An uero fluuios nullos eius terræ, cuius iste sit ciuis, arenas alluere ? Tam miserè, ne dicam uacorditer, immemor sui : mox ut in campis irriguis aqua

T



dulci scribat arenam generari. Multis in aestuariis ad fundū  
 arena nulla est, sed limus: reliquæ scilicet maritimarū quif-  
 quiliarū, quæ ibi relabente restitarūt astu: unde græca uox  
 ἀμμια. Subtus uerò quantūquantū, totum id arena est. At  
 interiores ac subteriores uenæ minus salæ: ut omittā, quod  
 uulgò canūt nautæ: maris fundū dulcibus aquis esse mitio-  
 rem. Et accedit propius ad opinionem philosophorum. Nam  
 si salugo contingit aquæ propter Solis uim: igitur quæ aqua  
 maximè semota fuerit ab ea ui, maximè uidetur ab ipsa di-  
 stare salugine. Plinius tamen ab hac sententia discessit in se-  
 cundo, non sine admiratione suorum popularium: quando-  
 quidem in xxxij sectione propositarum questionum uerba  
 sunt, quæ pro nobis aduersus illum faciunt. Arena uerò ter-  
 re species est, sicut & sabulum, & calculi, & lapides uola-  
 res, quos à glareâ nominant alicubi glareones Itali: qua ex  
 materia montes integros constare constat, non à mari geni-  
 tos, ut hic ait, sed à natura conditos cum mari simul. Arenā  
 quadraginta amplius ulnas effossam uidimus propter litus:  
 ubi turrim pro portu fundādam redemerat Architectus. Eā  
 reor equidem nulli unquam antea mari cognitam. Nam  
 quod ait, in minutas solui partes: uix credibile est à natu-  
 ra fieri: ut quæ ad Cantabros est, ullis olim sæculis detritior  
 sit futura. Partes item illæ terræ, quem habeant suæ salita-  
 tis autorem, contēplādum. Non enim à terra salsedo, tanquā  
 accidens à substantia. Frigida terra: calida salsedo, calorem  
 habens suæ principium generationis. Attendite & id:  
 σκληραῶν οὐσαι ἢ σκληρότης τῆ διωκίμῃ τῶ συμπέλειος. Nam supra  
 quoque τῶ συμπέλει attribuit aquæ: & hic terræ, non aquæ.  
 Et agendi potestatem assignat terræ: quæ tamen omnino  
 passiva

passiva est. Nam neque frigore hoc, neque siccitate agit quic-  
 quam. Denique duritia nihil posse durum fieri, nisi per ad-  
 missionem: nemo nescit. Non igitur erit τῆ διωκίμῃ. Cauebo  
 uerò mihi ab illo dicendi modo: ἀπαστα ἢ γὰ ἕκ, ἐστὶ γλυκίαι. Sic  
 enim dulcis esset nulla. Quod uerò dixit, πικρὸν ἢ μ. Φυτον: sum-  
 ptum id est è primordiis philosophiæ. Quoniam limus in po-  
 tentia fuit illius naturæ: Quasi dixerit, genuinum. Sic Ari-  
 storeles uentos uocat ἰσχυρὰς, qui suis è natalibus recta spi-  
 rant. Indigenam uocauerim Latine. Ita corrigendus codex  
 est, ut addatur negatio: ὅτι ἢ κλειδίῃ ἀ τῶ τοῖς ἢ ἐρηότης. Scilicet  
 in dulcibus aquis defit siccitas. Alioqui contradicat ipse sibi.  
 Nisi cum tuo duce Ferreri diuersam insistis uiam. Imò te,  
 inquit ille, quod minimè reris, enigmate uerberabo. Nam  
 neque tecum sentit hic, neque aduersatur tibi. Quæ fieri  
 potest? ait Bainlius. Atqui factum, inquit ille. Nam ne-  
 que addidit negationē: & τῶ τοῖς, interpretatus est, illis: non  
 autem, iis: nouo errore corrigens errorem. Profectò, ut huic  
 assentiar Scaligero: uersionis onus pistrinarium est. Ad mo-  
 lam enim alligati uertimur in gyrum equè, atque uertimus,  
 Tu uerò, ubi uoles. Appendit, inquit ille, huic imposturæ  
 auctarium de nihilo meliore merce. Idem nanque continge-  
 re campis apertis Soli, atque uliginosis. Arescūt enim partes  
 eorum Solis ui, dulci nimirum excusto succo: quo fiat, ut sabu-  
 lum generetur. Id esse maximo argumēto. Quia si quis pro-  
 fundius fodiat: natiuus inueniatur limus. Esse uerò hunc  
 arenæ radicem. Non enim arenam fieri, nisi per accidens.  
 Atque hæc quàm uera? Est in Gallia parte regio, quam nūc  
 uocat Beausam uulgus. Ibi arbor nulla. Omnia sub impe-  
 rio Solis sunt. Vligo latissima: uber glebæ felicissimum: arena-



rum nihil. In Aquitania tractu, quas Lanæ appellant, Ericis, Genistis, Paliuris, aliisque fruticillis eiusmodi tota facies operata est: quominus Solis radios apertos experiatur. Nihil ibi præter arenas etiam profundissimas. Contra, permultis locis sub arvo pinguisimo subsunt arenas: subter eas saxei scopuli. Neque magis uerum est, arenam per accidens fieri, quam lapillos. Forma enim sua est, qua sit arena, non pulvis, non lapis, non aliud terra genus. Si per accidens existeret, aliquando coiret, uel aqua, uel igni. Neutro fit. Adhæc, in aqua putrescit nunquam. Plato in Timæo de arena, & saburra nihil: de generibus aliis terræ concretæ multa. Etiam uidere est, quam diligens fuerit Theophrastus: nisi uitij culpam sustineat iniuria temporis: unde facta est tam præclari commentarij mutilatio. Ita digerit Plato. Saxum, fictile, lapis, lapidis species fusilis, ex quo uitrum. Generationem uerò deducit ab aqua concreta. συμπαλιν, inquit, ὕδαρ μετὰ βαλλυαῖς ἀέρος ἰδίων, καὶ πλείστον ἴσασιν ἀέρος. ὅσα αὐτὴ βαρὺς, ὡς αἰὲς ἢ ποδὶ χυθαῖς ἢ γῆς ὄγκω σφόδρα ἐθλίβει, ξυλωσέτε αὐτὴν εἰς ἴσους, ὅθεν αὐτὴν ὁ γένος ἀήρ. Et concludit. σωωθεῖσα δὲ ὑπὸ ἀέρος ἀλύτως ὕδατι γὰρ γίνεται πέτρα. Deinde diuidit in species. Aerem uerò commiscet ad splendorem. Tantum abest, ut per humidæ consumptionem factum dicat lapidem, ut eius materiam constituat humorem. Sic etiam Empedocles. Lapidem feruentium aquarum ui concrecere: id quod & Aristoteles recitat in xxxiiij sectione. Et in xxxij iam dixerat arenam esse saxum pusillam in partes frustillatim cōminutum fluuiorum agitatione, maris uel salo. Sic in hoc ob æstum, in illis ob cursum, arenam fieri: in lacubus immobilibus nullam. Iste uult per limi concretionem: ille contra, per dissipationem. Aegyptum

alluione

alluione factam uult Herodotus: quia superioribus locis arena sit. At enim uero multis in partibus arena uisitur, nullius aquæ uel argumento, uel uestigio, uel susceptione. Quare neque limus pro materia, neque pro effigie possit humior assignari. Neque uerisimilius est: ex maioribus montibus maiores factos per dissolutionem, quam ex minoribus maiores per concretionem. Locus est in ea, quam dicebamus, in Italia parte, Lanarum nomine, Cohortes uocant, sub præture Vassatensi. Eius loci lapidina ferunt saxa, quorum in uernulis adhærescunt Mytuli, Buccini, Cochleæ, non alia constantes materia, quam cuius est earum matrix: adeo uerò frequentes, ut pleræque directiones earum occursum deprauentur in edificiis. Ibi qui putet Oceanum restagnasse, uix uniuersos Aremoricos à diluuiio uindicare posse uideatur. Hoc ideo dico: quia si marina species extra mare generantur saxæ: nihilo secius arenas procul ab illo concreari posse fateamur. Nam quemadmodum dicebamus, integri montes arenarum sunt in Vasconia passim: quos si tandiu texit mare, quoad sabulum gigneretur: necesse fuit, uniuersam penè Galliam totis illis sæculis sub mari latuisse. Quod uerò uidere uelim, quò sese receperit, postquam hinc decessisset. Concludent igitur emunctiora iudicia contra nostrum hunc sic pote: Fluuij arenosi, qui non falsi. Arenosa terra sicca, humore nullo. Arena sub pingui terra. Arena sine limo. Ergo neque falsitas autor est arena, neque humor, neque Sol, neque limus. A sale proinde petas argumentum. Ab Sole concretum in magnos grumos, sub Sole positum haud unquam arena scere. Nota mirificam uocem. Εἰσὶ τὴν μεμικροσμένην ἀπὸ ὕδατος γλυκερῆς, & μοχ μακροσμός. quasi factum sit à natura id. μακροσμός

T ij

enim autorem notat actionis, quam significat. Facetè dixit,  
 Ἀλαβὴ βῆ ἢ κινήσεως τοῦ ἡλίου: *mora motus*. Ab arenae effecto-  
 re mari fertur, deinde ad effectum effectoris: *salsuginem, in-*  
*quam, cuius autorem Solem facit*. Verùm laxè nimis dicit,  
 καὶ τὸ ἦν ἑρῶν ἦν κίχθιδι. Neq; enim sic fit *salsum*, quod *sal-*  
*sum fit: sicut arenā dicebat arenā fieri*. Nam *salsilago creatur*  
*ademptione partium dulciorum*. Arena uerò torius humo-  
 ris. Feratur tamen intra τὴν ἀκεῖ βολογίαν. Tum astruit mul-  
 tum ineptiarum. Propterea quòd ambiat aqua terram: iccir-  
 co potiore prerogatiua deberi aquae nomen elementi, quàm  
 ipsi terra. De ratione uel puer iudicet. De re ipsa non nisi sa-  
 pientibus, quid sit statuendum, constare puto. Vel à magni-  
 tudine sumatur argumentum, uel à censu rerum naturalium  
 compositarum. Nam quaecunque sunt hìc apud nos, etiam  
 pisces ipsi plus terrae, quàm aquae habent. Nam quod piscium  
 recentia cadauera quadam fluitet: id efficit aer, qui in illo-  
 rum uacuis continetur. Sicut ἑλῶνα cadauera terrestrium. Ea  
 postquam sub aquis computruerunt, multo concepto aere de  
 putredinis calore, sursum enatant. Cæterum piscis frustum  
 in aqua inditum fundum petet. Non igitur aqua plus habet.  
 Tanto minus, quae seorsum creantur exortēs aquei loci. A  
 mole uerò si euocemur ad huiusce rei disquisitionē: ut Græcū  
 est prouerbiū, *secemus medium*. Aqua facies ergo, quae cō-  
 paret, terra tractu tota fusior est: etiam si demantur appen-  
 dices fluuiorum. At ipsa corpora si conferantur inter se, uix,  
 exempli gratia, *semuncia est aqua totius ad assēm terrae*. De  
 more suo ἔξω hìc appellat principium. Arabes ita loqui so-  
 liti sunt. Rerum principium radicem uocant. Plantae prin-  
 cipium non radicem, sed uenas. Et odiosa sententia: ἢ ἔξω

πίντων ἢ ἰσάτων γλυκερῶ. Aqua enim suis primordiis in-  
 sipida. Siquidem dulcedinis opifex est moderatus calor. At is  
 in aqua nullus. Omnium philosophorum consensu est in na-  
 tura frigidissimum. Non ergo constabit ex atomis aqua De-  
 mocriti. Corpuscula nanque illa omnia figurata ad gustus o-  
 mnem speciem. At insipidum priuatio est: non enim sensum  
 afficit, ac ne tētat quidem. Erit ergo corpus sine figura, qui-  
 piam, ridiculè. Nam ex uacuo totam efficere ne queat aquā.  
 At solum uacuum figura carebat. Hic autem ueterum fouet  
 sententiam: quorum fuit princeps Thales: *Aquam solam esse*  
*primum rerum elementum*. A qua tantum abfuit Aristote-  
 les, ut in secundo Meteoron ne fluminum quidem principium  
 concefferit haberi. Hinc ex propositis construit demonstra-  
 tionem. Aqua leuior est quàm terra: ergo aqua dulcis, quā  
 salsa. Nimirū quia salsa terrea est. Oui cōfirmat exēplo iam  
 peruulgato. Dulcem aquam subiturum, idem in salsa na-  
 taturum. Aristoteles in propositis questionibus, oneratas na-  
 ues extare plus in mari, quā in fluuiis. Haud plenam tamen  
 hìc addit rationem. Dulcē propter partium tenuitatem su-  
 stinere non posse: *salsam propter crassas posse*. Mihi aliter ui-  
 detur. Non propter partium tenuitatem, crassitudinē ue,  
 quicquam esse aptum, uel ineptum ad sustinendum: sed ex  
 earum cohæsione. Quapropter in oleo defacatissimo plus ex-  
 tat lignum, quàm in aqua. Olei tamen partes tenuiores: ae-  
 rei nanque plurimum obtinet, aqua multum, terrae exempta  
 face minimū. Itaq; gutta pannis aspersa latè subit, ac diffun-  
 ditur: aqua non item. Quae caussa est: ut stilus duapondo  
 mucrone demissus in aquam citius descendat, quàm lamina  
 decempondo eandem in aquam secundum superficiem im-

posita. Scilicet separat stilus partes : lamina non separat . Sic quod aqua non sustinebit , sustinebit aqua glacies eiusdem : non ob partium differentiam , quandoquidem substantia est eadem , sed ob partium differentem posituram . Coniunctiores enim sunt . Oui posuit exemplum : ut efficeret , quod precipit Philosophus in secundo Metaphysices : Non posse quibusdam , nisi exemplis , persuaderi . Quippe rationes etiã uerissimas , si uulgares ea non sint , ac passim recepta , non admittere . Hoc genus hominum uocat idem mancipia sensuũ , atque intellectu mancos ait , in duodeuicesima sectione . Ecce uerò appendicem . In mari mortuo nullum animal mergi : nihil propter siccitatem gigni . Aiunt tamen ex Aristotele Cyprius in fornacibus Pyraustam generari , quam etiam Pyralin uocat Plinius . Tamen si manult Hermolaus , Pyroton . Pyralis auis apud Aristotelem . Dixit , animalia non mergi . Sic Plinius , Cameli , inquit , ac Tauri impunè fluitant . Inde fama nihil in eo mergi . Quasi de ceteris nullo dum facto periculo . At Solinus certo quicquam mergi negat . An de eo Strabo quicquam scripserit , nunc non memini . Genesareticum tantum nominat . De bitumine quoque Babylonio solo . Ad hæc in eodem mari nihil quicquam gigni . Ratio . ὅτι κρυαὶ ἐν ξηρότητι αὐτῶν , καὶ αὐτῶν περὶ , ὅπου ἔστι πλεονεξία τῆς ἡμῶν τῆς γῆς .

Qua uerba non parua indigent considerationis . Nempe in ipsa terra multa oriuntur Afelli , Lumbrici , Talpæ . Nihil autem propius terræ naturam , quàm terra ipsa . Non igitur est siccitas in eo mari , quatenus siccitas est , sed siccitas inepta ad generationem . Quæ siccitas subscriptorem , atque etiam collegam suæ habet ineptitudinis amarorem . Sed & pessimè dixit , ἡμῶν τῶν : quod accederet ad figuram terræ . Verum ne-

que

que figuram esse ullam elementis in tertio de Cælo disputat Aristoteles : & in quarto , ne ad motum quidem quicquam facere ἀπὸ τῆς τῆς ἡμῶν πρὸς τὸ κέντρον , ἢ ἄνω , ἀλλὰ τῆς τῆς τῆς : tantum abest , ut quicquam præstet ad generationem . Tum si quis terræ globum spectet , æquè intelligat aliis quoque communem elementis esse figuram illam . Prosequitur ab his rationē salis generandi , postquam de maris salitate uerba fecit : eamque sudori comparat , atque apponit , ut retur , causam . Fit , inquit , sal in stagnantibus aquis : in quibus quod erat dulce salsescit . Superat uerò terræ salsugo salsuginem illam . In illa enim remanet inclusus aer , in hac non remanet . Ac propter ea non est illud terræ corpus particeps secundum omnem modum cuiuspiam dulcedinis . Siquidem aqua genus id est , quod exit ex ipsa terra , sicut sudor . Quasi uerunt aliqui : Sal quare non nisi dulcis aquæ commistione fiat : cum sit calidum & siccum . At isti supponunt falsum . Nam & sine dulci fit . Contentiosis autem respondebimus . Aqua dulci cohesionem temperari . In cautibus tamen exesis Aegeo mari , ad Nauplium , & Epidaurium , scio lectum sal à militibus ex assultu fluctuum relictis ibi , mox à Sole cōcretis aquis . Aqua uerò dulcis id præstat , ut de pinguitudine sua deponat aliquid mare . Quod enim tale est , minus commodè concrefcit . Iccirco glacies ex aqua fit , ex oleo non fit . Spissescit oleum , non glaciatur . Sic & aer . Quod & à Philosopho edocti sumus . Id etiã uerum ne sit , considerandum . Quod erat dulce salsescere . Nam sanè ex aqua salsa fit sal . Neq; dulcis illa prius salsescit , quàm salsescat . Adhuc dubitabo , an terræ salitas salis superet salsuginem . Non enim uidetur . Actu nanque sal falsum est : terra uerò potentia tantum . Neque affectio terre propria

V

est falsitas: & salis propria est. Sed salem sub terra fieri, sicut & sulfur, & ignes, quoniam autore alio, quam caelo? Salem uero terrae sudorem cum uocat: sanè facetus est. Hoc idem cum de mari dixissent antiqui, risit Philosophus in Meteoris. Illud attentius in memoria habeamus. Terram sine humore nūq̄ uel salescere uel salsescere. Quare cū Sol sit efficiēs: aqua materia: terra potius esse uidebitur (parcite auribus uiri elegantissimi) com materia. Nam efficientis rationem sibi nullo modo uindicare potest. Plato in Timæo ab aqua salsa, & terra: ut salsuginem ab aqua trahat, à terra concretionem. Nitro quoque olei principium attribuit quoddam. Plutarchus Cerui lacrymam dulcem, apri salsam scribit. Apponit causam: frigus in Ceruo, calorem in Apro. In calidis animalibus, atque animosis excrementa omnia calida, amara, salsa. In xxiiij sectione, stans aqua salescit: ex mobili sal nullum fit. Exigit enim concretio quietem. Et ibidem. Maris aquam quo plus coquitur, eo plus acquirere salsedinis. At calidior est prope litus: ut est in quinto historiarum: sanè ex reflexione radiorum à propinquitate fundi. Et apriciora omnia litora concalescentibus facilius arenis. Quoniam igitur modo litoralis aqua dulcior ibi dicitur ab eodem? Contrà nanque uideri debeat: si salescit à calore. Quo enim coctior, eo calidior. Respondeo. Motu aquam caleferi, atque arescere: dulcescere igitur. Spumescit enim. Non ergo parum concipit aeris. Plutarchus, alios humores agitados frigescere: mare incallescere: Fortasse. Nempe omnis aqua calorem concipit agitatione. aeris enim haurit multū. Ex aestiuis extractam puteus cum iumentis potui damus: ne frigore suo noceat, aut torminibus, aut angina, uexaram prius baculo

exhi-

exhibemus. Hæc cum dixisset, respirabat. Percontanti Minutio quid esset negoti: Vota, inquit, soluamus Neptuno, ut ait ille, salsipotenti. Iam uero tandem uix enauimus: ac terram attingimus, in qua stirpes intermissas resalutemus: atque utinam melioribus auspiciis. Nam quasi rem arcanam ex Iacchi, ut aiunt, uanno mystica notandum monet. Quocirca nouum hinc inchoare caput licet.

- Scire, inquit, debemus: plantas esse non ex simplici materia, sed compositas. Quasi uero hic sit locus. Nam per initia libri huius posuit iam *διωκόμεναι* illas. Et in libro de mistorum affectibus, iam illa uerba sunt: *ὡς τὰ μὲν οὐκ οὐ τοῖς τε φυτοῖς ὑπερέχουσιν, καὶ ζώοις*. loquitur de qualitatibus: at qualitates in elemētis. Ibi quoque in eiusdem libri extremo, ad animalium, atque plantarum historiam transiturus ait, hæc ex condissimilibus esse composita partibus. At nullum simplex corpus constare posse partibus inter se dissimilibus, in secundo libro de Cælo iam declaratum fuit. Iam est in secundo de generatione, quod supra dicebamus, ex quatuor omnia constare. Prioris sententiæ uerba memini: *ὁμοίως τὰ ὁμοιομερῆ θεωρητικόν, καὶ πᾶσι τὰ ἐκ τῶν σωστῶν τε, δὴ αἰθρῶπων, φυτῶν, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιοῦτα*. Alterius hæc: *ἅπασιν τε δὲ τὰ μικτὰ σώματα, ὅσα πᾶσι τὸν τῶ μέσῳ τῶν ἐστίν, ἢ ἀπείντων σύμμετα τῆν ἀπλῶν*. Illud durū: *οἱ βοτάνοι, καὶ τὰ ἔδη*. Herba, & species. Adiūgit
- porro haud satis commodam comparationem. Sunt, inquit,
- composita planta, sicut salsedo ex aqua maris, & arenariū
- substantia. Esset igitur circulus in natura. Sic efficiēs causa suum haberet effectum pro causa efficiente: aut forma formatum à seipsa pro forma sua: aut materia materiatum pro materia. Nam si, quemadmodum supra dicebat, ex aqua

V ij

maris fit arena: propterea quod aqua salsa est: & ex arena fit falgugo: profectō *ἔστι κίχλη ἀπὸ θαλάσσης*. Quod tamen esse *ἀδωάτοι* in resolutoris declaratū est. Præterea nō est ex aqua & terra composita falgugo: nam quæ, quota falguginis pars aqua est? Nusquam substantia pars est accidentis. Etenim pars & totum sunt eiusdem prædicamenti. Alioqui non esset unum per se. Mirifica deinde uerba fundit: cū uult causā reddere, quare plāta cōposita sit. Exhalationes, inquit, ubi cōcreuerūt, possunt cōprehēdere causam, qua fit, ut sint plāta. Iam illud excussum oportuit, quomodo concrescat. Non enim à seipsa hoc obtinebit exhalatio, sed à calore gignitiuo. Cuiusmodi motum Democritus appellabat, *σπῶ*: ut Philosophus in quarto de Cælo scriptum reliquit. Verbum quoque *σπῶ* *ἄλλοθεν*, Aristotelicum sanè, significat agendi potestatem. Itaque dixit, *ἀδωάτοι*. Caterūm exhalatio, quæ sit materia, neutiquam poterit formam comprehendere, qua fiat planta. Quin potius comprehendit. Occupatur enim, atque uindicatur ab alterius formæ prehensione. Quippe affectam materiam paratis qualitatibus forma facit esse secum hoc, aut hoc. Quid autem sit illud, quo afficiat (hoc sanè est, *σπῶ* *ἄλλοθεν*) magna fuit controuersia. Hac quoque propositione uidemus non probari, quod intendebat: quatuor ex elementis esse plātam compositam. Nempe *ἀπὸ τῶν ἑσσῶν* suapte natura potest unico tantūm elemento constare. Quæ uerò sequūtur uerba, sunt sanè quàm incommoda. Decidit, inquit, aer inde, atque irrorat locum. Atque ex eo seminum proueniunt species ex ui siderum. Nam quid confert aeris casus ad probandum, quod exhalationes, ubi ascendēre, concrescunt? Neque intelligo, quid sit *ἀδωάτοι*. Vnde nanque cadit aer?

An

An uult, ex eo aere? Vt sit aer efficiens plantarum causa. Irrorare nanque effectio est. An, ex eo id est congressio aeris, & materia, quæ est in loco? Cadere uerò uoluit: opinor, ad terram se demittere. A terra tamen abscedit aer nunquā. Profectō alium intelligat igitur aerem, scilicet superiorem. At ne sic quidem possit. Ascendit enim aer omnis, non autē *καταπίπτει*. Sanè duo simul hac esse nequeunt, aer, & descēssio: tanto minus aer, & casus. Cadit enim, quod deorsum fertur natura sua, posteaquam subductum est id, quo uiolenter sustinebatur. Omitto, *ἄλλοθεν ἀδωάτοι*: malim, *ἄλλοθεν ἀδωάτοι*. Rursum uerò ineptit, ubi dicit: Aquam esse plantæ materiam necessariam. At, bone Deus, cuiam misto nō est aqua necessaria? Ipsa metalla, quæ rerum omnium durissima sunt, ex aqua concreta constant. Cūm ex Galeni diligenti obseruatione: tum ex Pragensibus fodinis id comperitūm est: opere intermisso, superficie per initia madore oblita, tandem Chalcitidis euasisse crustam. Iam ipse suprā testam dicebat è luto constitutam: cuius luti pars haud parua esset aqua. Cur ergo, *ἀπὸ γῆς ἄλλοθεν*? Non enim est uel planta propria, uel alius mistis non necessaria. In libro de affectibus mistorum, terram, & aquā statuit Philosophus, quasi pro materia: aerem, & ignem, quasi pro forma. Propterea quod illa passiuæ sunt, hac actiuæ: eaque tanquam præuia formæ instrumēta. Theophrastus in secūdo de causis, quo in libro recenset aquarū differētias, è quarū ui plantarū generi maleficia beneficiā ue queant proficisci, aqua frigida rigatos hortos melius proficere prodidit. Verūm aliter à nostratibus fieri meministis. Solum ocimum sub Sole calefactis aquis, atque per pannū transmissis, perēni gaudet irroratione. Cæ-

V ij

terra frigida aquæ pereunt omnia, sicut & calida. Ea de causa per aestatis tempus, è puteis haustam manè permittimus sub vesperum insolari: qua rigaturi sumus in sero diei, cum deserbuit: postquam diurnum cælum passa est, ut mitesceret, ac deponeret cruditatem. Ideo perit Oryza, si propter fontes existant elices: unde frigidior exeat aqua. Prata non minus degenerant ob eandem causam. Aquilonias uerò, atque austrinas pluuias, nocturnas diurnas ue reducemus ad similem rationem: ita ut citra teporem aqua sit, non frigida tamen. Vrit enim quemadmodum & austrina. De his apud Theophrastum satis. Post hæc diuidit aquarum genera. Nò cuiuscunque modi aquam uenire ad generationem. Non enim salisam, sed dulcem. Probat. Salisam grauior. Concludit inde. Idcirco pari nisu non quit ascendere cum dulci. Probatio pendet ex problematibus, & quarto libro de Cælo. Attexit deinde corollam, quo mercis augeat commendationem. Hinc, inquit, fontes, & fluuij. Verùm perit muneris gratia per repetitionem. Vt possimus perurbanè περὶ ὕδατων, ὁμογενῶν διοργανῶν. Addit odiosa uerba de cursu fluuiorum: καὶ εἰς πολὺν ἄλγεσι γίνονται. Cæterùm à cauda, quæ nos pupugit, incipiamus. Quis inde fluuios, fontesq; deducat, quòd aqua salisam cum dulci nequeat ad plantam subire? Contrà potius usu uenit. Fontes esse debere salios: propterea quòd hæc à plantis aqua relicta sit, attracta scilicet, atque epota dulci. Legimus enim in historiis, aquarum scatebras extitisse repente succisis syluis. Neque melius hìc dictum est, aquam ascendere, quàm supra, aerem descendere. De salisam uerò quid senserit Plutarchus, iam supra satis. Nam quis adimat ab aquis ascensionem propter salisam: terra concedat, à qua

qua sit ipsa salisam? Ascendere, accipio laxè nunc cum hoc autore nostro pro eo, quòd est in superiora loca trahi. Quis igitur arborum cacumina multa esse terra neget constitutos? eamque terram ipsam, ab imis petitam, attractamque radicibus. Huius ascensionis argumentum posse capi uel à pituita, uel à sanguine, uel ab atra bili: quæ sæpenumero crassa admodum, atque etiam salisam subeant cerebrum. Sed & sudor etiam capitis ipsius salisam est. Non enim est pura descensio in corporibus propter grauitatem, purus ascensus propter leuitatem: sed utroque attractio de uentriculo, & iecore, quæ sunt nice puncti medij. Hactenus anfratibus καὶ καταικτιστικῶν ἐκποτικῶν studuit, quibus errationem suam ostentaret. Iis ualdè uexatos nos hactenus, reficere animum induxit hac gelidissima tempestate uaporariis: è quibus exemplum petit. In cameris receptam ad fornices exhalationè in guttas concrefcere, quæ postea descendant. Dixit, καὶ ταμιζέται ὁ ὄροφος. Verbum uulgare sub sarcinis: uerùm hìc minus aptè positum. Non potest intelligi, quomodo contignatio, aut camera prematur guttis, quæ pēdeat. Deorsum uergat Bantia Vasconica suffixa ferreis clauis, & grauior quidem fiat: non premetur tamè. Egressi uerò tandem omnibus ex aquis, ad terras reuertamur. Qua in egressione, primùm aquaticas herbas occurrere par est. Negat eas herbas augefcere posse iusta magnitudine, quæ salisam proueniunt locis. Addit causam. Ob humoris, inquit, siccitatem. Intelligit siccitatem potentialem. Omnis siquidem humor humidus actu est. Sed qualis hæc sit sententia, uideamus. καὶ ἄνδρῶν appellat plenam magnitudinem. Attamen ita censeo. Suum cuiusque generis esse καὶ ἄνδρῶν: ita ut etiam maritimis arboribus sua sit



iuſta magnitudo . Nemo it inficias, Apuas, & Squillas, & Afillos, & Afellos, atque alia minuta, quæ uocat Ariſtoteles ἰστίαι, Gari confectores, ὀλίγια, ſuam conſequi magnitudinem, haud ſecus atque Crocodilum, Priſtin, Phyſeterem. Nam maritima planta maris, uti dicebamus, fruuntur alimento: neque in terram translata uiuunt. Hæc ut concilietur, eandem plantam conferemus, quæ in terra, quæ in mari naſcitur. Nanque ad Oceanicum Germania litus arbuſcule quadam ſunt infelicibus natalibus, non contemnendis tamẽ: quippe ſaxis hæret, radice uel nulla, uel obſcura adeo, uix ut ſui ſpecimen præbeat. Ceterũ contra pertinaces inſtent. Praſon marinum, quod eſt ſub aquis admodum prolixum, ſi transferatur in aruum, longè breuius futurum. Idque adeo, ut euadat nullum: quod multo minus eſt, quàm eſſe paruum. Et Pepones in Venetis litoribus audiui grandiffimos eſſe, atque etiam nitidiſſimos, ſuauiſſimoſque. Fruſtra uerò auferunt alendi uim, atque crementa ipſa à ſalſedinis natura, ſi meminerint Orçarum, & Balanarum. Sed & illud demus. Salſo non ali plantas: at non continuo ſequetur in ſalſo non ali. Nam ſi non ſubibit, ut hic uult, aqua ſalſa: non oberit igitur. Deinde ſic agam. In aqua ſalſa plus aqua dulcis eſt, quàm in terra ſine aqua: cuiuſmodi ſunt hæc terræ noſtræ, in quibus arbores uiſuntur. Paululum humoris deprehendas: aqua non item. In ſalſa dulcem contineri, perſuadet ratio: docet Ariſtoteles: exprimit experientia cõfeſſionem: oſtentat natura. Piſces enim dulces ſunt. Alligatis ad nauigiorum latera lanis exprimitur ad bibendum dulcis exhalatio. Quamobrem ut piſces in mari, (dulci nanque ſcribit ali Philoſophus) nõ ex mari: ſic etiam ſtirpes in ſalſa,

nõ eſt ſalſa. Iſte uerò ludit, cũ à ſicco prohiberi, ne creſcãt, ſcribit. Quippe tum, ut dixi, maxima capiunt incremẽta piſces, qui ſunt alioqui terreſtribus animalibus molliores, tum Palmarum, quod & alibi dictum repetere cogimur, cultui ſal adhiberi prodidit Theophraſtus. Poſtremo ſi eſt quercus cinere ſit ſal, (ſit enim) haud quaquam eius alimento repugnare uidetur, quod in eius eſt ſubſtãtia. Ex iſdem alũtur, quibus conſtant animantes. Illa etiam, quæ ſubdit, ſunt diſpicienda. Opus, inquit, habent & materia, & loco: quæ duo principia conueniunt inter ſe. Exiſtimauit, arbori mare non eſſe locum idoneum. Non omni quidem arbori locus ille aptus eſt. At marina arbori non ineptus, & naturalis. Repetendo cogor ineptire, dum repetentem ineptum ſequor: Euenit ergo mihi, quod & iudici. Is ut cadem expiet, cadem iubet. Falſus autem eſt, cũ apponit locũ ſimpliciter δικεῖν. Quædam profecto planta uſque adeo læduntur hoc, ut etiam intereant. Capparis, Artemiſia tenuifolia, Cunila omnes, alia multe. Perſuaſum, receptũque eſt, Iridẽ cultum aſpernari, fierique deteriore. At cultus habet cum eucraſia proportionem. Neque monticolis, neque iis, quæ aquis ſunt populares, mediocritas ulla conuenit. Non igitur aſſignandũ & δικεῖν pro loco plãtis, ſed ſuũ cuique. Et eſt demonſtratio: Non omnes planta ſunt δικεῖν: non igitur opus habent locis temperatè temperatis. Et reclamat hiſtoria inſtituta. Nam primũ hic agnouit in aqua ſalſa: mox à niue: tum rediit ad ſalſas: inde ad alia loca, quæ ſunt calida: poſt hæc ad arenofa: ab iis eas ad plantas, quæ in aquarum uiſuntur ſuperficie: porrò ad aquas calidas, loca edita, loca ima, ſaxoſa, ſicca humida. Quibus expeditis plantarum aggreditur conſti-



rationem. Vbi uidebitis, quot quoties retractet : quem ordinem non pudeat obturbare. De his igitur agamus sigillatim. Non ferè, inquit, inueniemus in niue plantam. Dicit, ferè, uerò. Propterea subdit: à se uisas in niue plantas, sicut & uermes. Ac de uermibus quidem Philosophus quoque prodit historiarum quinto. Assignat rationem: quid ita non gignantur in niue. Caloris, inquit, penuria. At quare gignantur, est: causa exsiccitas, atque inclusus aer. Nix enim spuma obtinet modum, atque proportionem. Itaque solutæ niues etiam lutum creant, in quo herbulas nasci translaticium est. In potestate niuis igitur herbilla fuerant ea, perinde atque lutum. In secundo libro de generatione, demonstratur hæc sententia magno ambitu propositionis. ὅτι, inquit, εἰς τὴν ἀπὸ βοῶν καὶ τῆς τῆς ἄνθρωπος, ἢ τῆς τῆς θεοῦ. ἢ τῆς ἐκ κρυπάλων, ἢ τῆς ἐκ πυρὸς γίνονται. Alibi tamen de ignigena uolucella dictum est. Nam Salamandram uel impunè pati, uel etiam flammam extinguere, non ex illis progigni fabulantur. Olympiodorus ait in papyretis inueniri. Iccirco fasces à uitrariis excuti, ne labem fornacibus afferat. Tradit autem hic, mutilas, mancasque plantas illas esse, quæ de niuibus oriuntur. Quippe foliis carere: quemadmodum aliis quoque locis maletemperatis nequeunt flores edere plantæ quædam. Scythæ, qui tum maximè bella gerunt, cum maximè glacie rigescit tellus, equos habent adeò sibi aliena tempestate consulentes, ut ungulis rumpant crustas, atque apertis uescantur herbis. Ad dit, omnes herbas, quæ in niue oriuntur, amaras esse. At neque nix amara est, neque quod fit ex ea, lutum. Et aer, qui continetur in niue, multus debuit intus dominari: solitus in mistorum concreione dulcedinem comparare. Ac sanè gelidissima

lidissima nix admittere nequeat amarorè: si eius uel causa, uel comes perpetuus calor est: ut uoluit Galenus. Qui Opiū amarum putant, huic opinioni minus aduersabuntur. Empedocles etiam, qui canit igneam piscium naturam, delatam ad humoris domicilium, quo temperarentur, non ausit huic repugnare sententiæ. Hic subiit Minutius: quia uidebare progressurus ad alia, nec amaroris causam dare nobis uelle: accipias, si probaris. Obsessus sub niue calor, ubi sese in humidum tabescentis niuis insinuarit, creat aliquid, quod sit amarum: quia decesserint amabiliores partes, sicut à mari. Sic sub inclinationibus celi clementioris acquirunt à niuibus arua fecunditatem. Niuibus operto agro, non exhalat calor genitalis. Iccirco effætescunt terræ continuatis sationibus: quoniam & abit in segetè materia, & cum ea spiritus uiuificatores. Augentur, autem magis post niuem sata, quòd radices maiora ceperunt incrementa. Ita penu fit opulentiùs in parsimonia, quo latiores epulæ postea comparètur. Hunc ad modum his in campis uagandum est. Quòd si Georgius Valla fecisset, non id obiiceretur ei quod commisit in commentario quintæ Satyræ Iuuenalis: ubi Squillam piscem cum Squilla Cepacei generis confudit, sumptis hoc ex libro uerbis ad suæ sententiæ confirmationem. Sed iam deduc nos ad alia loca. Faciam, inquit ille, posteaquam tam studiosè nos ex illis niuibus eduxisti. In salis, & siccis, inquit, haud ferè uidetur planta. procul enim sunt à bono temperamento. Sanè pertinent hæc ad superiora: propterea non immorabimur. Quam addit causam, neque accipio, & uix percipio. εἰς τὸν ἄνω, inquit, ἢ γὰρ. At quemadmodum decrescit terra, cum à terra, & ex terra salsum fieri prædicarit?

Siccum quoque ad terram pertinet. Tum si minuitur terra: fieri uideatur id, propterea quod in plantas abeat solum.

• Haud dissimilia quæ sequuntur: ἢ ἴς μακρόν εἰσι ὑρότης, καὶ  
 • Σερμότης, ἢ πῶρ εἰσὶν ἄλγ' ἡλυκίος ὕδατος. Quoniam procul abest humiditas & caliditas, quæ per aquam dulcem comparantur. Quibus uerbis nihil esse potest absurdius. Nemo unquam dixit, aqua beneficio parari calorem. His expeditis de falsa proportione transilit ad plantarū generationem: declarat eam, quæ affici queant ab euentu, qui postremus omnium dulcibus terris euenire potest. Fit interdū, inquit, ut terra dulcis emoriatur. Itaque minus celeriter in ea procreatur herba. Hoc peccat: quod de cæteris omnibus affectibus prius erat ei dicendum, quàm de perniciose terra. Est hic omnium ultimus profectio. Quippe à formæ priuatione. Alij à forma ipsa: ut fertilitas, celeritas generationis, cultus facilitas, æquabilitas ad diuersa progignēda, bonitatis diuturnitas. Hi affectus habitudinis terræ sunt: ille priuationis. At est negatione prior affirmatio. Scilicet simplicior, & æquiparatur enti: negatio uerò, priuatioque, non enti. Post habitudinis affectus per gradus certos deuentum oportuit ad interitum. Inciperet igitur à substantia. Veluti cum assiduis operibus exhauritur. ἢ οἷος enim partes abeunt. Deinde procederet per alia predicamenta: qualitatem, cum frigescit uentis, aut arefcit aestibus: quantitatem, cum in cliuis per imbres gleba detergitur: tenuisque crusta relinquitur radicibus defraudatis. Item à situ partium. Quemadmodum si perpetuis densescat imbribus. Tum ex pauca superficie nequeunt sata caput exerere: si qua prodeunt, adolescendi potestas nulla. Non enim cedit indurata crusta. Quamobrem

cuneata

cuneata stipula strāgulatur. Poëtice admodum dixit, ἢ ἄρα. Ut ea terra mori dicatur, in qua nihil uiuere ualeat. Urbane admodum Philosophus in primo Meteoron, non ad officium generationis, sed πρὸς τὴν ἄλγ' μόνην, καὶ τὸ παρελλοίηθ' dixit, terra partes habere ἀκμήν τε, καὶ γῆρας. Quapropter ea, quæ fuerunt ἐν ὑδρῶν ἐκτροπῇ, καὶ μεθ' οὐδὲν: & festiue subdit, ἢ πρὸς δὲ τὸ πῶρ βιάσκον τοῦ, καὶ οὐδ' οἱ γίνοντο καὶ τὰ μέγος. Itaque de locis item loquens haud multo post utitur auspiciato uerbo, δὲ θνήσκει. Hoc enim animalium est, cum fruuntur commoda ualetudine, quod & δὲ θνήσκει dicit idem in historiis. Cæterum hic non constat ipse sibi. Quid enim sibi uult, ἢ ἔξωσ; Nam neque celeriter, neque tardè mortua in terra quicquā ullum facere processum potest. Post mortem agit de uita.

• Dulcia loca propter humorem, & calorem esse commoda.

• Verum prudentius tractat hoc, quàm supra faciebat: cum traheret ab aquis dulcibus calorem. Nunc ab aquis humores, ab aere calorem: aeris calorem ab Sole. Tum duo concludit:

• Maturari coctiones fructuum his in locis. Et, in montibus plurimum humoris attrahi per aeris calorem. Non est modica disceptatio in eiusmodi comparatione, quæ fit montium, & camporum, ut pernoscat uter sit calidior locus. Nam sanè uel uentis, uel niuibus montes, quàm campos, quibus in locis utriq; sunt, & celerius, & grauius, et diutius occupatos uidemus. Id si præ oculis habeamus, soluetur controuersia. Montanas herbas montibus, planis campestres felicius prouenire. In alsiosis Alsinem, in opacis Batonicam, in apri-cis Meon, in aquaticis Sium, in sabuletis Pulicariam, in parietinis Capparim, in litoribus Batin, in ripis Botryn. Habemus & parietes, & macerias, & saxa, & resiccata lo-

ca, uelut ad Xanthium. Si quis uerò ne<sup>ct</sup>areis Platonis condimentis aueat herbulas hasce facere commendabiliores, possit. Locum quidem non esse principium, sed principiorum stationem. Formam uerò principium, quæ affinem nacta materiam eatenus perficiat, quoad aptum sibi, atque idoneū domicilium sua opera comparatum induat. Epicurus uerò cum præficiebat rebus generandis litem, & amicitiam, nominibus integebat qualitates. Vnde constet illius error, si præponat accidentia substantiis. Substantia sanè contrariū nihil est. Nequit igitur inter eas esse lis. Item forma non conueniunt ad misiones. Vna enim unius tantum est. Ergo non est amicitia. Actiones igitur qualitatū, & frustra, & temerè principia statuebat. Quod si quis subtilius contempletur, non ex amicitia potius, quam è lite fieri putet generationem. Est enim generatio, non quidem nunc nostra illa momentanea præscriptis Aristotelis introductio formæ, sed antiquis recepta, atque habita propter hanc præparatio: est inquam in hoc temporis tractu nihil aliud, quam consuetus pugnantium, quoad unum fiant. Itaque in Platonicis legimus mysteriis, quod & ipse docet Aristoteles: Belli finem esse iustitiam: ut sibi quisque possideat, quantum satis putet. Tum uerò sequitur pax. Nihil enim præterea uel lacepsit, uel lacepsitur. Hunc ad modum perfecta generatione iustitia consistit in misto. Ex duobus nanque conciliatis fit in unū coitio: quemadmodum ex maris, femellæque semine conflatur fœtus. Ea duo non pugnant, ut alterū ab alterius iniuria sese uindictet, nisi motu, agitatione, subitione: denique tacito cōsensu mutuo naturali: uult hoc perfici, uult hoc perficere: atq; ita demū quatenus inter se cōueniat. Alterius generis si

interueniat semen: tū uerò pugna fiat ex impacabili dissidio, quo nulla sequatur generatio. Abeamus hinc alias ad terras iam, in quibus non oriantur plantæ. Inter quas, terras arenosas nominat. Caussas addit. Quod in sabulo & salsedo infit: & Sol haud satis habeat uirium ad continuandum pabuli partes disitas, quas in plantam deinde transformet. Ideo uel non nasci herbas ibi, uel infrequentes. Natas uerò nō esse pro ratione propriarum specierum, atque differentiariū, sed ex proportione tantum similes. Hæc nisi uestra lenitate condiantur, non bellè cedat auctori. Non enim deditas à natura sabuletis herbas accipiemus, sed alias, quæ proba in terra nasci consueuerunt. Eas è sabulo non prodire, quis nescit? Si quo casu peregrina gignatur ibi, uel minus benè, uel haud ita diu posse frui credamus alieno beneficio. Nihilò sanè melius, quam si Lituanus demigret Genuam: uel tabescat fame, uel nunquam penitus abeat in eorum mores. In omni uerò sabulo salsuginem dominari, non nisi demens aufit dicere. Arenarias uerò herbas plus, uti iam tangebamus, triginta meliore solo fieri deteriores scio. Inter quas partim repetam, partim addam, Agriorhaphanon, Pulicarias tres, Polygonon, Botryn, Artemisiam leptophyllon, Crispulam, Crethmon, Eryngium, alias innumeras. An uerò uerum sit, locis mutari species, fortasse quærat aliquis. Quippe ne mutatis quidem illis, eas mutari declarauimus ex Theophrasto. Dixit autem τὰ Ἀσφορᾶς, pro eo, quod nos τὰς Ἀσφορᾶς. Aristoteles sic posuisset. εἰ δ' ἐκλυοντο, ἀλλ' ἔτι καὶ τὰ ῥ' ἄσφορᾶς. sententia uerò semiplena est. Nō enim fit id, quia Sol continuare partes nequeat: ut sit ultima caussa: sed ultima caussa, defectus humoris est. Nam si Sol continuat scapi partes dodrā-

*talis : quare non addit duplum aliis super alias continuatis?*  
*Non igitur Solis uis caussa uera : sed forma fines quosdam*  
*prescribens sibi certa in materia: quæ ubi desit, species con-*  
*fici nequeat. Nunc ad alias. Quæ in aquæ nascuntur super-*  
*ficie, eas herbas ex aqua concreta fieri. Radice carere: pro-*  
*pterea quòd radix ad terram pertinet natura sua, distin-*  
*ctasque partes habeat. Ibi uerò terram esse nullam. Foliis*  
*carere : quia careant æqualitatis temperamento. Intelligit*  
*eam, quam Lenticulam aquæ nominant. Interpretes ἰντῆ-*  
*γοῦ transtulit. Nomen hoc hac in re hæctenus ignotum mihi:*  
*quodque cum figura minimè conueniat: & cuius uestigia*  
*sint alius plantæ nomini cognita. Postremò qua ratione sit*  
*ἰντῆγοῦ, si foliis caret? Quocirca scire peruelim, quid ταμίς*  
*iste tuus habeat in suo penu, Ferreri. Nihil, inquit ille.*  
*Quid nihil istud est? ait Baiulius. Quid aliud, inquit ille,*  
*quàm nihil: siquidem totum hoc omisit orationis, quæ de no-*  
*mine statuit? Prudenter, inquit Baiulius. Silentio uerò,*  
*disimulationè ue, diluât ne potius, an augeat dubitationè?*  
*Nam in tribus diuersis exemplaribus ea leguntur. Videbi-*  
*mus igitur mox, in simili negotio, an sibi futurus sit in ere*  
*suo. Nunc ad alia. Nam quòd ait folio carere : mihi quidem*  
*contrà uidetur: nihil aliud, quàm folium esse Lens palustris*  
*ipsa. Sed & Græcorum mendacia si patiamur pro ueris cir-*  
*cunferri, quale Folium Indum est? Quantum uerò est? At*  
*hoc aiunt absque radice super aquarum superficie concre-*  
*scere. At longè aliter scriptum est in Indicis navigationibus.*  
*Arbusculam esse ἀλόουλον, ut alibi dicebamus ex Theo-*  
*phrasto, cuius stipites flaccidi, aut uieti per se stare nequeunt,*  
*ridicarum, aut aliarum beneficio surrigunt sese. Verba uerò*  
*quædam*

*quædam superioribus contradicunt. Priore libro negabat,*  
*esse plantis partes διηρημεύας. At hic. ἢ ῥίζα οὐ τοῖς μέρεσιν ἐσφά-*  
*ζεται ἢ γῆς ἔχουσα μέρη διηρημεύα. Quod etiam plus est, quàm*  
*quod alibi dicebat διωρισμένα. Iam de illarum generatione,*  
*quæ proueniunt in terra. Qui uolet capita distinguere, lice-*  
*bit, ubi libuerit. In terræ partibus impactas esse. Earum-*  
*que partes existere tales necessariò. Lenticulam sanè sen-*  
*tentiam. Plantas, quæ terræ infixæ sunt, esse tales necessa-*  
*riò. Omne enim, quodcunque est aliquid per specificam for-*  
*mam, tale est necessariò. τοιονδ', inquam, non ἀπλῶς τοῖον. Cõ-*  
*petit enim per se definito definitio, sine ullo medio. Vnũ enim*  
*sunt re ipsa, sola differunt ratione. Profectò natura est omni-*  
*bus rebus naturalibus principiũ per se, ut hoc ipsũ sint, quod*  
*sunt. Quapropter aquaticæ quoque tales sunt necessariò.*  
*Quid sit ἀναγκαιόν, καὶ τὰ πάντων, καὶ ὅλα: quo conueniant,*  
*quibus inter se differant, in primo posteriorum satis decla-*  
*ratum est. Natura enim uis ordinaria Dei est: idque adeò, ut*  
*Peripatetici nõ distinxerint ἢ ἐμμεμεύον ἐκ τῆ φύσεως. Quo-*  
*modo igitur aliter sese habeat quicquam in natura, si natu-*  
*ra Fatum est in Lyceo. Fatum est necessitas sub illa Zenonis*  
*religiosissima porticu? Quod si natura constant omnes plã-*  
*tæ, necessitate quoque constabunt tales. Tales, inquam, per-*  
*petuò: uelut eæ, quæ non mutantur. Tales non perpetuò: si-*  
*cut illa, quæ mutantur, uel semine, quod patitur Triticum:*  
*uel post sationem, quemadmodum de Menta dicebamus.*  
*Quippe hoc ipsum principiũ, quod est esse mutabilè, immu-*  
*tabile est. Ergo natura uis est ordinaria Dei: Fortuna uerò*  
*uoluntas Dei. Quibus nutibus, atque gubernaculis totus or-*  
*bis & constat & uariatur: & multa est in uno, & unum*

ad multa . Notabimus uerbum συμπεπύγεται : unde nostra, pango, palus. Plato in octauo de Repub. ἔχεται uocat τὰ φυτὰ, τὰ δὲ ζῷα ἐπιγὰ. Quo nomine & ab Anaxagora, & à Pythagora dicta scribit Plutarchus in causis naturalibus. Melius dixisset τὴν φύσιν τῶν τρωμένων εἶναι, quàm τὰ μέρη. Nec tam placet, συμπεπύγεται, quàm ἐμπεπύγεται. Ea συμπίγνυται, quæ mutuo contactu confixa hærent. ἐμπίγνυται, quod subit in solidum corpus, ut partibus diductis. Procedit deinde ad generationis modum sic. Hæ sunt ex putrefactionibus in humido loco, & fumoso. Nanque putredines aerem continent. Largioribus ergo uel imbribus, uel uentis Sol efficit, ut extent. Eas enim cogit arefcere, & concrefcere. Ac terræ quidẽ siccitas earum radices facit: unde nascuntur plantæ, fungi, tubera, atque alia talia. Fiunt omnia hæc in locis, quæ certo caloris modo prædita sunt. Nam coquit aquam calor in terra partibus interioribus. Quam terram comprehendit Sol. Excitatur hinc exhalatio, atque ita transit in alteram naturam, scilicet plantæ. Simili ratione omnibus in locis maxima ex parte siccis completur plantæ perfectio. Non solum mala multa hîc, sed etiam malè bona. Non enim plantæ omnes, quæ in terra nascuntur, ex materia putrefacta fiunt: sed quæ ὠτόματα sunt tantum. Quanquam ne ex putrefacta quidem omnes. Aliud enim putrefieri: aliud corrumpi, ut fiat aliud. Hoc enim illius genus est. Non putrescit semen, ex quo planta fiat: putrescit mus, ut ex eo uermes generentur. De his etiam supra. Temerè uerò nugaces quidam, æquè hominem de limo prodire posse, atque foricem, putarunt. Nã & impium est in sacris mysteriis nostris, & desciscit ab Aristotelica ueritate. In secundo libro de generatione, per lineã

in se

in se recurrentem fieri dicit πᾶν ἐκ παντός. Eam mutationem reciprocã solis assignat elementis. Altera non recurrit, sed recta tendit. Non enim ex homine fit limus, ex quo fieri possit homo. Ex uitulo concreatur apes: nunquam retro redit in uitulum apicula natura. Idcirco sic dicit ille: αἰθροποι δὲ καὶ ζῷα ἐκ αἰανέμπτου. Duæ uerò duorum modorum generandi uoces ἀθροσις καὶ αἰάνεμις declaratae sunt in libro de mistorum affectibus. Atque hæc hunc ad modum hæctenus recepta sunt. Vulgo tamen iactatũ est: è Cimicibus cõtritis Cimices item exoriri. Quod mihi quidem non fit uerisimile. Sed quibus primordiis illis in locis concreabantur olim ij, qui fuerunt ibi contriti, subnasci alios. Ligna enim quadam, ut abiegna, & paleas habere illiusce speciei secum rudimenta naturalia, manifestum est. Quæ natura superstite, atque incolumi permanente, non tam redintegretur in contritorum tabo, quàm noua ex ueteribus principiis substituatur generatio. Ita fiet igitur, ut quæ sint perfectiores plantæ, solo queant seminio prodire. Cupressum tamẽ in Creta insula, uel emoto solo tantum exilire produunt. Non omnes igitur è putredine. Accuratius quoque diceret ἐκ αἰανέμπτου, quàm ἐκ σπύλων. Et illa est αἰάνεμις, non καπνός: non enim sic Aristoteles. Quippe fumus ex aere nullus apud illum, sed ex igni & terrea materia. Et satis dure loquitur: κατεπείγῃ ὁ ἥλιος ξηραίνεισθαι. Urget Sol deficari. Imò exuggit ipse. Et ὁμοιάντως συμπίγνυσθαι. Suprà impetam esse: hîc concrefcere. Et quid est? ἡ ξηρότης τῆ γῆς τοῖς ἐξέας ὠτόματι ποιεῖ. Nanque uerbum ποιεῖ, principiorũ interest: pertinetque ad solam causam efficientem: si fidelius loquamur. Radix autem per formam est, non per siccitatem. Ad hæc, nemo dixerit, siccitate fieri corpus ullum. Quin Aristoteles cõ

Υ η

amouerit actionem ab humiditate, & siccitate, in libro de affectibus mistorum: & Galenus in commentario de curâ di ratione per uenæ sectionem, humiditatem cum calore, ac frigore tanquam actiuam connumerasset, non apposuit siccitatem. Tantum abest, ut ei possit opus attribui, quo planta pars instrumentaria constituatur. Sic in tertio quoque libro de Cælo cognoscitur pro passiua. Neque bene disclusit à plâ-  
tis fungos, cum dixit per distributionem, *οὐ τὰ, ὡς ἄλλοις*. *οὐ τὰ* pro tubere, scriptum est, hoc enim tumorem significat: aliis ὡς ἄλλοις dicuntur. *οὐ τὰ* in codicibus Galeni scriptum à quibusdam prodit Hermolaus. Non enim semper imbribus proueniunt, à quibus ὡς ἄλλοις sanè dicta sunt: hoc enim est ὡς ἄλλοις. In Africa nanque sine pluuiis & plurima, & maxima. Eo consilio Latini Tubera. Nequis ὡς ἄλλοις putet à Suis iocosa excogitatione nominata: quorum opera pastores uestigent ipsa. Quoniâ ue mirifice sit eorum appetens id animal. Idcirco reuinctis rostris sequuntur eos. Atque hac de causa puto panem porcinum à quibusdam uocitari. Quanquam Cyclaminum sic appellare malint alij. De eorum natura, generibus, natalibus, nō pauca Theophrastus, Plinius, Plutarchus, Athenæus. Multa omisere tamen, quæ nobis nota scripsimus alibi. Plato in quinto de Republica, Tubera, Spongiâque esse, nec esse plantas. Itaque ἐπιμαφοποιεῖν. Videmus hic naturæ scenam. Vt planta sint perfectæ quædam: nonnullæ careant stipite: ramis deficiantur aliæ: fructus aliquæ non ferunt: aliis flos deest: sunt quæ florē sine fructu fundant: Quibusdam neutrum: uidemus aliquot nihil aliud, quàm foliū esse: tubera uerò sunt radices meræ. Tum Minutius. In prætura mea; itēque sub Pyrenæis minutuli nascuntur fun-

gi,

gi, moschum balantes: unde etiam moscherons eos nominât. Nihil è terra prodire suauius arbitror. Hos uereor simul cum multis aliis ignotos fuisse priscis. Quemadmodum id quoque quod habeo de Tubere compertum. Allatum est è Vasconia mihi tuber cum stipite, ac folio: quod exemit suspicionem de Cyclamino. Salicinum enim fuit. Præterea dissectum à me nullam præ se tulit faciem nouam, nullum gustum peregrinum. Et erat cum multis aliis lectum, donoque datum à cliente, quæ tum sunt à nobis esitata. Nec mihi quàm rarum, tam mirum fuit, qui legissem apud Theophrastum, quæ in uicestimo primo recensentur à Plinio. De Arachidna diximus alibi. Anthalio quoque Cyperi folium gerit. Castigandus uel Plinius, uel eius codex est, ubi hæc de Arachidna: neque stipitem, neque folium, neque aliud quicquam extare supra terram. At Theophrastus ab radice primaria, quæ demittitur, radículas alias efferre sese per summa cespitum, è quibus exeat, quod usui sit in cibum. Tum Baiulius. Hæc innuebat autor fortasse, cum dixit, καὶ τὰ ὅμοια. Malè uerò loquutus est: καὶ τὰ χεῖ τε τῶν ὄλλιοις. Nam quemadmodum terram continet Sol? ἀκροῦν sanè καὶ χεῖ: sicut & illud, ἀλλοίωσις ἐς φυτῶν. Tametsi καὶ ἄλλο substantiæ est: tamen ἀλλοίωσις apud Græcos est qualitatis: substantiæ uerò μεταβολή. Si tamen origini uerborum consulamus, erit loci tantum μεταβολή. Est enim uerè iaculi, uel lapidis uel eiusmodi, cum iacitur: unde Vallum militare iaci dicitur: βάλλειν. Et in summa id quod Aristoteles, & Plato ἰδιῶν uocant, ἀλλοίωσις autem rectius de substantiâ: hoc enim est ἄλλο. ἐπερὸς, siue ἐπερὸς in qualitate: scilicet ἐπερὸς ὁ σακροῦς ὁ χερῶν ἰαυτῶν πεισθῶς, ἀλλ' ἢ ἄλλοις. Caterùm tyrannus usus est, sæpe bonorum extortor iudicio-

Y iij



rum. Post hæc ubi ostendit, calidis in locis æquè omnibus plā-  
 tam perfici, deducit orationem suam ad contrariæ qualitatis  
 loca. In frigidis nasci, sed contraria ratione. Aere siquidem  
 frigido calorem deorsum premi: eiuſque partes cogi. Euenire  
 propterea, locus ut afficiatur coctione simul cum humore si-  
 bi socio. Igitur humore superfluo resiccato finditur locus, at-  
 que ex eo plantæ prodeunt. Rectè uideantur hæc dicta om-  
 nia: si fiat, quam uocat Philosophus ἀπτερισταιον. Accipias  
 tamen ὁ ὁμοιον, de generatione, non de modo. Non enim sunt  
 omnia τὰ αὐτῆς καίμυα, sed est genericum ὁμοιον. Aristote-  
 les dixisset, ἀλλὰ, non autem, πλὴν. θερμῶν, ut distinguit Gale-  
 nus, pro corpore calido, non pro qualitate tantum. Dixi  
 ego, συμπίγνυσι, cogit, quomodo Varro putat à cogendo ca-  
 seum. Perpēdenda illa: καὶ ὁ τόπος ἐφισιν πείρει μετὰ τὸ παροῖον  
 ὑπὸ τῆς αὐτῆς. Est enim ἐφισιν ὡς ἀκρωτάτα de loco. Si enim  
 coqueretur locus: fieret hoc ipsum, quod generatur. Haud ta-  
 men spernendus sensus est. Si quidē similes oportet esse qua-  
 litates in conseruante, & conseruato: tamen si, quod ex Ari-  
 stotelis præceptionibus docetur, non semper: sed aliquando  
 contrariæ pro mediocri temperamenti constitutione. Etiam  
 uidendum: an τὸ χεῖρον, proficiscatur ἐξ τῆς ἐλεθου. Nam de-  
 ducit affectiones hæc, quasi per ἐξ δεξιῶν gradus. Hanc ue-  
 rò sententiam, de frigore circumstante, penes alios autores itē  
 inueniamus. Sic Theophrastus de causis quinto, Arborem,  
 quæ gelu passa fuerit, celerius germinare. Nos quoque uide-  
 mus uberiore prouētū letas esse uineas anno postero, si prio-  
 re gelasunt: idque nō sine miraculo sapientum. Quasi uerò  
 prioris anni succus seruetur inelaboratus ad cōiunctionem,  
 societatemque cognati successoris succi. Ut contrā rebus eue-

niat

niat materialibus, atque iis, quæ materia carent. Illæ nanq;  
 sunt opulentiores, atque ualentiores ad operam futuram:  
 immateriales opere non delassantur: Quin anima nostra  
 torpescit otio: frequentioribus officiis, functionum crebritate  
 multo uegetior euadit. Concipit enim ex diuinitate sua in  
 seipsa: parit præclaras illas soboles, quæ sunt affines celestium  
 operationum: itaque decedit nihil. Explicat autem in secun-  
 do de causis, comparisonem Theophrastus. Calorem per se  
 concoquere: frigus per accidens. Meminerimus etiam Vitis  
 genus quoddam, quod plus appetat frigoris, neque ignotum  
 Plinio. Regressum uerò caloris super frigus uocat idem Philo-  
 sophus in primo ὑπερνωσιν, à Cancris flexu, reflexūque, cum  
 ingreditur. Theodorus Carcinationem maluit, quam Can-  
 citionem. At in hoc etiam latebat, itio, quæ non erat in illo.  
 A præceptore Theophrastus accepit illam comparisonem  
 frigoris, & caloris ad eandem effectiōnem. Est enim in libro  
 illo de affectibus scriptum sic: λέγειται δὲ καὶ θερμοκρατεῖν τὸ ψυ-  
 χρὸν, ἔχ ὡς τὸ θερμῶν, ἀλλὰ ὅτι σωάγειν, ἢ ἀπτερισταῖον τὸ θερμῶν.  
 Prosequamur deinceps, quæ loquitur de partibus aquaticis.  
 Atq; sicuti dicebā, qui uolet, ubi uolet, secet in capita: multis  
 enim potest locis. In dulcibus, inquit, locis, in quibus sit, ut nō  
 admodū alienetur aqua, cum aer inclusus terra fuerit ade-  
 ptus siccitatem: & aquæ compactus humor: idēque aer  
 manserit intra aquam: tunc exeunt plantæ. Quemadmodū  
 Nymphaea medicamentaria, speciēsque aliæ multarum her-  
 barum, etiam minutarum: quæ hunc ad modum generan-  
 tur. Cæterum extensæ non sunt: propterea quòd earum ra-  
 dices aguntur in terræ superficie. Dixit, γλυκεροῖς, ad diffe-  
 rentiam τῆς ἀλμυρῶν, ὡς οἷς μὴ συμβαίνει μὴ χεῖρον εἶναι. Alius for-



tasse uertisset, perennibus: perpetuis, etiam transferre possis. Peranare uerbum uetus in sacris. Aristotelis uox est, *περανειν*, quam etiam usurpauit Theophrastus. Interpretatus sum, *περανειν*, siccitatem adeptus fuerit. Sic enim loquar modestius, quam si dixerim, aerem siccatum, aut arefactum. Non enim siccus aer ullus. Quanquam ne sic quidem mollior sententia fit. Scilicet in planta, quam extra plantam sicciior aer est. Sed planta per ignis, terraeque accessionem sicciior, quam aer, aerem nihilofecius humidum tanquam sui partem continet. Tanto aptius, cum illum aerem, qui prius erat intra terram, dicit exiccatum: neque tamen ueretur eum in humidi elementi partibus intimis, id est terra ponere. Ostendit autem interpres, quantum profecerit in Graecis libris, qui Nymphæam Nufar appellarit. Nenufar uocant Arabes, Itali nomen à discis mensariis indid crunt. Hispani Graeca uoce corrupta, propter natales aquas, Golsano. Negat autem frustra simul, ac temere pusillas herbas iccirco crescere, quia radices minus profundas agant: tanta, quod sine obtrectationis suspicione dictum sit, inscitia plantaria rei: ut nesciat Meon haud magnum fruticulum demittere longissimam radicem. Eryngion longe breuiore scapo tantum producere radice, ut herbariorum turbae opinionem fecerit infiniti. Contra, Pinum, Cupressumque uastissimas arbores superficiaria penè radice niti. Nymphæa quoque fusissimas, & crassissimas in cratis modum complicatas spargit. Apium aquaticum legimus nos trium cubitorum, radice minima, eaque capillacea. Credo, quod humoris copia nequeat excoqui. Quod miraculo uobis sit, uidimus in ea planta. Riuiulus est, qui ubi restagnat ad latera, eius aquae regressum non habent. Ibi ca-

recta

recta densissima. In sinu laxiore planta fuit illa, pollicari scapo, intus cauo, fœniculaceis internodiis: à quibus ramuli, quantum coniectura possum capere, prodierat. tum in iis foliorum nihil: sed uiminilla ramulorum unde quaque pullulantium in stellæ modum cingentium matricem suam sub aquis fluitabant. Quae fibrarum speciem primo quoque obitu praeseferbant. Id quod & tunc putavi: & nunc an non putem, dubito. Nam & Nymphæa radix plurima per aquas fluitat, inter earum & terræ imæ superficiem. Folia uerò, & sapor omninò fuit, cuiusmodi hortensis Apij minoris, quod falsò uocant Petroselinum. Illud quoque non omitendum: *ἐκτετατωτέρα* ad longitudinem potius reduci. τὰς Aristoteli, cum de neruis loquitur, sonat hoc: ita ut simul etià designet potestatem extensionis. Scilicet quanquam extensum, tamen extendi porro possit. Neque id propter uocabuli flexum, ueluti *ἐλαττον*, *τεταττον*, *χρηττον* apud eundem alibi, sic *τεταττον*: sed simplici uoce, *τεταττον* & *χρηττον*. Utitur ad solam prolixitatem in libris poëtices eo participio. Dioscorides tamen sparsam, fusamque materiam passim describit eo uerbo. Atque hæc quidem de frigidis aquis: nunc de calidis. In locis, inquit, in quibus aqua currit calida, sæpenumerò planta gignuntur: propterea quod aquae recentes exhalationes super terram trahit calor. Humiditatis aqueae natura frigida subtus manet, ac cōcrescit aer in eo humido. Etià cum amissus fuerit aeris calor planta, rursus in eo generatur, non alio modo, quam multo tempore. Omnia satis patent. Calor nanque trahit. Quod quemadmodum fiat, alibi disputatum est. Manere subtus aquam frigidam, sicuti supra declarabamus, per contrariam naturam. Iccirco dixit, loca, in quibus currit aqua,

Z

non, in quibus nascitur. Pessimè tamen consuluit ueritati: qui non putarit, gigni posse plantam, nisi refrigerato aere. Sic enim scribit: ὁταν περιφθῆ ἢ θερμότης τῆς ἀέρος: cum abierit. At ille περιτικωτέρας, cum missa fuerit. Et iam dixit: συμπιγνυται ὁ ἀήρ ἐν ὑγρῷ. Suprà uolebat exiccari, nunc refrigerari. Diurnæ uerò interpolationis ad generationem egere plantam, rectè sensit. Propterea quòd calor nimius aquæ currentis est: cuius excessu quæ situm ad uitæ domicilia temperamentum prohibetur, aut corrumpitur. Nam tepor comes, aut apparitor uitæ est. Quapropter ad Iuliam Carnicam pisces in calidis aquis uiuunt, in quibus orti sunt. Hac de locis affectis simplici qualitate. Nunc de iis, quæ prædita sunt pluribus compositis: quales à sulfure, atque eiusmodi. In sulfuris pusillas herbas nasci: idque uentis flantibus contrariis, atque inter se confligentibus. Aere nanque citato caleferi loca. Sic ignem generari. Atque in fundo, inquit, gignitur Arsenicum: quod ex aeris limo descendit, attrahitque secum ignem, ac putredinem. Minus autem foliorum ea fundere, propter supradictam mali temperamenti rationem. Quibus ego non assentior. Non enim uentis opus est ad ignem excitandum. Actū igitur ignem querit hic. At plantæ animam non esse ignem, patet ex uniuersali disputatione, secundo de anima. Satis uerò caloris obtinet sulfur, ne dicā nimis. Tātū abest, ut ignis accessio sit necessaria. Ἐξ φθῶδου uocat sulfurosa loca. Nā quod ueteres θάου, uulgus ἔξαιου. Arsenicū esse Auripigmentū docuit Hermolaus obseruatione multa. De aqua sulfurata Plinius in xxxi cū scribit, in ea nihil herbarū nasci p̄dit. Hic autē Arsenici definitionē formula describit quadā. Cū ignē attribuit, efficientem declarat causam. Materialē uerò,

uerò, cum dicit, aeris limum. Finem uerò, illis uerbis: τὸ π γὰρ γινεται ἐν τῷ ᾱ φούα. Ut hoc ipsum Arsenicū sit plantæ futurū materia. Summa est. Vento agitata aqua, in sulfure conceptis ignibus, aeris limo commistas Auripigmentum fore tādem, quod euadat planta. Profectò insana cucurbita Chymistarum citius effecerint aurum potabile, quàm ex Auripigmento natura stirpem. Quemadmodum uerò descendat ex aere limus, non minore negotio quærendum est. Raras autem plantas, aut nullas eiusmodi nasci locis, docet Aristoteles in xxxiiij sectione. Feruidas aquas salsum saporem maxima ex parte referre, propter alumen, aut sulfur, aut nitru. Salsum amaro ualde affinē esse. Id quod patet in aqua maris, ut prius dicitur in xxxij. Vtrunque uerò minus aptum ad generationem, disputatum postea in xxxij. Sic aurium sordes, & salsas, & amaras in excrementorum censu nulli usui naturæ pro animalis alimento, propterea repudiari, atque exigi. Iam uerò diuerso capite uideamus, quæ deinceps à locis calidis, frigidis ue polliceatur. Quæ planta ferat ali- quid esculentum, locis gigni calidis, leuibus, excelsis: tertio præsertim, aut quarto climate. Quæ uerò arbor accedebat ad huiusmodi naturā, altis, & frigidis oriri: in quibus frequentes sunt, ob humoris attractionem, ac mediocre temperamentum ex calore Solis, in diebus hybernis. Cum perobscure, tum minus constanti sibi scribit hac sententia. Obscurum illud, ποιᾶτο ἐκ τῆς φούου. Quid enim illud, quod prope escam est? An in eo est, ut propemodum sit esca? Quasi dicat, penè cibum esse. Ut intelligamus eas arbores, quæ glandem ferunt, aut corna, bacās ue agrestes alias. Istud ita cōcinnetur. At illa inconstantia quæ possit sibi ipsi conciliari?

Cum dixit, ὡς τῶν ἰσχυρῶν: & postea, ἀρεταίος. Illud enim ex extremis unum, hoc inter extrema. Et quis nescit, uel frigida, uel calida, uel temperata loca, alta esse, nō necesse esse? Et necesse esse, ut ne sint frigida, quæ sunt alta: si ita dicat, quemadmodum supra dicebatur, frequentiores plantis montes, quàm campos esse. Loca uerò ἰσχυρὰ quæ sint, nondum mihi diuinare licuit: nisi uelit, solum leue, & solutile. An alius ita sit loquutus, uidentum erit. Illud ueritas haud potest pati, ὡς ἰσχυρῶν χερσὶν αἰσῶν. Quis non putet, frigidis locis aestate potius, quàm hyeme produci plantas? Quippe tunc ex contrariis affectibus temperationem assequuntur ad generandum aptiorem. Et illius sententiæ frangetis audaciam: fructiferas arbores locis calidis prouenire, alias frigidis. In Indiis, Arabiis, Aegypto uenena præsentissima. In Belgio, Germania maliferas frequentissimas. In Aethiopia sub Aegypto syluas immensas steriles. Habetis & Brasileta, & Sandaleta, nulla ad uescendum utilitate. Addit frustra, ἰσχυρῶν. Cyrenaicis campis nihil felicius. Et Damasceni colles sunt potius, quàm montes. Contradicit & ibi. Inquit: peculiare suis locis lutum fert pinguiore plantis. Non enim leue solum lutosum est. At hoc supra beatum faciebat. Huic nos accedimus sententiæ, non superiori. Vulgo commēdatur uliginosa, grauisque gleba. Laudata Virgilio Campana fecunditas: nos Beauissam habemus nostram. Talis circumpadannus ager, & quem noster interfluit Garūna. Tamen si ne hoc quidem cesserit ex sententiā. Scilicet humidiores fructus eueniunt udis locis, non pinguiore. Manifesto deprehenditur id in uuis, atque ficis. Siccioribus pinguiore: porro enim excoquitur aqueus succus, atque ærescit. Postquam de pingui solo

„ qui solo dixit, de aridissimo uerba facit. In saxis, inquit, solidis quæ planta nascitur, multum sumit temporis ad pro-  
 „ ueniendum. Aer nanque in iis comprehensus cogitur ascen-  
 „ dere. Cum uerò propter lapidis robur exitum non reperiatur,  
 „ reciprocatur, ac seipsum calefacit: At humor, qui reliquus est  
 „ in lapidibus, sursum trahitur, atque egreditur exhalatio cū  
 „ humore, & resolutione partium minimarum, quæ in lapi-  
 „ dibus insunt. Is enim lapidibus frequens mos, eis ut auxilio  
 „ sit Sol ob peculiarem maturitatem. Atque hunc ad modum  
 „ gignitur ex ipsis planta. Ea non surgit, nisi sit propter terrā,  
 „ aut humorem. Ut enim planta subsidat, opus habet aqua,  
 „ terra, aere. Intelligatur ergo plāta, si prope Solē sit, celeriter  
 „ nasci: si sit Sol ad occasum, serius. Quæ uerba magnopere ue-  
 „ reor, ne sint ipsis erroribus pauciora. Audiatur primum cō-  
 „ tradictio. Suprà negabat è solida re nasci plantam. E lapide  
 „ nanque non prodire sudorem: quod eius partes essent com-  
 „ pactiores. At hic utriusque contrarias fundit sententias. Illud  
 „ perridiculum: Aerem, qui sua natura tenuissimus sit, obsef-  
 „ sum non habere quæ exeat, sed reciprocare: humorem, qui sit  
 „ alioqui crassior, exitum inuenire. Aerem, cuius natura sit  
 „ ascendere, demitti: humorē, cuius intersit naturaliter descen-  
 „ dere, sursum proferri. Nam quod apponit: Aerem seipsum  
 „ calefacere, uel Aristotelica ferula dignum est. Neque decla-  
 „ rauit, quid esset τὸ βιάζον αἶρος, inquit, βιάζειται αἶρα βῆλαι. Quin  
 „ eius natura sursum fert, non suspellit uis. An uoluit dicere,  
 „ conatur? Ut interpretis culpa sit: cui multo commodiora non  
 „ pauca præsto uerba fuerint, ἡδὲ χερσὶν, μηχανῶνται, ὁρμηῶν, & me-  
 „ taphora plurimæ. nam uerbo βιάζειται, βούλεται, frequenter uti-  
 „ tur Aristoteles τῶν ἀφῶν. Et illudit nos illa balbutiente

loquutione. ἡλιακὸς ἔσθι τοῖς λίθοις, ἢ καὶ αὐτοῖς ὁ ἥλιος ἔσθι  
 ἢ ἰδίας πρὸς ἑαυτὸν. Potius sit, ἔσθι ἥλιος. Sic suprā, ἔσθι ὕδατος, ἔσθι  
 ἄερος: quod nos, solet. Verbum quidem fauet, ἄωδε: reclamatur  
 usus. Neque praterenda uicinia prerogativa. E lapide ne-  
 gat provenire plantam, nisi prope terram sit. At quid ager  
 uicina, si non attingat? Nonne huic accommodare possis pro-  
 uerbiū, μεταξὺ χειλέος, καὶ κύλικος. Perseuerat enim sitis, ad-  
 moto calice, nisi hauriatur. Ab illa terra stirps ipsa nihil sug-  
 get per eas radices, quæ terræ affixæ non sunt. Et iam desi-  
 sterem fatigatus euincendo ueritatem, si non etiamnum  
 prorsus iste prouocaret. Quid? Si prope Solem sit, celerius  
 adolescere? Securè nimis, laxèque, & otiosè. In aridissimo  
 lapide Solis uicinitate iuuari plantas. Cū contrā, super lapi-  
 dibus in opacis insint herbula: nec nisi prius obducto musco:  
 qui locis exuētis Sole nullus sit. Neque tum ex lapidis exha-  
 latione, quàm aeris concretione, roris incubatu, nebularum  
 infessu. Tum ex iis, quæ addit, uerbis nihilo meliorem intelli-  
 gamus esse mathematicum, quàm philosophum cognouistis:  
 nisi quis uestrum inducat animum ei ferre suppetias. Occi-  
 dente Sole minus maturari generationem: quasi uerò tum  
 plus distet ille. Sed succurrendum est binis copiis. Quippe nō  
 ex longinquitate, quæ non longè maior est, sed ex radiorum  
 differentia. Validiores πρὸς τὴν ἡλιου, ἔμμετροι minus. Per-  
 pendiculo fiunt anguli recti: ex transuerso uel nulli, uel  
 obtusi. Hoc est primum antipharmacum. Alterum est à mo-  
 ra. Si enim cœperit generatio sub crepusculum, abit cum Sole  
 tum dies, tum calor ille quæsitus ad uitam plantæ. Ceterum,  
 si quod dicebam, uerum est: Sole potius officii, quàm afferri  
 lapidigenis plantis adiumentum: Solis discessu temperatius  
 fouean-

fouentur. Quo loco habeo, quibus uos excitem, si obrepat  
 somnus. Enimuero dicente Minutio, se potius dormita-  
 tionem simulaturum, quàm ut quicquam uel solo nutu cō-  
 mitteret, quo ille sibi desistendum putaret: ignoscite, inquit: si  
 ne id quidem, quod in secundo libro de generatione scriptum  
 est, placet mihi. Nam ibi materiam, & formam cum rectè  
 pro principiis statuisset: calique motum perpetuæ mutatio-  
 nis causam faceret: negauit motum primi mobilis esse causam  
 generationis: sed hoc munus ascripsit Soli, cuius motus  
 cū sit perpetuus, perpetuā fuisse, esse, fore mutationem. Cum  
 sibi constans, quoad nos attinet, sit diuersus: diuersas efficere  
 mutationes: accedendo generationem, recedendo corruptio-  
 nem. Hoc, inquam, minus explet animum nobis, aliquot de  
 causis. Principio non illum solūm putamus esse causam: nō  
 paruam iuris huius partem sibi cetera quoque sidera uindi-  
 care. Non enim frustra cælestes alios ignes affixos celo cen-  
 sendum est. Quin eorū nonnullis Chaldaei Sapientes longè  
 maiores attribuunt potestates, quàm Planetis ipsis. Deinde  
 quis nō uidet, nō de quacūq; generatione dici posse, quod ibi  
 dicitur? Nam homo, qui penè solus, aut finis, aut ambitus est  
 totius generationis (hoc enim sentit ipse quoque) toto nihilo-  
 secius anno generatur. Præterea non potius hyeme corrumpi-  
 tur, quod uere generatum est, quàm æstate. Vruntur enim  
 non pauca. Quin omnium stirpium principes primariæque  
 fruges autumnō, recedente nimirum Sole generantur. Cre-  
 scunt media uerò bruma. In Angot Aethiopiæ provincia Ni-  
 li accole, toto feritur anno, metitur, conuehitur. Nullus men-  
 sis à tritura uacuus. Pars operarum in area est, alij semen-  
 tem faciunt, alij sarculo purgant segetes adolescentes. Habe-

mus & hyemales flores, & autūnales. Fructus aliquos ad Nouembrē. Quare cum assentior, Solem generationis autorē esse, sicut arbitratur ille: sic eius comites eiusdem officij populares facio. Item faculas alias, quas tum ad hoc, tū ad alia, de octauo Caelo suos ignes arbitror in nos nostrāque non temerē iaculari. Animalium quoque generationem quorundā in illius recessu fieri. Legamus historias piscium, & habeamus in memoria nobilissimam, post hominem, animantem. Equum dico. Eius fœmina semper concipit post Solstitium. Eodem uerò modo corruptionem quoque. Excessum nanque unius actiui contrarij dissidium cum aduersario suo nullis stans temporibus, exercere: quo soluantur corpora nostra. Cū autem duo sint contraria, calor, & frigus: atque hoc hyeme, ille soleat æstibus excedere modum: tam æstatem, quā hyemem corruptionis causas afferre posse. Sed de hoc satis. Auditis hunc de Solis beneficio commoda prædicantem: ut non sine causa præsci, contra Aethiopum morem, illius aduentum execrantium, adorarent Orientem. Picta est huius religionis facies apud Socratē Platonis: & in apophthegmate & in epigrammate, cuius meminit ipse quoque Cicero. Iam pars maxima templorum nostrorum sic sita est: ut præcantes spectemus Orientem. At sapientissimo Trimegisto placuit aliter Asclepium docere. Ad Orientem matutinas præcaciones, ad Occidentem uespertinas conuerti debere. Quasi uerò Deus uel motu transferatur, uel capiatur angustiis locorum. Maluit tamen Plato Pythagoræ pigmentis capi, quā de suo, si quid habebat, promere ueritatem. Nam in sexto de legibus ita scripsit de ritu uenerationis. τὰ δ' ἑὸν δὲ ξία γινώσκω τὸ πῶς εἶναι. Idem in Epinomide. Quare ut sibi constet,

stet, Deos quoque Olympios in iisdem partibus agnoscat, necesse est. In quarto nanque de legibus, Diis terrenis τὰ ἄγρια, καὶ τὰ δούρατα, καὶ τὰ ἀεισεῖα tribuit. Olympiis autem τὰ ἁδύφρα. Necessario igitur τὰ δέξια, atque adeo ipsam unitatē. Immutabilis, indiuisibilis, aliorum principium, meritò superioris assignabitur. Supera nanque principij loco sunt inferis. Sunt enim quasi forma: ut in quarto tum Physicorum, tum de cælo declaratum est. Sic unitas nullius eget alimenti: sed caterorum parens ipsa est. Quamobrem hæc perfectio: numerus autem omnis inchoatus. Hæc ab se, & in se rursus. In eam enim definit omnis numerus. Hic ab illa, & in illam. Præterea motus omnis ab uno ad duo. Nam tametsi finis, unum est, tamen est aliud à principio, & semper αὐτῷ. Cum ergo fiat à dextro in sinistrum: sinistrum reducetur ad rationem paritatis. Vt intelligamus illud maximi poëtæ: Numina læua sinunt. Quem ad scopulum fecere naufragium literatores omnes. Dextrum uerò & sinistrum in Cælo nusquā esse, satis est abs te Cæsar in Exotericis disputatum. Caterum præter illa tot argumenta, fortasse non inuitis auribus hoc accipies. Nam si in dextra parte sunt Diij Olympij, quauis in parte Cæli sunt iidem. Nulla nanque cæli pars, quin oriens sit. Tum iidem sint nusquam: siquidem nulla pars item, quæ non semper occidat. Est enim pars eadē ubique simul & oriens, & occidens. Dextrum igitur, & sinistrum idem. Hic Minutius: Etsi nihil ad hæc subtilitates addi posse uideatur, tamen haud tanquam index, sed perinde ac dubitator audiendus sim fortasse. Nam si oriens dextrum est, & nobilius: atque ab eo fit motus in sinistrum: finis erit ignobilis. Nam quare moueatur Cælum à dextro nobili, ut sit in sinistro non nobili? Quis erit ille tan-

dem appetitus? Ad hæc quale iudicium, quod imum, & summum faciat in ambitu cali: quod & Plato negat in Timæo, & ipsemet Aristoteles. At hoc euenire necessarium est: si dextrum sit oriens, occidens sinistrum: ut polorum aliter si summum cali tanquam caput: alter, tanquam pedes, imum. Itaque non erit recta sphaera iis, qui sub æquinoctiali degunt, sed iis, qui sub polis. Quin quod est absurdius, alter ille polus, qui huic nostro est obuersus, erit uice capitis: noster hic, pro pedibus. Cum tamen maxima terræ pars sub hoc nostro sit hemisphaerio: cuius ratione cali summum sit potius hoc, quo nos tegimur: si alterutrum sit eligendum. Qui polus cum à uertendo uertex dictus sit: factum est, ut suprema cuiusque rei pars eodem uocabulo designaretur, illius proportionem, qui de excelso cali loco nobis immineret. Poteras autem sapientum disputationem tangere: qua dubitatur, morâ ne Solis, an radorum perpendicularo difficiles sint æstus sub torrido cingulo, an utroque. Quam quæstionem antecedit illa: sit ne difficilis ibi mansio. Et ante hanc illa: sit ne illis in terris habitatio. Verum hæc apud Aristotelem, & Aboali controuersa, nobis manifesta, sustulerunt ἡ ζήτησις, αἰεὶ: solam reliquere disquisitionem τῆς Ἀετῆ: quæ uersatur in prima propositione. Nam sanè compertum est ex Hispanicis navigationibus, totam penè partem illam habitari: sed tot, tantisque uel commoditatibus æquè penè, uel incommodis, uix ut à Sole caussa duci posse uideatur. Verum de his alibi: ne te nunc sub torrida remorer. Tum Baiulius: Haud importunè hæc. Pertinent enim uel maxime ad plantarum generationem. De uario discrimine locorū sanè ualde mirum. Nam & meminimus Iauæ insula maioris rerum omnium opulentiam: &

Aethiopum

Aethiopum quorundam rerum omnium inopiam. Et multis locis aerem moderatum. Alibi sub eodem calo soluta pice, Lusitanæ classi fuisse periculum ab exustione. Hic autem error est superioribus par: cum tria tantum nominauit elementa, subtrahit ignem. Libri huius initio totidem statuebat: aerem præteribat. ἡ ζήτησις plantæ constitutionem uocauit, malè. Est enim uox significans, aut locum, aut situm, aut rem quidem, locum uerò situm ue consignificans. Nunc plantas aggreditur, in quibus humor nimius, nimia ue siccitas dominatur. Neutro enim affectu posse tales adolescere. Quippe aerem, qui in ipsis sit, ab aqua prohibitum ascendere nequire. Siccitas ubi sit, calorem naturalem uerti ad extrema: & obstruere plantæ uias, per quas commeandi facultas sit. Ac propterea non aliplātam. Rectè illud: ubi exuperet humor nimius, non posse capere incrementum. Nempe non excoqui. At non rectè caussam. Aqua dicit aeris ascensum prohiberi. Nō potius impedit humor aerem, quàm uterque impeditur. Nihilofecius ascēdunt in plantis aqueæ partes. Alioqui non alerentur. Tum aqua si prohibet aerem, quominus subeat cacumen: non impedit, quin occupet latera. Igitur in latum saltem potuit promouere. Quod exemplo Iecorariæ confirmare licet. Minus id quoque benè. Vbi siccitas sit, ad extrema conuerti calorem. Nunquam uerò percipere quiui, qua, cuius naturæ lege calor obstruere ualeat plantæ uias: eius enim est aperire. Deinde si procurrit ad extrema, sola stipabit extrema: quæ uia ducunt ad extrema, non obstruet eas. Tum locis perhumidis plantæ sunt, quarum ignea sunt extrema. Possit quispiā tueri sic. Ex calore, siccitatē que coangustari meatus. Sanè. Non uniuntur

A a ij



tamen. Quare succi potius penuria sit. Nam quamobrē quae partes intersunt inter folij peciolum, & oras, non interea turgent: si extrema tantum coniuvent? Quo uerbo commo- diore usus esset: non autem obstruendi. Hoc enim materia proprium βόδι: unde nostrum, imbuere. Quin sicciior planta, non continuo densior, aut obstructa magis, sed rarior maxi- ma ex parte: ut Arundinum genera, Calamus odoratus, A- corus, Ferula, Tuncus Africanus. Ratio simplicissima, quare non crescat: succi penuria, sicuti dicebamus. Praeterea plan- ta quaedam siccae admodum, procerae admodum sunt: Cu- pressus, Gaiacum. Acacia non ualde parua. Quaedam hu- midioribus maiores: Absynthium quam Portulaca. Sicut e- tiam temperatioribus humidarum nonnullae grandiores, quanquam frigidiores quoque: ut Lactuca, quam Borrago. Eadem fructibus item ratio. Strobili magni: Solani pusilla bacca. A partibus argumētum haud minus ualidum: si quis Iuglandem spectet. Nam quae pars ambit nucleum, sicciissima est: fusius tamen creuit. Neque calorem, uel extimum, uel intimum pro caussa prodas, à quo non sit exuctus humor, quominus tum putamen citimum, tum nucleus ultimus, u- trunque, in qua, minus quam testa media siccum sit. Forma, uiri optimi, forma est cū mero, μίσθoq; imperio tū creandi, tū sistendi limites accretionū. Ea iussu primi, summi unius opi- ficis normalē dirigit lineā: cuius ad directionē metatur om- nia. Ei calor, & humor pro instrumentis frigus & siccitas ad instrumentorū temperationē, cōparata sunt ab artifice cun- ctificio, cunctipotente. His illa utitur: iura dat: non ab ipsis ac- cipit. Certas habet à conditore leges, suas cuique speciei de- stinatas. In eadem specie si loca, si cali segmenta, uel inclina-

tiones

tiones obtundant, obstrepant, aduersentur: pro modo mate- ria suas uires periclitatur, atque efficit, quantum satis pro copia, proque inopia. Hæc ubi dixit: triaque digessit elemen- ta, non eodem, quo supra, censu: nunc nouo capite diuersam init rationem principiorum.

Opus, inquit, habet planta rerum quatuor, uniuersali ratione: certo semine, conuenienti loco, aque modo, aere simi- li. Hæc omnia cū certo conuenerint sine, planta gignitur, & augetur. Cū illa recessere, recedit item planta præ im- becillitate. Omiserat aerem supra: nunc apponit locum: infra uerò etiam φούρα. Exclusam ab aere loci rationē uni- ascribit terræ: cū tamen pars maior ab aeris, quam à terræ complexu ambiatur. cum tamen ab aere terra patiatur. Melius Democritus: δει δὲ πρὸς τὴν τῆς τῶν ἀερίων φούρα ἀερίων γὰρ ὁ τόπος ἔστι, τὰ πρὸς ἀερίων ἰδιότητα φουδισσούλη. Intelli- git enim tam aerem, quam terram. Explicabimus sic acu- tius. Erit aqua planta principium, pro materia: aer, pro lo- co: item terra. Semen autem non tam sit plantæ principium, quam planta ipsa tota in potentia. In semine forma sibi ipsi, quod commodum sit, exedificans domicilium. Hoc multis è locis à Philosopho potuit accipere Themistiū, quod planissi- mē scripsit. Locus est concaussa, reduciturque ad efficientem sicut & instrumentum. Sunt enim extra rem. Nā Galenus cum Platonem sequutus, instrumentum pro quinto genere caussa statuit, in equali abutitur diuisione. Quod imprimis est uitandum sapienti. Etenim ceteræ quatuor caussa pri- mæ aequè sunt: neque quicquam prius habent. Instrumentū autem habet. non enim mouet, nisi motum. Videmus etiam membra hæc huiusce diuisionis apud nostrum philosophum



inter se non respōdere . Sic fortasse dixisset Aristoteles. Quatuor ex elementis confieri plantam, pro materia. Certa forma, quæ in semine sit, constitui. Egere celo, ut educatur: loco, ut conferuetur: alimēto, quia corpus est uiuens, ergo crescēs, ergo solubile, ergo reparabile. Præterea caussæ caussam omisit. Non enim satis aer est, sed præcentorem habet Solem, Lunam, cætera sidera. Ille longè omnium maximus error est: cum ait, solam aquam esse plantarum alimentum. Quæ nãque constet quatuor elementis, alimentis totidem refici par est. Itaque in secundo de generatione philosophus lacteis uerbis illis: quæ hodie à me recitata, nunc rursus me cogunt propter singularem suauitatem sese pronunciare, ἄπαντα δὲ πλάοσι τρέφεται. καὶ γὰρ ὅσα πῶρ αἰὲρ δέξαι μάλιστα μὴ ἐνὶ τρέφεται δὲ ὕδατι τὰ φυτὰ, πλάοσι τρέφεται. μέμικται γὰρ δὲ ὕδατι γῆ. Cuius orationis nectâr uideo uos libenter, non sine maximo sensu uoluptatis haurire. Non enim ille hominis potius, quàm naturæ uidetur ore loqui. Tanta cum simplicitate tantum numerorum coniungit, ut uetustas natiua, non ambitiosè quæsitus cultus, expleat animum paucorum, sed Atticum illum, atque αὐτὸ ῥεῖον. Sic in historiis cum pleraque omnia scribat: Theodorus additis calamistris fusam, laxam, atque etiam turgidam interdum trahat orationem: uisus est barbaris quibusdam, qui temere tumultum uerborum queritant, etiam (si Deo placet) Aristotelem ipsum dicendo surpassasse. Qui tamen hominibus Romanis haud paucis locis Latine dictionis puritatem agrè tueri posse uideatur. Auxerit Gaza literas Latinas, illustrarit, denique genuerit: damus, agnoscimus, laudamus, admiramur optimi, atque innocentissimi uiri studium, merita: non obtrectamus, amamus, sequimur.

quimur. At enim uero dicatur, melius quàm sit Aristoteles loquutus, loqui: suscitabitur animus eruditiorum ad iudicandum. Obseruabunt impuras loquutiones, anxias, peregrinas: καὶ ὅς καλλωπίζειν Atticam illam Palladem ausus sit. Quanto melius Callimachus? Is ubi pinxisset Venerem: Palladi non purpurissimum afferre, sed uerum, natiuumque colorem ex cursu maluit educere. ἂν δὲ δὲ ἐξήκοντα δὲ θεοῖς ἔξασα δὲ ἄλλοις. Quare oportet asciscere genuinam puritatem, non è pyxide uenalem fucum quærere. Sic enim ait: ἤματα ἰσλας ἔχοντα φυτὰ καὶ ἄλλοις: non autem appendere Stalagmia, Spintheres, cinnos meretricios. Matrona est Aristotelis oratio: quæ ad suum decorem nihil sibi petat præsidij. Sed ad nostra. Quod ait hic: uniuersali ratione plantas egere semine, falsum est, nisi ex bono & æquo iudicetur. Scilicet ut semen sit etiam αἰάλορον. Nam stirpes quæ semen ferunt nullum, nullo item semine suam possunt speciẽ propagare. Analogũ intelligo, quod non plenè, directò ue suscipit cum specie primaria prædicationem. Non enim simus, ex quo Mus nascitur, est eiusdem nature specificæ cum semine maris, & femine Murium. Auxit errorẽ, cum exclusit excusationem: addit enim διακομίνου: semine certo, atque à natura præscripto. Quin confusa quorundam principia sunt in seminibus ipsis, uti dicebamus, Rapi & Brassicæ, & aliorum. Ut quintã omitamus causã, τὴν φυτεῖαν. Nã neq; plátatio, neq; cultus, neq; cura ulla humana maxima plantarũ parti desideratur. Videamus quota, quantilla pars sit uniuerse nature stirpiũ labor uel agricolæ, uel olitoris. Aerem uerò similem cum requirit, quam exigat similitudinem, comminisci nequeo. Nam si calidis calidum præscribit, profectò natura ignarus est. Et

enim Pontica, siue Scythica planta, quam dicebamus cum uulgo falsò Calamum aromaticum, in gelidissimis locis admodum calida nascitur: sicut contrà, Lactuca, Papauer, Cucumis in Africa, & in Aegypto. In plaga torrida Cacao, tam gelida humiditate, ut ibi solum quouis precio permutetur ad refrigerationem. Sin id ὁμοίως accepit pro latente quapiam proprietate, ne ille nobis illuserit. Latius enim patet eius ambitus significati, quàm ut uel praesentis operæ, uel etiam intellectus nostri angustiis capi possit. Dixit, σωπλαδωσα: ut praepositio, σω, indicaret societatem: uerbum autem ipsum, finem. Quasi quorum finis sit coitio hæc ad planta generationem. ἀπεχρήσθη uerò festiuè, abscedunt ab eo modo temperationis. Absistunt, ut Virgilius loquitur. Absunt, simplicissimè. Quippe non in motu res ipsa posita est, sed in concretionem. Eruditorum uulgus dixisset, distant. Et, ἀδινά, si respiciamus ad perfectam temperationem: ad cuius respectum sit morbus. Sibi quidem sana planta: sed ægra, si ad medium referatur. Interpretatus sum, ὑμμετρον ὕδατος, aquæ modum: sicut agri modum Horatius. Non quòd metuam, quod uel minatur, uel exprobrat, uel monet Plinius: carere nos uoce, qua Græcam explicemus. Vitruuius enim antiquior illo, commensum uocat. Simplicissimè sic possim, quantum satis. Verùm iam nos ad montes ducet, fortasse non recusantes: te Caesar, ut reor, inuitum. Non enim iam superabis ὀπανοπλίᾳ cursu cliuum, quo teipso perniciores in campo λιδὸς προνοκάbas. At tu si nolis ascendere, spectato saltem montanas herbas: quas iste præstantissimas prædicat ad medicamenta. Propetiores enim propria natura dicit, atque præstantiores ad medicinam.

dicinam. Ad usum uerò cibi fructus ipsos duriores, si coctionem spectemus. Tum autem minoris operæ ad alendum. At uerbum unum admiscuit, quod plus tardat meum cursum, quàm montes isti, quos ipse dicit ὄρους. Inquit enim: ἀδινά. Arbitror id innuere: non omnes species ad medicinã facere. Si usus uenerit, ut cuiuspiam forma comparatur ad id operis: eius Idea indiuidua montium beneficio fieri generosiora. Hoc quoque sensit Auenrois ille magnus. Tam miserè falsus hac in parte, quàm anxie fuit acutus. Nimirum haud omnes herbae petuntur ob calorem, quem à montibus comparant: neque propter siccitatem, quæ indidem quæri possit. E lacubus excipiuntur quædam: à litoribus aliæ. Dant & paludes, & opacæ ualles, locaque Solibus inuisa. Quemadmodum cibi quoque non uno ex loco petuntur omnes. In xxx sectione Philosophi uerba memini: ὁ ἀίχμοι πῶπανος ἀπίστοι ὁ τῶν ἰατρῶν. Polium igitur è montanis eruam: Rha mihi campi mittent. At dicent: eiusdè speciei quæ ferunt montes medicamenta potiora campestribus periclitari sumus. Hoc fefellit illos. Nam cuius plantæ humidum obtundet efficaciam, de montibus effodiam. Cuius expetetur sicciior acrimonia, desumetur inde. Vbi contrà quid aliud usus flagitauerit: id contrariis in locis inuentum, erutumque curabo. Illud est Auenrois argumentum, Montes esse cælo propiores. Hoc alterutra potest intellectione capi: scilicet ad qualitates aut elementares, aut cælestes. Si de elementaribus sentit: hoc iam refutatum est. Si de cælestibus: stultè putauerim, cali uires illas immateriales, pusillo cliui tractu uel profligari, uel fatigari posse. Aequè ualens puto cali robur in imis terræ uisceribus ad metallū, & in summa Tenerife, aut Casio ad Buphebal-

num. Quippe nec ullo temporis auro, neq; spatij fathiscit longinquitate. Decepti nanq; sunt illi philosophi, atq; in iis Conciliator, qui naturã effatescere putabãt. Mutatur illa qui de sine sui mutatione: scilicet in officiis, functionibus, effectionibus aliã, atque aliam ostendit sese: tamẽ eadem nihilo se-cius, uelut ille Discobolos, ubi seipsum erexerit. Nam si materia, quæ fuit olim, nunc est eadem: si nihil ei decessit quantitatis: si formæ non patiuntur  $\mu\alpha\lambda\lambda\omicron\nu$ ,  $\nu\epsilon\lambda$   $\nu$   $\eta\pi\omicron\nu$ : si, quemadmodum dicebamus alibi, Natura Dei potestas est: quã fieri possit, ut se minor ipsa sit? Oportet enim, quod patitur, à fortiori pati. Quid obicis est formæ hominis, quo præpediatur eius uis ad materiam sibi nunc, sicuti prius, conformandam, conformata utendum? Nam si fluunt à formis accidentia, neque mutantur formæ, non erunt accidẽtium mutationes aliæ, quàm quæ intersunt auctoris sui. A terra tollatur reflectio radiorum, ac quadam alia talia (nam hinc haud negarim uirium accidentalem uariationem) at immaterialem illam uim, qua dantur formæ rebus, in quibus nulla uehemens qualitas dominatur, puta gemmis, auro, uidemus nullo distantia situ defatigari. His cum uideretur aliquid addere uelle, suscepit Ferrerius sermonem. Maius, inquit, opus, Baiuli, motũ est à te, quàm ut capi queat angustiis huiusce disputationis. Breuissimè tamen in perplexissimo iudicio quid sentiam, non præteribo. Ut rectè abs te dictum est, non fatigari Naturam, ita non minus rectè dici possit: eius actiones adeò uarias esse, ut nobis illa (tametsi non deficit) deficere uideatur. Itaque sic illa sententia condienda est. Nò Dei uim delassari: non seipsa fieri minorem, aut deteriorem, sed manente robore illo, consiliis illis inconcussis, inuictis, in-

finitis,

finitis, opus esse minus interdum. Veluti cum haud semper hominem creat. In Muris opificio uirtus eadem, Deus idem. Non in hoc inferior seipso, sed in opere inæquali, tamen æqualis ipse sibi. Non ab simili ratione, si consideres in eadem specie, quæ nos appellamus indiuidua diuersa. In unaquaque specie certus ambitus præscriptus est, quantitatis, qualitatum, figuræ, numeri partium, situs, finium, officiorum. In iis quasi spatia facit natura deambulans in eodem sæculo sæpè: quemadmodum Samogethios accipimus nanos natos ex gigantibus, & gigantum patres postea. Quanto maiore commodo liceat ei diuersis ætatum tractibus operari simili ludo? Neque uerò sine ratione uagatur hæc oratio mea. Non enim uestrum quenquam latet uetus, ab Aristotele sæpius usurpatum, prouerbiũ:  $\pi\upsilon\epsilon$   $\upsilon\delta\iota$   $\pi\upsilon\epsilon$ . Hoc eò spectat: ut si magnas intueamur coniunctiones: quoties similes coierint naturæ siderum, similibus signis, domibus, gaudiis, exaltationibus, faciebus, terminis: efficaciora quoque sint euenta. Hæc uulgo quoque nota sunt. At illa solis doctis: abductum caput Arietis à superioris cæli capite, non amisisse uires suas: qua in re tecum sentiamus: sed sociis copiis amissis, eius operam minoris factam, non potestatem. Quamobrem & quod tu proficere, profiteamur: & quod illi prædicant, hunc ad modum censeo prædicandum. Cum ab his conticuisset: ait Baiulius. Bone Deus, quanti fuit mihi deerrasse, ut tam nobili, tantis differto commoditatibus exciperer diuerticulo. Redibo igitur in uiam. Quod de coctione scribit hic, attẽtius est obseruandum. Generosius est è collibus Triticum, quàm è campis. Plus alit: minus corrumpitur: citius concoquitur. Poma quoque montana maxima ex parte, pro cibis, succo

Bb ij

sunt aptiora : campestria dilutiore : minus sapiunt , celerius  
 corrumpuntur : minus alunt , propter æque materiae inepti-  
 tudinem : sicuti montana propter terrestrem siccitatem . Et que  
 diximus alibi de sententia Theophrasti , super Mali , Fraxi-  
 nique natura campestrium , prohibent nos huic accedere  
 sententiae . Attendamus etiam plantarum cum animalibus  
 comparationem , meo quidem iudicio , non iniucundā . Quip-  
 pe tum planta , tum animantes montium indigena , suo que-  
 que in genere diutius uiuunt , quàm campestris . Hoc obser-  
 uatum est in xiiii sectione . Causse duo subsunt : calor in hu-  
 mido : cuius non tam queritur multitudo , quàm affectiones  
 duæ : μήτε δ' ὑπὸ πικρῶν , μήτε δ' ὑπὸ ἄσπιτον . Igitur montanorum humor  
 cum sit minor , minusque obnoxius τῆ πικρῆ , καὶ τῆ ξηραίνουσι :  
 haud quidem tanta moles est , at uitæ diuturnitas , & fecū-  
 ditas maior . Hoc excipere licet ex libro περὶ μακροβιότητος ,  
 & ex decima sectione . Gallinæ quoque minuscule sunt fecū-  
 diores . Et in secundo de causis Theophrastus , excelsas ar-  
 bories fructū pusillum ferre prodidit . Multo scilicet opus ha-  
 bere alimento . Infecundas uiuere diutius ob eandem ratio-  
 nem . Nam cum ille ibi , tum preceptor optimus antè dixerat ,  
 τὰ ὀχλοτικὰ βραχυβιότατα . Quare putarūt quidam , passerū  
 nullū excedere bimatum : sanè haud contēnenda opinione .  
 Ex illis parum captatur , minimum capitur : fecundissimi  
 sunt : frequentia non magna . Est & proportio quædam se-  
 cundum quasi gradus , sanitatis , roboris , uitæ . Igitur si sala-  
 ces morbofi , etiam breuioris uitæ . In Hercule , qui Veneri fuit  
 imprimis obnoxius , neque indicium , neque iudicium uitæ  
 fieri potuit . Igni nanque uitæ finem anteuertit . At memo-  
 ria prodita sunt athletarū nomina , qui , ut ualētiores essent ,  
 uicto-

uictoriarum spem , in libidinis abstinentia collocarunt . Pla-  
 to quidem in octauo de legibus , Astylum , Diopōpum , Cris-  
 sonem commemorat : sed ante omnes Iccum Tarentinum . Ne  
 uerò putet quispiam subesse contradictionem . Montana mi-  
 nores . Montana fecundiores . Montana longæuios . Fecū-  
 da minus uiuunt . Comparantur enim eodem in genere cum  
 campestribus , quæ sunt maiores . Tum autem si æque fecū-  
 da sunt , minus uiuunt . Quod autem sequitur , facile intelle-  
 ctu est : Loca Sole uiduata infecunda esse . Verbum quod  
 supra ponebatur , hic repetit , ἀπομακρομένοι , id est οἱ ἀποθεν  
 τόποι . In quodam codice legebatur ἀρμεμακρομένοι , uoce  
 translata . Infelicia sanè sunt illa loca . Excipitur idem sensus  
 è quinto de Republica : πόλις , inquit , καὶ αἶς , καὶ ἡμαρτυμύα .  
 Inde transit ad contrarium , uidelicet ubi nimius est Sol . Ve-  
 rū phrasin uti probetis , Græcè pronuntiabo : ἐὰν ὁ ἥλιος μακρό-  
 τιτα τῆ ἡμέρας περὶ γῆν οἱ τῆ κινήσει αὐτῆ , καὶ κατακρυβῆ τ' ὑπὸ-  
 τιτος , ἢ κ' ἔχει τ' οὐδὲν διαίτης φύλλα , καὶ κερπὸς προάγειν . Perpē-  
 sa supra fuit hæc sententia de mora Solis . Vtroque opus est ,  
 & ipsa , & directo radio . Solē uerò suo motu non producere  
 diē , dicit aptius Ferrerius : nisi quatenus promouet in orientē  
 cōtra diurnum motū . At hoc quotidie facit . Et fortasse non  
 tunc animaduertebat noster hic . Ad aquas deinde redit : ut  
 hoc etiam loco uideamus , quanto cum periculo possimus in  
 capita discursus hos sistere . Sed quasi rem inducat nouam ,  
 usurpauit interrogationem . Quid autem de plantis , inquit ,  
 oportet intelligere , quæ nascuntur in aquosis locis ? In iis ubi  
 quiescit aqua , sit quasi limus . Neque uis est in aere , qua fiat ,  
 ut aquæ subsistant partes . Continetur aer ipse in terræ par-  
 tibus interioribus : prohibetque aquæ crassitudinem ascēde-

re. Illis igitur in locis fluctuante uento, coarctata terra, seipsum si comprimat inuolutus aer, & compingat humorem uentus: plantæ prodibunt ex humore hoc, haud ita multo differentes inter se specie, figuræque propter aquæ stationem, atque crassitudinem, & calorem Solis de superiore loco. Atque hæc quidem breuissimè potuit: si animum appulisset ad Aristotelicam dicendi rationem. Nunc infeliciter diuagatus incidit in aquaticam hanc quietem. Si, inquit, quiescat aqua, limus fit. At etiam non quiescete. Nam quot fluuiorum fundi limosi sunt? Non enumerabo, qui nullo nobis noto numero continentur. Sequanam modo uidete. Multi sunt in Taurini Nilo ipso non infeliciores. Grana diluuiis hybernis quantum glebæ deterfit à uicinis pratis, tantum reponit pauculis uernis diebus, etiam cum fœnore nonnunquam. Neque hoc inferior Duria. Beneficium par: cursus productior: alueus maior: uberiores aquæ. Ex alpibus uterque: hic ab iis, quas altrinsecus accolunt Centrones: ille in pratura Sutriorum. Deinde curiosius addit operam uentorum, quasi ad fundi subuersionem, ut admisceatur aquæ. Quin citius quietiores aquas limosiores ipsemet intelligit. Et profectò Solis uim excipit acriorem, atque incrassescit, etiam contactu terræ nullo. Id quod uel in lapideis alueis, uel in uasis uitreis comperitum est. Sequuntur illa uerba: ἔκ τῆς δυνάμει τοῦ ἕως αἰέτος, ἢ καὶ τῆς σφύρας τοῦ μέγιστον ὕδατος. Nequit aer superare partes aquæ. Sanè ita sit. Obducta enim quasi cute quadam, nequit efferre aer sese. At cum ait: καὶ κωλύει τὴν παχύτητα τοῦ ὕδατος αἰετῶς βαίνει: profectò ludit nos. Quis enim dicat, aerem depressum loco inferiore ab aquæ crassitudine, atque cohibitum eo loco, efficere, ne aquæ crassities ascendat? Quin inter duas illas crassities

ties intersitus, eam dico, quæ ab imo uult ascendere: quod ait hic: & eam, quæ inuolutum cohibet: potius hanc urgeat impetu suo naturali, proscindatque adeo, ut erumpat. Tanto, quæ subdit fœdiora: Agitatu uentorum compingi terram. Nã sanè tunc aer ille compressus à superiore limo, dirumpet, uti dicebamus, ipsum facilius propter agitationem. Quò fiat, ut & decedat ipse, & aquæ subeunti cedat. Tantum abest, ut illa uera sint. συμπίσσει ἰσχυρῶς τὸ πᾶν ἀδύνατον αἰέτος. Quæ uero ue instrumento sese comprimat aer? Nonne aeris forma sursum leuat aeris materiam in septimo, & octauo physico-rum. Aquæ uerò quietem statuit pro causa temere: quare non multum differant inter se plantarum species. Nam in terra quæ longè quietior est, dissimiliores sunt plantæ. Et longè sunt inter se dissimiles Nymphaea, Sium, Lenticula. In mari, Corallium, Alga, Bryon. Aggreditur eam nunc, quam Iecorariam uocamus. Cuius historiam, ac generationem supra decuit cum Lenticula contexi. Rursus, inquit, de plantis, quæ sunt humidis locis, quarumque superficies apparet in summa tellure uirescens, hæc dico. In eo loco paruam esse raritatem. Cuius humorem loci cum Solingruës mouerit: atque eiusmodi motus euentu, caloréque terræ partibus interioribus inuoluto calefecerit locum: id quod nunquam contingit, in quibus planta non habet, unde crescat: tunc humore suapte diffuso extensione, fit fumus in terræ superficie, quasi textura quadam uirescens. Atque inde planta gignitur carens foliis, ex eo genere plantæ, quod extat in aquæ superficie. Sed hoc illo maius est, propterea quòd terræ propius. Tametsi neque in altum tolli, neque extendi potest. Hæc, inquam, si superioribus attexuisset, quibus aquatica Lenticula narrabat hi-

storiam: unico uerbo poterat explicare sic: Par Epaticę ratio: sed amplior magnitudo, propterea quòd terrę propior est. Quanquam hæc caussa manca est admodum. Breuiores enim planta folio essent grandiore, quia prope terram sunt magis. At enim uerò etiam procul à fundo Nymphaea fundit folium grandissimum. Aequali uerò tractu Hydrofelinũ tenuissimum. Sic in terrestribus: latum Platanus, Hippuris capillaceum. Neque uerò putetis hanc potius calumniam, quàm animaduersionem. Nam aquatica folia crassa, ut Nymphaea, terrestri tenuissima ut Chærephyllo. Aquatica tenuia, ut Hydrofelino: terrestri crassissima, ut Vermiculari. Loquendi modus sacris libris peculiare: super facie terra. Sic hoc loco:  $\omega\tau\eta\sigma\iota\delta\epsilon\tau\eta\sigma\iota\delta\epsilon\tau\eta\sigma\iota\delta\epsilon$ . Sallustius ad pugnae transtulit aspectum, non nimis, ut quibusdam duris uidetur, dure. Faciunt enim pugnam milites. Sed ne Ouidius quidem temerè, uultum unum rerum Chaos uidetur appellasse. Tetigit enim litem, & amicitiam ueterum philosophorum, quas duas caussas efficientes illi statuebant. Erant siquidem ipsis Mũdi conditores hi. Necessitatem faciebant primum, & maximũ, & ualentissimum. Alterum, Mentem uoluntati obsequentẽ, atque eius præscripto formarum, discretionum, constitutionum architectam, classium ordinatricem. Quod apud ueritatis studiosos maximè impium est. Ridiculum etiam, necessitatem statuere priorem conditore. Quin necessitatis nomen ipsum exterminant à Deo Sapientes, idque optimo consilio. Tertio ponebant loco naturam: uim, uti dicebam, ordinariam, conflatam ex assensu mutuo Mentis, ac Necessitatis. Hæc erat illorum picta Trinitas. Vsq̃ue ad eò ueritatis lux etiam in tenebrarum cecitate sui speciem præbuit, antequã

de

de Cælo coram fulgeret nobis. Sic naturam istam, Spiritum Virgilius appellauit, agnouitque cunctis partibus integrum ubique insinuatum. Quartum principium addiderunt, Materiam. Iccirco in ea materia, dum adhuc essent omnia confusa, fuerat uultus unus: id est, principiorum consensus absque motu.  $\mu\eta\gamma\epsilon\sigma$ , inquit,  $\alpha\rho\alpha\iota\omicron>\tau\eta\varsigma$ . Quia si multa raritas esset, exhalarent illa: neque retinerentur intus ad planta materiam.  $\lambda\iota\mu\pi\epsilon\sigma\tau\omega\delta\iota\omicron>\alpha\lambda\iota\omicron>\varsigma$ . Festiua loquutio.  $\delta\iota\sigma\kappa\iota\tau\eta\varsigma$  alibi dixit Aristoteles: uel, ut alio codice legitur,  $\delta\iota\sigma\kappa\iota\tau\eta\varsigma$ . Nos commode, ut opinor, ingruës: ut de imbre Poëta dixit. Ceterum addidit, de quo addubitemus. Sol, inquit, calefecerit locum motu. Non enim Solis motus calefacit. Quin cõtrã, quies potius id facere uideatur. Proportio manifesta est in arcus maioris transmissione. Aequiparatur enim quieti mora motus. Quanquam id, ut alibi dicebamus, non est caussa, sed Solis calor. Tempus enim nihil facere, satis ostendimus suo loco: sicut &, quemadmodũ motus calefaciat. Etiam præter Aristotelis morem loquutus est, ubi dixit:  $\nu\epsilon\alpha\tau\eta\omicron>\varsigma\ \chi\eta\tau\eta\iota$ . Nam sumus est exhalatio sicca. Et suauiter accipienda uerba illa.  $\mu\eta\ \epsilon\gamma\omega\ \phi\acute{\upsilon}\lambda\lambda\alpha$ . Non habet folia: sed ita tamen, ut potius tota planta folium unicum, laciniatum, atque in se inuolutum esse uideatur. Quod de Iasionis flore prodit Theophrastus. Explicatius est ad truncos roborum uetustorum: cætera natura similibus foliorum rudimentis, nomine medicorum uulgo, Pulmonaria. Explicatioris in hoc figura ratio certa sub forma siccitas. Euenit aliquando, ut aquatica ipsius facies expressior sit, & foliorum illa diuturna meditatio exeat in ueram conformationem. Quamobrem ligulas quoque erigit, & flores. Interdum humore destituta, nihil aliud est, quam

Cc



coriacea lapidis obductio. αἰα βελίη, unam intellexit modò di-  
 mensionem: in altum scilicet, tum rectè, tum uerè. ἐκτείνεσθαι,  
 eandem dimensionem, neque rectè, neque uerè. ἕκτασις enim  
 etiam in longum est. Iccirco dixi, non uerè. Dico, non rectè,  
 propterea quòd applicat malè sententiam ad id, cui non cõ-  
 petit. Negat enim ἐκτείνεσθαι. At productio tam in latum, quàm  
 in longum, quàm in altum, ex libro de mistorum affectibus.  
 Hoc enim τατόν. Sed iam de plantis iis, quæ in aliis generan-  
 tur plantis, quid sentiat, uideamus. Quo loco si quis uoluerit  
 nouum secare caput, liceat. Sæpe uerò, inquit, aliis etiam in  
 plantis plantæ progignuntur quadam, non eiusdem uel spe-  
 ciei, uel similitudinis: idque sine radice. Mouentur au-  
 tem hac sic. Planta, quæ spinis prædita sit, ubi in aqua pin-  
 gui sita mouetur, aperiuntur eius partes. Tum uerò Sol edu-  
 cit per uaporem, quæ in ea sunt, putredines: eisque affert co-  
 ctionem. Propriaque natura in locum putrefactum præstat  
 opem calore temperato: atque inde plantam auget. Quasi fi-  
 lamenta uideatur in seipsum totam producere. Hoc planta-  
 rum proprium est, quæ multis prædita sunt spinis. Tum igitur  
 ea generatur, quam Linozostin uocant: aliæque similes  
 ei. Hanc sententiam capias ex historiæ libro quinto Phi-  
 losophi. Cùm animalium quorundam natura sit, ut in aliis  
 animalibus, neque alibi, neque aliter orientur. Dixit, ἄλλο  
 φυτόν: sicut Theophrastus ἀλλόγενον, hunc herbarum modum.  
 Et subdit: ἢ τὸ αὐτὸ εἶδος. Quoniam ἢ ἄλλο multipliciter di-  
 citur: sicut ἢ αὐτὸ: quemadmodum alibi dicebamus. Et  
 addidit, ἢ αὐτὸ ὁμοιωσας: quasi dicat, neque genere eadem,  
 neque ἢ ἀλόγοι. Non enim Visco, ἢ Quercui quicquam  
 similitudinis. Sic enim loquutus fuisset Aristoteles. Di-  
 xit,

xit, αἰὲς ἕξιν: Iccirco quia plantæ aliæ cum radice oriuntur:  
 ut Muscus, Polypodium: quæ perinde nascuntur in plantis,  
 atque Viscum, ἢ Epithymum. Sed ambitiosè admodum, u-  
 τὴν δὲ τὸ οὐτως. Mouetur, pro eo, quod est, gignitur. Et obscu-  
 ra est oratio: ὁπότεαι κινύσει φυτόν πελάγει ἀκαίθεον ἐν πλοῖσι ὕδατι.  
 Nam quid est, quod plantam mouet. Accipit hic motum pro  
 eo, quod est ἀγέρας. Pinguem aquam uoluit esse materiã,  
 propter lentorem, qui in illis est capillamentis, ἢ in Visco.  
 Verùm palam est, Thymum siccissimis gaudere locis: tum il-  
 lud Thymi genus Epithymum ferre, quod durius est, ἢ  
 Thymbræ nature propius, ac propterea minus pingue: quod  
 sanè tenui admodum solo prouenit. Neque uerum est, quod  
 ait: aculeatarum esse proprium hoc: nisi forte Quercus, ἢ  
 Thymum sua uidit hic in patria spinis horrida. Ex Paliuris  
 autem quæ planta prodit? Itaque si neque soli generi com-  
 petit aculeatarum, neque toti: non erit proprium. Illud uerò nõ  
 tam ex usu, quàm ex Etymo: cùm uocauit Cuscutam Lino-  
 zostin. Nam ἢ Apotheca Lini podagram scitissimo uoca-  
 bulo dicunt. At Veteres Mercurialem dixere Linozostin, te-  
 merè sanè. Nihil enim ei cum cinctura Lini. Quanquam il-  
 lud quoque animaduertendum est. Cuscutam, siue Casytã,  
 non è lino prodire, sed è solo macro (macescit enim lini satum)  
 natam Lini stipulis aduolui. sicut ἢ Vitias, ceteraque plã-  
 tarum impedimenta: quorum meminit Theophrastus, Pli-  
 nius, Galenus. In pratis quoque glareosis seorsum ab admi-  
 niculis oritur Cuscuta: quod ἢ alias diximus: è quibus e-  
 uulsa, atque inchoatis uuis obuoluta, tum adherescit, tum  
 uiuit: adeò uerò crescit, ut mirandam in magnitudinem de-  
 mittatur. Diuisio sic scitè admodum statuatur. Eius generis



plantas, alias foliatas, alias non: ut Epithymum. Quasdam sementigeras: ut Cuscutam, & Viscum: quasdam nō. Quod autem attribuit id officium Soli, non tam malè, quàm mutilè. Informatricis enim est: Illud enim prudentius accipiendū. Auget, inquit, plātam. Equo si enascantur cornua: bene cordatus philosophus nequaquam creuisse dicet equum: siquidem non fuerit naturalis equi pars. Ita non crescere terra dicitur, à qua prodit planta. Tota enim specie diuersa sunt: stirps, & terra: Equus, & cornua: Quercus, & uiscum.  $\mu\alpha\ \theta\upsilon\mu\alpha\ \pi\iota\kappa\omega\varsigma$  ergo sint aucta quantitate, non uniuoca substantia. Et accuratius id interpretandum.  $\alpha\iota\kappa\iota\alpha\ \tau\omega\iota\ \delta\ \eta\lambda\iota\omega\varsigma\ \tau\omega\iota\ \delta\iota\ \alpha\omega\delta\ \sigma\eta\lambda\eta\varsigma\ \tau\omega\iota\ \mu\epsilon\ \theta\upsilon\iota\alpha\ \tau\epsilon\tau\omega$ . In priorè parte fortasse latet error. Non enim ex Thymi putredine fieri Epithymum arbitror: sed ex bono succo elaboratiore: sicut in animali pilum. Quod ipse fateri cogatur: qui plantam scribit crescere. Non enim crescat ex putredine. In altera parte similis negligentia. Cui  $\tau\epsilon\tau\omega$ . Non enim plantam coquit Sol, à qua succos educit: sed quas educit, putredines excoquit. Negligentius etiam uocauit putredines, locum: dixit enim  $\epsilon\iota\varsigma\ \tau\omega\iota\ \theta\upsilon\iota\ \sigma\epsilon\sigma\iota\alpha\ \delta\iota\omega\iota$ . Plato potuerit: Aristoteles sibi licere noluerit. Ille enim  $\tau\omega\iota\ \delta\iota\omega\iota\ \chi\epsilon\lambda\epsilon\alpha\iota$  appellauit. Mutilè quoque narrat, cum filamenta nominat. Viscum quidem huius naturæ est, at non huius figuræ. Et minus rectè:  $\epsilon\iota\varsigma\ \delta\lambda\omega\iota\ \iota\alpha\omega\tau\omega$ . Quando non tota planta tegitur capillamentis. Alludit tamen ad illud Plinianum palliolum, de quo alias. Hæc cum enarrauit: iam bis ter dictam sententiam repetit nouo capite, noua recēsiōe principiorum. Plura enim, quàm supra, statuit, & inconstanti sententia. Omnes, inquit, herbæ, & siquid super terra cre-

scit, atque in terra, proueniunt ex aliquo horum quinque:

semine,

semine, humore aqueo, loco accommodato, aere, plantatione. Atque hæc quinque sunt, ut ita dicam, plantarum radices. Audacter sanè, cum herbas nominauit, addere instituit,  $\alpha\iota\ \epsilon\tau\iota\ \alpha\omega\delta\iota\omega\iota\ \tau\omega\iota\ \iota\alpha\delta\iota\ \tau\ \eta\lambda\iota\omega\varsigma$ : ut plantas omnes amplecteretur. Audacter, inquam: propterea quòd animalia quoque super terra crescunt: itèmq; ea, quæ non crescunt, horum aliquo opus habent. Quin cælum ipsum in loco est idoneo sibi. Nam quod hæctenus persuasum fuit multis, primum cælum in loco non esse: falsum ostendimus alibi. Omnino uerò æquanimitate quadam excipienda sententia est. Non enim ex iis omnibus unum conflauit omnibus principium: sed aliud aliq; necessarium statuit. Quanquam & locus, & aer, aqueus humor, omnibus. Semen, æquiuocè: sicuti dicebamus. Plantatio solis plantis, sed non omnibus. Et uerbum  $\pi\epsilon\tau\alpha\iota$ , quod, proueniunt, interpretatus sum, plus quàm æquiuocè: aut illa præpositio,  $\iota\alpha$ . Nam quæ prouentus similitudo, ex loco, & ex semine, & ex materia, & ex plantatione? Materia,  $\eta\zeta\ \delta\upsilon$ . Locus,  $\alpha\phi\ \delta\upsilon$ . Plantator,  $\upsilon\phi\ \delta\upsilon$ . Semen  $\eta\zeta\ \delta\upsilon$ ,  $\alpha\epsilon\iota\ \upsilon\phi\ \delta\upsilon$ . Siquis locum malit,  $\alpha\ \delta$ : nihil mutat. Hic, sicut & priorè libro,  $\alpha\iota\ \tau\iota\ \tau\ \alpha\phi\ \eta\zeta\ \epsilon\iota\zeta\alpha$ : sed peiore consilio. Nam radix propria plantæ pars. Confusè igitur promiscuèque usus est & partis, & causarum significato. At  $\epsilon\iota\zeta\alpha$  pars inest:  $\epsilon\iota\zeta\alpha$  principium extra est.  $\phi\upsilon\ \tau\epsilon\iota\alpha$  dicere malui plantationem, quàm satum: ne cum semine confunderem. Locus uerò perfectionis principium unum est. Propterea nanque tū motus, tū quies fit naturalis. Iccirco  $\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\epsilon\chi\iota\alpha$  posuit sæpè Philosophus. Postq; plātarū causas recensuit, & generationes,  $\delta\varsigma\ \tau\delta\ \delta\lambda\alpha$ : nūc aggreditur dicere,  $\delta\varsigma\ \tau\delta\ \mu\epsilon\tau\epsilon\delta\upsilon$ . Tripliciter, inquit, ferunt arbores fructus suos: aut ante frōdes, aut cū frondibus, aut post frondes. Ponit

hic eiusmodi partitionē, cuius mox causam reddat. Rectius tamen praeposuisset, quam distulit diuisionem, τῆς δ' ὁράων, καὶ τῆς ἀφοράων. Atque inde τῆς πολλοῦ ὁράων, καὶ τῆς μί. Tamen si non sunt statim contraria, τὰ δ' ὁράων, καὶ τὰ ἀφοράων: sed τὰ ἑφοράων, καὶ τὰ μί. τῆς δ' μί δ' ὁράων, τὰ μὲν ἑφοράων, τὰ δ' ὀλιγόφορα, τὰ δ' μετείοφορα. Item alia differentia earum, quae alterius ferunt: ἑφοράων quidem, si confertum spectes prouentum; ὀλιγόφορα, si continuationem interceptam: quando quod semel tulerint uno fœtu, ad duos annos partiendum sit. Notabimus etiā uerbū, ἀκαλαθῆ. Videtur pro eo positū, quod est συμβαίνω. Sic enim Aristoteles. Nam si πρῶτον, non ἀκαλαθῆ. Illud an uerū sit, attendendū. Fructū ferre prius quā folia. Florē quę fundat antefolia, scimus: at fructū quę ferat, equidē in memoria nūc non habeo. Talē diuisionē cōdiamus etiā lepidiore conatu. Plantas alias ferre, alias nō. Quae ferunt, ad sterilitatem mutari, loco, atate, negligentia. Secundum fatiorum tempora nonnullas respondere fœtura stāta. Veluti si post brumam triticum terrae mades. Alias accelerare. Brasicam, & lactucam si quis serat, quo tempore sementescunt adultae, semen secum ferunt ex humo prodeuntes. Quaedam penē toto anni tractu fecunda sunt, alium alio subeunte fructu. Nonnullae biferae sunt. In quibusdam nouelli fructus ueteres pellunt. Sunt etiam, sicuti dicebamus, quae nullis anni tempestatibus obnoxiae, circuitiones à satu suas seruent. Cinara si telluri per autumnum committatur, uere magna ex parte Pineam reddet pro opera: si per hyemem, aestate: per uer, autumno. Hęc igitur illis anteponenda: aut sic dixisset: ὅτι γὰρ φυτόν. At interpres omnem uim corruptit orationis, cum ait: ἐστὶ τοῦτο φυτόν. Non enim ex illo potest hoc inferri.

Quan-

Quaquam & hic repetit, & mutila. Est igitur, inquit, planta, quae radicem non habet: nulla gerit folia. Est etiam, quae caulē sine fructu fert, & foliis: cuiusmodi Chrysocome, sine Chrysitis. Sic diuidebamus nos. Quaedam partes habet omnes: quaedam non. Harum quaedam unicam, quaedam plures. Tubera enim tota radix mera sunt. Contra, quae radice carent, duo sunt generum. Aut enim radicem habent nullam necessario, ut Viscum. Aliena enim radice tum nititur, tum alitur. Hęc est necessitas naturalis. Detracta namque Visci planta, atque humo pacta non uiuet. Parasiticas hasce stirpes appellare consueui: quasi quae uictitent aliena quadra. Aliae sunt, quae non carent quidem radice, sed carere tamen possunt: ut Sedum, atque aliae, quae auulsa uiuunt. Quae uerō sit ista mirifica Chrysocome, non equidem scio. Nā quid eam non existimem propiore miraculo: cui sit in nomine aurea coma, in re coma nulla? Tum alias ad partes deducamus diuisionem. Sine ramis Iuncus. Sine folio Cuscuta. Sine flore Ficus. Sine fructu flos. Iridis. Sine utroque Adiantum. Iam uerō propositae sententiae causas perpendamus. Sic scribit: Plantae, quae fructum prius edunt, quā folia, multum pinguis obtinent. Igitur extenso calore, qui naturaliter inest plantae, & eius maturitas acceleratur, & corroboratur in ramis plantae feruendo. Tum prohibet, quin ab ea succus ascendat. Atque inde tum fructus, tum folia prodeunt. Tamen mihi uidetur huc nullam esse allatam rationem, propter quam fructus frondibus anteuertant. Nam si καλὴν τὴν γῆν ἀκαλαθῆν: aut ne fructus quidem prodibunt, aut fructus non erunt ἐκ τῆς γῆς. Neque possimus interpolare tam duram orationem, ut dicamus, tenuiores prodire

partes, quæ fructibus debeantur. Nunquam concedã: quas-uis fructuum partes, quibusuis frondium partibus tenuiores. Membranas siue cutes, coria, putamina, testas contem-  
plamini: maximam hæc auferent partem Iuglandis, Corni, Ziziphi: ut Pinum taceam. In ipso quoque uel Pruno, uel Persico est corium, & testa. At ea prius edunt fructum, quàm frondes. Florem, inquam, prius: qui fructus inchoatus est. Tum qui fructus exeunt, quàm folia, posteriores: eorum non omnium partes omnes crassiores sunt frondibus. Palmu-  
la caro tenuis. Medulla Balani Myrepica tenuior. Nuclei strobilorum. Quid Mora? Ergo si sumamus argumentum à tenuitate: prauenerint fructuum portiuncule tenues partes alias crassiores. At enim uero Punica corium prodit primum longe crassius tum frondibus matricis suæ, tum acinulorum succo. Et Persicus neutiquã pinguis arbor est: antegreditur tamen fructus rudimentum frondes. Non amplius immora-  
bor. Vos deducetis animos uestros per ipsas species ad ueritatem. Inter herbas quoque ratio constare nequit. Necessè est enim, folia prodire primum. Hæc enim erat herba definitio. Et in eis tamen pingues multæ. Neque bonus philosophus sic loquatur. Calor, aut maturitas in ramis corroboratur, in-  
que iis feruet. Quis dicat, τὴν θερμότητα, quis τὴν αἰσθητικὴν fer-  
uere? Sed sit interpretis durius scribentis. Illud condonari nequit: Calore prohiberi succum, quominus prodeat. Aperit enim calor. Deinde tot locis declaratum est: rarefacta plus occupare loci. Atque hic posuit, &c. Quare testes adhibeamus bellicis tormentis: quæ tu, Minuti, iocosè fulminalia uocitare solitus es. Vbi concepit ignem puluis ille sulfure, nitroque cõ-  
stans, occupat immensa spatia: ut uel ferream propellat mo-  
lem,

lem, uel tubum dirumpat ipsum: interdum etiam disiciat. Videamus alterum partitionis membrum. Ait sic: In plan-  
tis, quæ celerius folia producunt, quid intelligendum est? Hu-  
midorum multæ sunt effectiones. Cum igitur Solis calor cæ-  
perit aqua partes dispergere, sursum trahit eas Sol, & ma-  
turities serius euenit. Propterea quòd fructus maturitas non  
est nisi in compactione. Et antecedunt folia fructus ipsos,  
propter accessionem multæ humiditatis. Sequitur nihilo-  
secius sententiam suam, quàm explosimus. Crassiores  
esse partes, quibus constant frondes. Maior quoque propositio  
falsa est. Celerius in planta produci, quod tenuius est. Hoc  
enim tū dudum, tum alia disputatione refellebamus. Quip-  
pe radix omnium partium maximè terrestris est: atque ea  
longè omnium prima generatur. Sic in animali arteriarum  
prius tunica, quàm caro, conformantur. Finis enim prima-  
rius motor est uel artificis, uel naturæ. At crassiorum par-  
tium quarundam finis nobilior, quàm aliarum aliquot mi-  
nus crassarum. Multa sunt exempla. Sed manifesta natura  
tum carnis, tum neruorum comparetur. Cordis quoque con-  
cretio crassior est: cuius tamen ortus primus, ac princeps par-  
tium tenuitate superatur ab adipe, parte perquam ignaua  
sanè, atque etiam ignauorū. Intueamur illud exactius: Mo-  
to, inquit, humore trahit eius partes Sol sursum. Differtur  
itaque maturitas. At maturitas ad fructum pertinet. Quæ  
uerba uexabunt ingenia uegetiora. Nam si partes trahit,  
trahet tenuiores. Partes ergo fructuū, non frondiū. Præterea  
dicit, antecedere folia, τὴν πρὸταρχὴν τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τῆς ἡλίου. Ergo  
multus educitur humor. Terra igitur multum relinquetur.  
Quamobrem hæc futura fuerit fructuū materia. Id quod ab

eo lōgè diuersum est, quod intendit. Quinetiam, ut hoc omit-  
 tamus, illud est animaduertendum. Non posse, quod ait, eue-  
 nire: maturitas ut sit  $\omega\tau\eta\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\alpha$ . Nam ille terrestris humor  
 secandus, atque coquendus erit à Sole: quo fructus exeat: &  
 tamen tunc, cum inchoatur educente Sole, terrea sunt illa  
 $\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\eta\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}$ . Notabimus uerbum  $\Delta\iota\sigma\upsilon\sigma\tau\acute{\alpha}\nu$ : unde nostrum  
 dispergere. Post hæc eorum rationem reddit, in quibus fron-  
 des simul, fructusque proueniunt: Humorem illum, siue len-  
 torem esse pinguem: cuius è tenuioribus partibus edatur fru-  
 ctus: è crassioribus folia. Quam sententiam redarguat mul-  
 tarum natura plantarum. Exemplū sumatur à Rosa: si quis  
 eius partes mentis ui separatas diiudicet. Nam ut quæque  
 maximè terrestris pars est, ita primo quoque tempore produ-  
 citur: pediculus, alæ, turbinatus tumor ille, qui tandem ex-  
 crescit in capitis & nomen, & proportionem. Ipsius quoque  
 floris folia (sicut & alij fructus omnes) terrestria primū,  
 aerea postea fiunt. Vt non tam sit  $\omega\tau\eta\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\alpha$ , quàm  $\omega\tau\eta\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}$   
 maturitas. Hoc autem ex Aristotelis principiis à Conciliato-  
 re, & aliis disputatum est: Concoctio sit'ne per inspissationē,  
 an per rarefactionē. De hoc alibi. Tātum illud hic. Non esse  
 tutum illis perfugium, qui uentriculi operam negant esse co-  
 ctionem: preparationem aiūt ad coctionem. Hoc gladio pu-  
 tarunt se posse soluere Gordianum illum nodum, quo capti-  
 ua teneri Philosophi sententia uidebatur. Nam in uentricu-  
 lo nemo non uidet succum, quàm prius erat in cibo, liqui-  
 diorem. Nec iudicium Conciliatoris satisfacit. Quemadmo-  
 dum sit id accipiendum, diximus suo loco. Falsitatem hu-  
 iusce nouæ sententiae uideamus. Omnis motus quæque  
 pars cuique parti uniuoca est. Omnis pars alterationis alte-  
 ratio est:

ratio est: augmenti augmentum:  $\tau\eta\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\alpha\tau\omega\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\alpha\tau\omega\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\alpha$ .  
 Actio caloris naturalis in cibum, ut fiat succus: in succum, ut  
 fiat sanguis: in sanguinem, ut fiat ros: in rorem, ut fiāt alie  
 tres illæ  $\theta\epsilon\upsilon\mu\mu\acute{o}\upsilon\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}$  humiditates: in hæc, ut fiant corpus,  
 hæ, inquam, omnes actiones alterationes sunt. Eadem ma-  
 teria, idem agens: idem finis: idem motus igitur genere, sub-  
 inde procedens per species adusque ultimam. Scilicet altera-  
 tio una per hanc specialem, & hanc, & hanc perfectibilis  
 alterationem. Nō enim fit in uentriculo, sicut in cacabo præ-  
 paratio. Sed idem calor, sui similis, uno tenore, dissimilis tan-  
 tū instrumentis. Vt ad rem redeam: noster hic arbitratus  
 est, rerum summam in calore, tenuitate, tum aliis eiusmodi  
 qualitatibus uersari. At quanto melius Peripatetici, &  
 Proclus ipse, quem equidem Platonis & Aristotelis glutinū  
 appellare solitus sum. Is enim in Alcibiade tria ponit. Pri-  
 mū,  $\delta\iota\alpha\iota\omega\sigma\iota\varsigma$ , quā uocant  $\omega\tau\eta\lambda\acute{\iota}\chi\epsilon\iota\alpha$  Peripatetici. Secundū, potē-  
 tiam, quā  $\delta\upsilon\omega\mu\epsilon\upsilon$  nominat. Tertium,  $\omega\tau\eta\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\alpha$ , siue actio-  
 nem. Essentia dominatrix est. Ab ea fluit potentia. Ab hac  
 actio. Essentia consensu omnium est in predicamento sub-  
 stantiæ. Potentia, siue potestas, siue facultas, seu uis, aptitu-  
 do ue posterior est natura: etiam si, ut uult Duns, in eodem sit  
 predicamento, atque idem re cum essentia. Tanto posterior  
 sit raritas, & tenuitas: in obsequio, atque adeo nexu ipsius  
 essentiae, cuius est proles, etiam si sit alumna. Nefas enim est,  
 ut ex Platone, & Aristotele scribit Plotinus, effectibus caus-  
 sas superari: ut ego addo, uel etiam æquari. Ambitus qui-  
 dem par esse possit: uis non possit. Sic etiam Galenus  $\chi\epsilon\iota\omega\sigma$ , et  
 $\omega\tau\eta\sigma\upsilon\mu\pi\eta\tau\alpha$  distinguit opportunè. Pēdet enim actio ab ea natura,  
 quæ in usum, atque utilitatem constituta est. Tamen si  $\chi\epsilon\iota\omega\sigma$

partium omnium esse quit:  $\alpha\iota\gamma\alpha$  earum tantum, quae ualent aliquid efficere: quam ob causam dictae quoque sunt officiales. Hinc scire licet, an recte Galeni  $\omega\delta\iota$   $\chi\epsilon\iota\alpha$ s, de usu partium interpretemur. Et sanè recte: si caro ulli est usui ad fines à natura destinatos. Vti nanque uidetur ea pro partium supplemento. Scilicet  $\delta\gamma\mu\omicron\nu$  facit, officium nullum facit. Quod si  $\chi\epsilon\iota\alpha$  capiatur ad animalis functiones, ut quidam uidentur interpretari: nulla sit carnis  $\chi\epsilon\iota\alpha$ . Non enim uiuitur animal ea. Verum ad alia. Vocat enim nos antiqui. His enim scribit iste, morem fuisse, folia quoque fructus appellatione designare. Quos hinc antiquos innuat, non liquet. Nec male fecit usus posteritatis, quae tam ineptam sustulit ambiguitatem. Vtinam uerò ne scripsisset, quae sequuntur. Ponentur ergo, ne fallant, si quid est castigandum. Cum, inquit, humor tantus est, ut concoqui compingique non possit, propter aeris  $\alpha\iota\alpha$   $\pi\lambda\upsilon$ xiu, & studium attractionis, quae desuper à Sole fit: tunc eiusmodi humor, in quem non est excitata concoctio, alteratur in folia, quae nullo alio fine diriguntur, quam humiditatis attractione: atque ut sint fructuum operimenta, quae Solis uehementiam defendant. Non igitur necesse est, ut eadem ratio sit, & frondium, & fructuum. Nanque succus ascendens, ubi alteratus fuerit, in foliorum naturam transit. Non melater, quod Aristoteles de uite luxuriante scripsit: quodque dicebat Theophrastus, nimis leto solo bonas arbores degenerare: quod succus ille nequeat concoqui: quia propter abire in deteriore partem: opusque naturae quasi stare citra fines suos. Hec ita capienda sunt. Oppressam nimio succo uim generatiuam subsidere, ac cedere oneri: non autem gradus esse concoctionis eiusdem operae in generatione dimidiata folio-

rum,

rum, & perfecta fructuum. Nam tametsi succus idem est: eadem uis uniuersalis generandi, & informandi: tamen priua uis priuis operibus destinata est: ut haec flores gignat, illa folia. Nihil, inquam, fortuitum ibi, sed certis praescriptum terminis, ac principiis. Diuersus uerò abit saepenumero ad materiae copiam, uel inopiam. Cum tamen & corpore minimo Scincus, & maximo Crocodilus in eodem humore, sub eadem figura, sub eodem genere constituti sint: ut ex largissima copia materiae, semper incrementem, ut aiunt, molè sibi uindicarit altera species: ex eodem altera thesauro tantilla fuerit unciola contenta. Adianti quoque tres illae notae species ex humore prognatae, atque in humoris uis educatae, sicca adeò sunt: ut omne sui ortus, hoc est humoris, commercium respuat, ac societatem. Noster uerò plantarius philosophus admodum materialis est. Proinde quasi ludat tesseriis, si non cadit Senio, patiat iaci Canè. Nihil magis ridiculum, quam putare, totam naturae molitionem comparatam ad fructus creationem. Id si patrare nequeat, conuertat ad frondes operam: ac tanquam in diuerticulo merendam capiat: quia non licuerit ad hospitium cenare. At enim uero natura eadem quam ob causam non omnes fructuum partes esculentas fecit? sanè propterea quod alium finem cutis habet, alium putamen, alium nucleus, alium alia: stipes, radix, cortex, rami, denique frondes ipsae. Quid, quod & alibi saepe, hac itè parte sibi contradicit? Constitutas enim frondes ait fructuum praesidio. Id igitur agit còsulto natura, non autè frustrata spe operis, atq; officij prioris. Et quaedam profecto plantae succisua opera, neque ex proposito, sed per accidens generatae uiderentur: nimirum quae nullum ferunt fructum. At quotus quisque uel è plebe

D d iij

philosophorum putet: naturæ condenti Scolopendrium ad fructum defuisse materiam? Aut, ut acutius dicam, superfuisse: quæ iccirco permanēs incocta post abierit in folia? Sed formæ ipsi, pro modo rationeque uirium, quantum materię depositur à fine, naturæ consiliis, atque opibus est attributum. Satis est hoc à philosophorum principe tum in libris uniuersalibus, tum in priuata historia declaratum. Nam in quarto de Cælo, formam dicit esse ducem, perfectionemque materię. ἔν δὲ μὲν πᾶσι ἔστιν εἶδος, ὃ δὲ πᾶσι ἐξελυμένον ἂν ὕλη. Sic in secundo Physicorum, ἄντι πᾶσι τι εἶναι materię, propterea quòδ οὐ ἐκ τοῦ εἶδους ἄλλου ὕλη. Non alio modo alia, nisi quia recipit à forma, ut sit hoc aliquid. Variatio igitur, ἔστι ἀλιετὴς εἶναι πᾶσι τι: ut materia sit huius materia. Est siquidem alia: quia aliud. Sic etiam in eodem libro de Cælo diuinitus. καὶ ἐστὶ μὲν ἡ οὐσία, ἔστι δ' εἶναι ὃ τῶν πάντων. Ut secundum essentiam sit in predicamento substantię: secundum esse dicatur ad aliquid. Est enim huius materia. Quare optimè dixerat, ὃ πᾶσι ἐξελυμένον. Vbi ne ὃ ἔχειν ex usu uulgi pro eo capiamus, quòd est, occupare tantum, sed pro potestate ipsa efficiendi, atque gubernandi. Quemadmodum Plato in Cratylo ἄντι αἰσθητῶν, καὶ ἄντι ἐκτελεσῶν, pro eodem iubet accipi: ὅτι καὶ ἡ φύσις, καὶ ἡ ἐκτέλεσις. Quare serua est materia: forma uerò princeps. Cum igitur à fructu folium forma differat: etiã materia diuersa erit. Non autem καὶ τὰ ὃ μᾶλλον, καὶ ὃ ἥττον ἂν πᾶσι εἶναι. Videmus enim post inchoatum fructū multas arbores magnam uim fundere frondium. Esset alioqui folium fructus incoctus: ἔστι fructus folium coctum. Sicuti de pituita, ἔστι sanguine Galenus εἰς τὴν ἰατρικὴν. Aut foliū esset πᾶσι βλαστὴς naturæ: sicuti uocat idem Philosophus. Et natura cogeretur

à materia: dictator à plebe: uel sibi illa aduersaretur. At Platonis in quarto de repub. scita sententia est. ὃ φαυλὸν ἔστι καὶ ἀκαθάρτου ὃ ἀπὸ τῶν ἀκαθάρτων ἔσται. Hæc sunt ex præceptionibus uniuersalibus. Reliqua deinceps è priuatis narrationibus, atque disputationibus. Nam in xx sectione propositarum questionum, Myrtos nigras cultu mutari posse negat. Quo fit, ut agnoscamus, formam constare, nec cedere materię, aut accidenti. In libro secundo historicarum præscos philosophos castigatos: qui putarint, superiorum dentium ordines in cornuum absumi materię. Quippe si ita sit: uitulo cornibus auulsis, aut exustis, dentes superiores emerguros. Homo, cui maximum sit cerebrum, unde tum dentes, tum cornua confieri queant, esto corniger. Balena quoque huic Cætabricæ, cui dentes nulli, uastissima sunt cornua. Non defit enim materia. Igitur Aristoteles cum τὰ ἀμυρόδοντα carere cornibus, quia dentes haberent superiores, ex ueterum sententia prodidisset, emendauit addita historia: Nonnulla esse, quæ dentibus careant superioribus, quibus tamen nulla sint cornua. Ibi nominat Camelum. Non est igitur, quòd aiunt recentiores, taxari à Plinio Philosophum: sed ab utroque ueteres, qui sic senserint. Sequitur enim Plinius illum in undecimo, tota sententia. Neque prudenter iidem Plinium reprobant, qui Ceruarum attulerit exemplum. Sic autem inquiunt. Non esse in Cervis naturæ defectum, sed occasione sexus euenire, careat ut Cervua cornibus. Tentasse nanque naturam in iis quoque, sicut in maribus, quòd erat propriū speciei: uerū materia defectam. Hæc illorum opinio. Quasi uerò natura sit alia, quæ materię suppediter: alia, quæ materię deposcat sibi: tanquam Aeneas ab armigero Achate,



cum oppressus hostium ui dicit: Suggere tela mihi. At enim-  
 uerò existimandum est: materiam facilius, ac parabilius  
 presto esse, quàm imponi formam. Operosior enim hæc. In  
 Cerua igitur si uis inest informatrix, unde sumat, quod,  
 quantum opus habet, nihil ei defuturum puto: modo sit ab  
 infinita illa potestate certus præstitutus finis. Cornua uerò  
 non debentur Ceruinae speciei, ut Cerui species est: sed speciei  
 in mari tantum: sicut mammae, matrix, in femina tan-  
 tum: omninò uerò membra, seminàque genitalia, altera  
 in alterutro. Profundius hæc ita considerabuntur. Hasce  
 differentias duobus esse modis. Vnus modus, secundum ha-  
 bitum utrinque positum: ut membra uirilia, & muliebria.  
 Alter modus, secundum habitum, & priuationem: cornua,  
 non cornua. Rursus digeramus ad hunc modum: Differen-  
 tiarum aliquas esse formales: eae species constituunt, neque  
 uariantur: ut spirare, sentire, moueri, intelligere. Quasdam  
 materiales, quae in speciei principiis posita, non in iis consi-  
 stunt, sed partim in alterutram, ut membra generationis:  
 partim in alteram præcisè partem demittunt sese, nec qua-  
 runt alteram: ut Leonum iuba, Ceruorum cornua. Quid?  
 Videamus quot luserit natura modis. Dentata in anteriore  
 mandibulae superioris parte, non cornuta: Leo. Cornuta non  
 dentata: Bos. Neque cornuta, neque dentata: Camelus. Cor-  
 nuta & dentata: Indicus Asinus. In utroque sexu cornuta:  
 Bos. In mari tantum: Arietes nostrates. In femella tantum:  
 Arietes Africani. Non sunt igitur uel iuba, uel cornua spe-  
 cierum differentiae: sed sicut par, & impar in numero. O-  
 mnium uerò stultissimum, quod profitentur. Naturam ma-  
 teria carere solo Ceruae sexu. Nam quotidianum naturae opus  
 queat

queat ab aliis operibus eiusdem mutari, differri, intercipi,  
 impediri: At cum primordiis Mundi speciem instituta, qua-  
 re in masculo integram, in femella semper mutilam dicas ob-  
 inopiam? Non habuit in penu sua Deus materiam, cum Cer-  
 uam fabricabat, unde depromeret ad cornua. Sunt uerò con-  
 iunctiones, atque necessitudines superioris naturae cum infe-  
 riori coherentes adeò, ut una tantum sit Sapientibus, non  
 duae: sed intellectiois imbecillitate duae, non una, censeatur.  
 His iisdem de causis male est à philosophis pronunciatum:  
 qui naturae propositum dicerent, semper marem generaturi-  
 re. Quod ad opus perficiendum cum impediatur, quod esset  
 reliquum, feminam, quasi hostiam succidaneam supponere.  
 Haud negamus, esse marem, quàm femellam, maioris operae.  
 At Hominem quoque perfectioribus esse constitutum prin-  
 cipiis, quàm Leonem. Ad Leonem tamen nõ diuertere: quasi  
 cum sit hominis frustrata creatione. Sic in Timæo Plato fe-  
 minae uirum cum anteposuit, agnouit ex comparatione sta-  
 tum conditionis: non autem constituit operae gradum in offi-  
 ciis naturae. Ibi, inquit ille, uiros, qui à fortitudine degenera-  
 rint, sequente saeculo mutatos in mulieres. Quin simul utrū-  
 que dicit aliquando creatos ita, ut unum fuerint corpus. Dis-  
 iunctos postea, quo more nunc fit à natura. Vbi uoluit ille sub  
 iis ambagibus aequalem finem propositum consiliis illius.  
 Hanc disputationem colligemus ex summis Metaphysicae  
 principiis. Quae Sapientia cum Deum rerum omnium auto-  
 rem censeat, eundemque omnium item rerum formam quo-  
 dammodo dicat: necesse est, ut quantum formae aliae distant  
 ab illa prima forma nobilitate, tantum à formis hisce mate-  
 ria. Quod uerò pertinet ad presentem contemplationem de



fructuum, ac frondium generatione, ne nos moueat, quod in uigesima sectione scriptum est. R. haphano, inquit, bybernis temporibus si adimantur folia, solumque desuper pauatur, ne descendat aqua, grandissima radix aestate fiet. Nam tamen si uidentur uerba hæc eandem radici, foliisque materiam constituere: haud tamen ita est. Sanè succus à terra materia longinqua, & communis esto. Negatis foliis foliorum creatrix uis in otio est. Succus, qui non ascendit, uirtuti radicis auctrici transmissione frustratum reseruat: atque ita crescit. Nunquam tamen dixerim: succum illum, ex quo radix continuo futura fuerat, porro coctum, ac maturatum, sese in folia daturum, si permittatur. Sed communem massam rudem, atque inchoatam educi statim, atque alterari ad transmutationem, fierique materiam secundam, aliam pro radice, atque in radicem, aliam in alia. De foliis quoque minus bene loquutus est: ἀ δὴ ἂν ἐργουσι ἄλλον σκοπόν, εἰ μὴ ἐφίλκυσιν τὸ ὑπὸ τῆς τῶς. Nam si folia nullū sibi proponunt aliū finem, præter humoris attractionem: igitur folia sunt excrementa. Excrementa nanque nullum habent finem ipsa, nisi humoris attractionem: ut pili quidam. Qui non alia de causa sunt: nisi ut ne sint. Pili mustacei crescunt, ut tondeantur. Facti sunt à natura, non ut aliquid facerent, sed ut aliquid fierent. Longè sanè nobilior est eorum constitutio, quàm fumus, quo ex cōcreantur. Quanquam ne id quidem, tametsi tum Alexandri, tum est Theophrasti iactatum autoritate, probatur mihi. Folia præsidij nomine condita: quibus esset munimentum fructibus ab incommodis. Omitto, quæ suprâ commemorabam, argumenta multa. Complures sunt plantæ, quæ nullū fructum ferunt, folia ferunt. Ergo nō propter fructum. Enati

flores

flores sinu foliorum tutela plerisque in arboribus, longè sanè imbecilliores, quā fructus ipsi: quāto uerò propiores iniuriæ? pruinis extrema brumæ, ueris imbribus ineuntis. Non igitur folia fructuum causa. Hoc unum sit: illud alterum. Si per se, si primò, fructus ad propagationem, foliis prohibetur, quin maturescat: propagatio fieri nequit sine maturitate: folia non solum non afferent ullum inuamentum, sed etiam impedimento erunt. Sin secundo loco, naturæque institutis uidem fructus sunt ad animalium cibum destinati: iam hoc quoque frondium frequentia corrumpitur beneficium. Quocirca stringuntur uites, propterea quòd obsunt frondes. Quo in rerum genere mihi quidem uidetur naturæ consiliū multo callidissimum: quæ ultro auxerit hominis studium, non tam neglecta, quàm relicta parte operis ei, cui thesaurum appararat. Ad hæc, non omnes fructus sub foliis. Postremò fructuum omnium maximè utile ac necessarium nullo eiusmodi munimento tectum est: Triticum, inquam: sicuti ne frugum quidem alia genera: quæ tam curiosa iudicia non mediocriter hoc in negotio uexare possunt. Hinc ex oleariū historia diligentius prosequitur sententiam suam. Nam, inquit, quod humor hic sit folia, maturitas autem flos: ex olea patet. Aliquādo nanque cōtingit certis annis, ut sterilescant. Suffecta deinde materia fructum ferant, solito prouentu. Hoc nos tantum abest, ut negemus, ut etiam pro nobis facere contendamus. Putantur sanè uites: nempe quo succi quantitas uuis sufficiat, neque uel in brachia, uel in frondes distrahatur. Ceterum haud ita est: ut quo anno sterilescunt oleæ, nō fiat succus idoneus ad fructus confectionem: propterea quòd ulteriore opera, quàm pro foliis illum percoquere nequeant.

E e ij

Sed uis ipsa fructificans prioris anni sedulitate fatigata, sequenti effæta conquiescit. Est enim, quod & alibi dicebamus, hoc omnibus materialibus commune rebus, ut agendo fathiscant. Sic intelligenda sententia est Theophrasti hæc eadem prædicantis in primo de causis: Frondibus luxuriantè minus ferre fructuum. Et in quinto: Paucas extare frondes Amygdalo, quæ fructus ediderit uberiores. Concludetur ex illis contradictio deprehensa. Fructibus existunt præsidio frondes: Vbi nullus fructus, frondium plus. Pro insuauibus illa uerba notanda sunt: ὅταν ἡ φύσις τῆς γῆς ποιήσῃ, ἀλλὰ βασιὶν πρῶτως ἐκ τῆς λεπτότητος, ὁ πόρ' ἐκ ἐπαύθῃ ἐκ τῆς θερμότητος. Asperitas ea sic lenietur: Educi fructū de tenuioribus partibus, quas non absumpserit calor. Dixerim, ἐπαύθῃ: factum est, ut deficeret. Nam ἰνυσις supra ponebatur pro generatione. Iccirco motus priuatio, pausa, dicta est hęc. qua uoce Veteres utebantur. Id si quis aliter interpretetur: more nostro, satis habeamus, & acquiescamus: sequamurque libentissimè doctiorem. Neque enim, uel ego moror hæc, uel ipsa me morantur, in quibus diuinatio, quam iudicium, potior est. Oratione scabiosa semper unguis nostrī sunt fædiore.

Enarrat deinceps alias partes certarum specierum: spinas scilicet: quas esse ait è genere plantarum, eodem sanè, sed non ex eadem natura. Ita φύσις capit hęc pro specie: ut sit minor, quàm genus: non admodum scito cōsilio. Et ait: in eiusmodi plantis raritatem inesse quandam, per quam ascendat humiditas frigida, quæ Solis concreseat ui. Quorum uerborum partim inepta, partim falsa sunt. Ineptum: quando tãquam rem mysticam profitetur: humoris commeatum per corporis spatia. Deinde contrà, quàm statuit, intelligamus.

Profectò

Profectò densiores sunt arbores spinosa, quàm quæ spinis carent in eodem genere. Exemplo est Pyrus ipsa manifestò. Ex feris translata locis, adhibito cultu deponit agrestem illum habitum simul cum aculeis, quos adulta tulisset: simul laxatur illa densitas, quæ uidetur in eius popularibus, unde trãsportata fuit ad naturam meliorem. Neque assentiendum super illo humore, quem frigidum profitetur. Quin stirpes quadam, quoad frigidiusculæ sunt, nullam spinam gerunt: ubi per ætatem prouectiorem tum anni, tum suam concaluerē, ibi uerò tandem aculeascunt. A Lactuca petatur hoc: quæ per id tempus calorem prodit ex amaritudine. Cinara quoque satis est calida. Nec Eryngium testatur aliud: nec tacet Aloe: tum Vrticæ morsus pertinacias omnes expugnant. Et opinionem hanc sub triumpho sensus captiuam ducent. Verba uerò illa, καὶ μετ' αὐτῆς βεβῆκα Ἀγκυραῖς, satis obscura sunt: nisi sic accipiantur. Humoris haud multum prodire: sicut fit in ramorum generatione. Rationem simul reddit, quàm ob causam sit aculeis figura pyramidalis. A crasso nanque prodeuntes attenuantur in mucronem. Propterea quòd aer, inquit, paulatim plantæ circumfusus, eius auget partes cum intensione materiali. Id quod plantis item ipsis euenit: Tenuiore nanque cacumine sunt. Cæterum minus plenè huius explicasse rei causam uisus est. Neque uerum arbitror, augeri plantas aere circumfuso: sed animæ uim auctricem id efficere Sole adiutam. Figura uerò caussa uidetur in spina esse: quòd basis alimento propior est, atque iccirco latior. Sic & racemorū facies, & Strobilorū. Denique omnis stipes talis est. Quanquam Pyris, & Cucurbitis contraria ratio. Excrescunt enim in extremum magis:

E e iij

at neque Cucumis, neque Pepo. Nam Oui lex alia. Posterior enim pars minus ampla, quia premitur inter exeundum. Iam hinc uerò transeundum nobis est ad affectiones, à coloribus initio sumpto. Ut ab his quoque priuatim noua materia, noua capituli inscriptione designanda sit. Plantis omnibus deberi uiriditatem natura sua, quasi rem communem. Videamus, inquit, interior albedo quemadmodum communis est, ita foris uiriditas. Huius rei causa. Quod utuntur materia propiore, magis que cocta. Quo igitur uiriditas omnibus in plantis insit, oportet, ut materia trahant, & refaciant arboris lignum. Paruam tum efficit caliditas coctionem: & humoris aliquid remanet, qui foris apparet. Atque haec est uiriditas, quae in plantis inuenitur: nisi maior fiat coctio. Mediocris autem in foliis esse debet, & in lignis potestate. Haec autem uiriditas non corrumpitur: si humor existat in ea, qui sit è genere terrae. Fit igitur ex utrisque his color ille uiridis. Argumento sunt arboris cortices, qui nigrescunt arefcete illa. Intus autem atrii sunt. In arboribus igitur inter duos colores uiridis color fit in earum superficie. Sententia summa est haec. Omnium affectionum communem esse maximè plantis uiriditatem. Eius autem modum ponit sic. Inter candorem, & nigrorem. Ab humore uerò causam. Eius affectionis euenta ponit. Interire in quibusdam: in aliis perpetuari. Idem à partibus. Propterea quod aliusmodi sit in cute arborum: aliter in foliis. Et à loco. Quippe non interior, sed exterior. At hoc subtilius perpendamus. Pallent enim quaedam moritura. Alia contra, pallor occupat ineunte aetate: porro adulta uirent. Talis Buxus. Praeterea ne credamus, intus omnes albescere. Sandali rubri sunt, & Brasilum. Fusa-

sago,

sago, & Scotanum, lutea. Varium Agalochum. Niger Ebenus, Terebinthus, Sorbus, Larix, Iuglās, Pyrus, alia multae non albae. Nunc propositiones ipsas contemplemur. Ut communis, inquit, intus albedo: sic foris uiriditas. Ergo non est uiriditas: si respondet albedo. Quin albedo maior. Superficies enim non aequatur interiori toti corpulentiae. Ratio, quam dicit, ut intus albedo sit, foris uiriditas, haec est. Quia, inquit, interior natura propior est, ut coquatur. Ergo uiriditate retur à defectu coctionis. Nihil hoc alienius à ueritate. Nam folia suum finem coctionis hunc habent. Alioqui semper essent imperfectum ens. At uidemus nullum aliud praeterea colorem assequi. Contra potius appetente alio colore corrumpi. Sic moribundae Vitium, Ruborum, Malorum frondes rutilant. Adhaec, extrema sunt aut aequè cocta, aut si differunt ab intimis, coctiora sunt necessario. Aere nanque iuuantur, & Sole. Tamen aequè cocta putandum est. Plantae nanque uis coctrix aequalis est pro partium ratione: sibi quidem similis, subiecto dissimilis. Tum autem: durior extrema pars: Ergo cocta magis. Item aridior. At ab humore molle fit, qui calore nequeat expugnari. Etenim exteriora omnia sicciora. Pro munimento nanque data sunt. Ita constituuntur ab efficiente illo, propter finem hunc. Postremò si uiriditas esset propter *μλλωαν* siue incoctionem: semper essent immaturi fructus quidam: ut in genere Malorum, Pyrorum, Prunorum, Cucumerum, Peponum, Anguriarum, & aliorum multorum: qui nihilominus & maturi sunt, & edendo, & dulces. Cretenses uuas preciosissimi uel Pramnij, uel congeneris uini matres, semper acerbis credideris ex colore. At ille tum suauissima, cum nectar illud fundunt, prope

quod uoluit ille uetus Iupiter nasci: ut esset unde laute suos acciperet undecim epulones. Multis aliis in fructibus hac observatio necessaria est. Albicant initio, aut pallent: deinde uirescunt: postea nigricant, aut rubidi fiunt. Ergo si, ut ait, uiriditas est inter albedinem, & nigredinem: sanè erit mediocris inter coctum, & non coctum. At candidum à coctione fieri narrabat. Coctum tamen in exemplo est nigredinis, non coctum albedinis, ut in fructibus ostendebatur. Post hæc quæ sequuntur, falsa sunt: ἵνα ἢ χρορότης ἐν πᾶσι τοῖς φυτοῖς. Nō enim in quibus dicebamus, nec in Aspalatho: nisi Aspalathum Scotanum est. Ne cieam nunc è scopulis Corallium. Planta nanque est. Ex hortis autem Atriplices, Betas, Blita: ex areis medicamentarius Bistortam, Cyclaminum, pictas albo Serpentarias: ex aggerum toris Carduum argentatum, Argentariam, Cottonariam. Infra uerò causas horum ipse quoque digerit. Reddenda fuit hîc, quam posuimus alibi, causa: quare sint in umbra Rubi pallidi: aliæ plantæ in opacis tanto uiridiores. Quamobrem rubescant autumnò folia, Mali, Rubi, Vitis, Opuli. Ex quibus agnoscamus albedinem in multis abesse longius à maturitate, quàm uirorem. Vel cum seminum medullam uidemus candidam prius in uiridè transmutari plantam. Nempe fit hæc ulteriore coctione coloratio. Semen enim diximus alibi plantam esse inchoatam. Pessimè uerò illud: αἰ ὕλα ἐλευσι, καὶ ἀραιῶσι τὸ ξύλον. Quis enim attribuit unquam materiis actionem, uel attractionis, uel rarefactionis? Ait uerò ex humore terreo fieri uiriditatè: non malè. Arescètes ergo cortices nigrescere: propterea quòd terrestre manet: abit aqueum. Aquam enim uiriditatis esse matricem diximus aliàs: unde fit in subgrundiis ad parietes muscosa

muscosa cutis: qua resiccata paululum conficitur impluuiatus color. Non tamen iccirco sequitur, uerum esse, quod ait iste de coctione diminuta. Neque enim plus coctus chylus, quàm sanguis. Lac autem, quàm sanguis, coctum maius, productiore, non intentiore coctione: sed caloris facultate remissiore. Itaque plus habet aeris, minus ignis. Sic agitatum albescit oleum concepto aere. Ita nix: ita semen genitale ex sanguine. De coloris constitutione, actu, potentia, uisibilitate, luce, lumine, satis alibi disputatum est. Inter quæ illud à uulgo alienum. Hanc enunciationem, aer est lucidus, alio modo sustinere prædicationem, quàm illam: paries est albus. Phrasin attendamus. Mollissimè nanque dixit, ἡ χρορότης χροία. Virescens color, pro uiridi. Et, ὀφθαλμὸς, quasi debitum à natura. Quod autè hîc appellat πρᾶγμα, sit potius πρᾶξις. Alterum genus aggreditur affectionum, figuram: cuius modos assignat tres. Quædam, inquit, ascendunt: quædam descendunt, quædam medium petunt. Quæ se attollunt, in iis esse naturam in medulla, quæ calorem ad sese trahat. Igitur in medulla raritate comprimere aerem, atque iccirco turbinari, scilicet ignis modo, qui leuitate sua cacuminatur in Pyramidis figuram. Quæ uerò descendunt, harum meatus compingi. Vbi uentum sit ad coctionem, tunc humoris materiam condensari: quo in humore medulla sit. Inde sursum exit tenue: reciprocatur humidum deorsum. Mouetur enim à propria grauitate. Quæ uerò sunt inter has, earum humiditas attenuatur: propterea quòd natura boni tēperamēti propior fit coctioni. Tū meatus mediocres sunt. Extēditur ergo materia tam sursum quàm deorsum. Est autè sub planta prima coctio. Secūda in medulla, quæ à terra exit, atque existit in

22 planta medio. Postea diuisio fit, quæ euenit à secunda, non à  
 23 prima coctione. Tertia uerò coctio in animali est. Non enim  
 24 fit hæc coctio, nisi propter naturæ secretionem in membris, et  
 25 naturalium distantiam inter se. Quibus uerbis habemus  
 explicationem modorum trium, primo loco. Deinde τὸ δὲ τι-  
 λέος iudicium, secundo. Ceterùm primum, ac maximum er-  
 ratum est, cum attribuit ascensionē ac descensionem figuræ.  
 Hæc enim Veterū opinionem de naturæ diariis deletā osten-  
 dimus à Philosopho. Tam enim ascendens, quàm descendens  
 eiusdem figuræ queat esse. Itaque Rhaphani, tum stipes, qui  
 sursum, tum radix, quæ deorsum tēdit, pyramidalis est. Atque  
 ita pyramidales ambo: hæc ut illam superet faciei manifesta  
 delineatione. Tanto peius cum ipso agatur: cum medias plā-  
 tas, quæ neque ascendunt, neque descendunt, iccirco puta-  
 uit ab utrisque diuersa figura esse. Dicit ergo plus ignis ob-  
 tinere, quæ sustolluntur. At hoc falsum est. Altius nanque  
 Taxus attollitur, quàm Persicaria. Et acriores sunt uel Spa-  
 thulæ, uel Iridis, uel Acori Scythici, uel aliarum compluriū  
 radices, quàm stipites. τὸ καίτω intelligit medium, aut ad me-  
 dium. Sic Aristoteles: sic Timæus Locrus, τὸ καίτω, καὶ τὸ μέσον  
 τῶν τῶν ὁσπῶν τὸ ἄνω καὶ τὸ καίτω φέρεται. Plato uerò etiam confutat  
 eorum opinionem, qui inam cali circumferentiam τὴν καίτω  
 arbitrarentur. Negat enim, in orbe perfectō, cuiusmodi Mū-  
 dus est, τὸ ἄνω, καὶ τὸ καίτω: id est, ut Veteres loquebātur, sus &  
 de. Munit autem sententiā hanc uerbis hisce: αἱ γὰρ τὶ σερροὶ εἰν  
 καίτω μέσον τῶν πᾶν τῶν ἰσοπέδων, εἰς ἃ δὲν αὐτὸ πᾶν τῶν ἐλατῶν ἀνεχθῆναι,  
 ὅτι τὴν πᾶν τῶν ὁμοιότητων αὐτῶν. τὸν γὰρ καίτω, πῶς δὲν φέρεται πᾶν τῶν  
 ὅσα τῶν σῶματος ὄγκον ἔχει. Vbi cauendum censeo nobis ab illa  
 26 uoce, ὄγκος. Significat enim molem, aut corpus, omnino quā-  
 titatem:

titatem: at non continuo in horū quopiam βάρος. Ignis ὄγκον  
 habet, βάρος non habet. ὄγκος cuiuscunque corporis est: βάρος  
 non cuiuscunque. In animalibus aliter & καίτω statuitur ab  
 Aristotele. Nō sanè uenter in piscibus, reptilibus, quadrupe-  
 dibus. Hoc ille uocat ὑπῆριον. Quæ uerò caudæ propiora, &  
 eiusmodi, τὰ καίτω. Non ad uniuersi rationem partium situm  
 referens, sed ad corporis constitutionem. Sic & ὑπῆριον in foliis  
 Theophrastus. Theodorus rectè ne sit, an secus interpreta-  
 tus, alibi disputatum est. Auctor autem malè loquutus hic est,  
 quod sentiebat. Natura, inquit, est in medulla, caloremque  
 trahit. Et falsum æquè. Rariorem naturam plus trahere.  
 Sambucus enim, & Ferula, grandissima: Terebinthus, &  
 Gaiacum essent minima. Tum autem si crescit, quia medulla  
 trahit: at dum crescit, medulla quoque crescit ipsa. Fit igitur.  
 Quod autem fit, non est. Quod nondum est, nondum trahet.  
 Trahet quidem propter se, ut fiat: nō trahet propter alia, ut  
 illa faciat: quippe ipsa nondum perfecta est. Neque trahet,  
 ut mittat: sed uis attractiua in omnibus partibus est: quæ si-  
 bi quæque trahit. Quod uerò densitas & raritas nihil faciāt  
 ad magnitudinem comparandā, patet ex Fungis & Quer-  
 cu, si inter se comparentur. Sed neque ad celeritatem. Simul  
 enim tum carnes tum ossa crescunt. Neque uerò magis in  
 acumen calidæ plantæ fastigiantur, quàm uel humidiores,  
 uel frigidiores. Lactuca, Taxi stipites cōtēplemur. Neue mu-  
 cronis caussam tuto nos posse veri, existimetis. Asphodeli, Ari,  
 Allij, Dracontij bulbos orbicularibus globis reclamare, palā  
 est. Tribulus autem non uno mucrone infestus est. Planta sa-  
 nè aquea tum natalibus, tum sapore. Piperis grana, & A-  
 gnicastrum rotunda. Non igitur euenit ab igni, sed à forma. Ad

*hac, ignis figura non est pyramidis, sed globi: si qua tamen debetur illi, non propter se, sed propter Vniuersum. Neque enim eius propria est, sed cum ceteris elementis omnibus communis propter locum, non propter formam suam, neque propter finem. Elementi finem intelligo naturalium corporum constitutionem. Nam quod ignis hic nostras Pyramidē imitetur, eiusce rei causa motus est: Siquidem tenuiores partes celerius ascendunt: grauiores ab imo fusae resistant: mediores antecedunt has, illas subsequuntur. Sed & alibi demonstratum est, ne utquam pyramidis figuram ignea deberi naturae propter celeritatem. Mobiliora namque sunt corpora sub facie globi. Nihil enim est quod offendat. In pyramide latera sunt ad basim, aut saltem latus unum, multorum instar laterum: ut natura fert circularis. Animalia quoque nos docent eius sententiae uanitatem. Neque enim caput pyramidis imitatur naturam. Et ima serpentum pars, nimirum cauda potius eam refert. Et illud à ueritate prorsus alienum. In iis, quae descendunt, obstrui medullae meatum materiae densitate, quando coquitur. In Rhapsani stipite rarissima medulla: item in Rapis: quorum tamen radix grandissima demittitur. Neque id uerius: Tenue sursum appetere: humidum deorsum. Acriores enim, sicuti dicebamus, atque odoratiores stipitibus suis radices non paucae. Et Rhapsani mucro imus longè mordacior est, quam radice corona summa, de qua stipes exit. Et illud putidum: Grauitate moueri deorsum. Non quòd negem, in radice multum terrae contineri. Verum, ut hoc concedam, ita illud obuiam: plantarum radices quarundam, quam sui stipites sint, esse laxiores. Habemus Zinziber ex peregrinis scapo firmo, radice rariore: ex no-*

*strati-*

*stratibus Ben rubrum. Ne nunc obiectem fructuum partes, tota semina, compactiore soliditate, quam quali constant radices. Vel Iuglandium testulas, uel Persicorum, uel Olearū, uel Palmularum osseos, lapideosque nucleorum amictus consideremus. Denique Lithospermon: unde & nomen. Cum Strobilorum squammea lorica illa quae uis radix conferatur: quota pars erit huius soliditas cum illa comparata? Graue igitur etiam ascendit. Fit enim opus illud à ui, sicuti diximus toties, distributrice: quae & terram sursum leuat, & ignem deorsum uel pellit, uel trahit. Terrae scilicet, atque ignis domina, Domini ipsius opificis primi iussu. Non enim dubito, uos existimare, non alium rerum esse conditorem, alium qui condita tueatur, spiritū. Et illū, ubi ista condidit à seipso, qui à se non potest abesse, ab his abesse noluisse. Deus Deus, o uiri optimi, neq; otiosus, neq; negotiosus, neq; in opere, neque extra opus: sed sine opera operis caput, principium, medium, finis, totum: & , ut uno uerbo omnia tum expleam, tum ambiam, tum superem, Ipse: cuius simplicissima, atque indiuisibili sui intellectione, sicuti facta sunt uniuersa: ita suum quaeque finem, atque ordinem omnia nanciscuntur. Elementorum autem ratio cum ita sit: esse per se, ut propter aliud sint: scilicet ob corpora, sicuti dicebamus, naturalia: tamen si propriis formis suorum locorum sedes, suam quodque appetunt: tamen obsequentia nobilitati finis sui, meliorum, ac nobiliorum formarum imperio parent. Ut non tam in capite sit ignis Apibus, quam in spiculo, quod earum pars est infima. Obstrepit deinde philosophiae legibus, ubi coctionem tripartitur. Primam ponit & quod: sic enim loquitur: alteram in medulla: tertiam in animali. At enim haud queat ita di-*

F f iij



*sponi: ut sit, πρῶτον, & ὑπὸ α, τειται. Non enim sunt in eodem. Ea sanè quam statuit in animali, quònam ordine sit in plantis tertia. Aut si extra plantas est, quomodo tertia est? In animali uerò, quæ coctio est, nec in planta est? An intellexit spiritus, qui dicuntur à medicis animales? Hoc si ita sit, erit etiã quarta. Plus enim distant spiritus, qui sunt instrumenta ad intellectionem, & memoriam, à sensoriis spiritibus, quàm ipsi longè sunt à spiritibus animalibus, qui sunt in planta. Maius est interuallum inter hominem, & ostream, quàm inter ostream, & quercum. Præterea quid est, ἀπὸ φουτῶν? Nónne ἴσ φουτῶν medullam pro parte statuit? Quomam igitur modo illa: aut quid aliud, sanè quiduis, sub planta est? Si radicem intellexit, malè loquutus est, cum à planta radicem separauit. Quòd si tertiam coctionem accipiamus pro ea quæ fit in membris, magnopere considerandum est, an in plantis ulla sit huius nature proportio, quæ deducit coctionis opus ab ore ad cutem usque. Profectò radix tametsi oris uices gerere dicatur ab omnibus propter suctionem, tamen primores eius partes coherentes ipsi terræ uidentur hanc sustinere proportionem. At interiores pro uentriculo sunt. Et est, ubi Aristoteles ad uentriculi referat officium: quasi ponat ibi primum uestigium concoctio. Altera igitur æquè in uenis erit, sine illo iecore: sicut in animalibus quibusdam, quæ membrum non habent illud: quemadmodum nonnulla alia, quibus sine testibus uasa sunt seminalia. Tum à uenis in mēbra perficietur hæc tertia, quam temerè stirpibus abiuratã, solis consignat animalibus. Etiam fluctuat in priore sententia, qua negabat, plantas habere partium distinctionem. Quin commune humidum quoddam attractum in radicem*

*mutatur*

*mutatur ibi primum ad eius priuata commoda. Inde in medullam, atque alias partes actum, distribuitur in uenas, unde postremò fiat alimentum uerum, ac membrum ipsum. Appellat autem Ἀγρίσιον secretiæ facultatis officium. Ἀγχετικὴν eam nominat Galenus: Ἀγρίσιον uerò φουτῶν differentem constitutionem. Quoniam & succo, & carni, & neruis, & medullæ, & radici aliis atque aliis debetur succus. Nunc plantarum perscrutatur analogiam: uerū intempestiue hîc. Nanque statim ad motum, quem hîc reliquit, redit: tum ad figuras. Sic enim dicit, ὡς ἐπιπλαστον ἢ ὕλην τῆν φουτῆν καί τω τελευτεται. Quæ meliore fato nunc omisisset, quàm distulisset. Quis enim huic assentiatur: maximam, plurimãque plantarum naturam ad descensionem propensam esse? At enim arbor nulla nobis comperta est, cuius radix æquali magnitudine stirpiti respondeat. Fabulosam Esculum excipio: quæ utroque tractu partes illas æquauit sibi, gentili mēdaci meliliti potius, quàm Melitæi senis. Natæ, inquam, sunt arbores, atque natura habet plus subire, quàm demittere. Sic in manibus ungues Alexander ait magis crescere, quàm in pedibus. In homine pili frequentant superiores potius partes, quàm inferiores. Aristoteles quoque, & Aphrodisiēsis idem prodiderunt, iumenta, non crescere à pedibus ad genua, tam posterioris, quàm anterioris cruris. Contrà, hominem plus ibi. Hæc contemplatio persequenda est accuratius in secundo historiarum. Est autem plantis in crescendo modus. Nam quædam properant: aliæ serius eriguntur. Nouellæ, quæ suapte natura festinant, uerum solum, atque uber nactæ, seipsas acuunt ad ea incrementa capienda, quæ sibi ipsa sint oneri. Eadem fortuna illis, quæ nimis studiis attondentur. Illæ igitur*



sur, & hæ, nisi fulturis adiumentur, euadunt flexuosa. Aliud genus, alia illarum caussa, quæ propter duritiã, atque siccitatem amittunt recti speciem. Hasce longæuas esse scripsit Democritus. Minus enim morbosas, quia minus sicca sunt. Sic Aegyptiorum crura, sic Aethiopum à calore concurrari, scriptum est in xiiij sectione: sic & crines. Vbi facetissime diuinus uir: ἡ δὲ ἐλότις ἐστὶν ὡσπερ βαλαστότις τῆν τελεχῶν. Iam uerò intempestiuè interposita uerba illa uideamus. Vicinæ, inquit, plantæ sunt inter se. Idcirco sunt frequentiores multis locis. Quam uicinitatem huic frequentia prætendat, nescio. Ridiculam orationem. Quia frequentes sunt, uicinas esse, aut è contrario. Frequentia est in uicinia, & in multitudine. Vicinitatem non continuo frequentia sequitur. Duæ tantum uicinæ possunt esse. Illa relatio fundatur in numero, & in parua distantia: hæc in hac ipsa distantia tantum. in numero non est necesse. Præcipitem dehinc sese agit in figuras iterum. Eas in natura, & quantitate seminum consistere. Flores, & fructus in humiditate, atque in materiis. Quæ uerba sunt maxime perpendenda. Rectè facit, cum figuras contemplatur. Tractat eas Mathematicus, hoc, quo sunt quantæ sibi, & quales. Physicus, hoc, quo sunt aliis. Metaphysicus, hoc, quo sunt, quod sunt. Dicam inter doctos. Naturalis ut sunt mobilis affectiones. Mathematicus sub similitudinis ratione, æqualitatis, inæqualitatis, proportionis, continentis, contenti, productilis, curtatilis, unitatis, pluralitatis: simplicitatis, multiplicatis, rationalis, irrationalis, fortuite, necessaria, concessæ, confessæ, sumptæ, datæ, deductæ, conclusæ. Metaphysicus (audebo, inquam, inter uos, nihil ueritus otiosorum loquutuleiorum similtates, aut obrectationes)

nes) ad leges entitatis, extremitatis, atque etiam extremalitatatis: hæc enim est forma cõsiderationis eius: sicut & actualitas, & potentialitas. Nam si circulus quadrabilis est, potentialitas ea est in illo ad quadraturam. Hæc ridebunt illi. Sed mirum eueniet: ut illi nos irrideant, non tamen irrideamur. Neque enim uel animus, uel eruditio sapientis ab ignobilibus Lucianorum ingenius pati potest. ἀσώτος est. Tela excipit: uulnera non accipit. Itaque illudenti Diogeni, ac dicenti: ὦ Plato, circulum uideo, circularitatem tuam istam non uideo: Nimirum, inquit, oculos, quibus circulum uideas, habes: quibus circularitatem uideas, non habes. Videamus etiam, quemadmodum distinguat hic à materia naturam. Et animaduertamus, quibus artibus à florum, fructuumque natura potuerit amouere figuram: eamque nihilosecius ponere in natura. Nonne flores in natura sunt? ponere in quantitate seminum. Nonne in natura sunt, tum natura seminum, tum quantitas? Aut quomodo materiam separat ab humiditate: & materias dicat, non materiam. Vt primum excutiamus: accipiat materiam pro caussa efficiente: ut figura sit in facultate spiritus generatiui. Hoc sanè probè: at illud nõ probè, cum figuram sic ponit in quantitate, ut in natura. Non enim quantitatem figura autorem esse, disputatur tñ alibi, tum in libro de substantia orbis. Si enim uerum esset hoc, nullæ duæ diuersæ figuræ possent æquales esse. Id quod uel rusticulis agrorum mensoribus esse falsum satis patet. Tñ à quãtitate disiungere flores, extremè uerò dementis est. Quod autè τὸν ὕδωρ diuersam statuit ἑκτὸς τῆς ὑγρῆς, si quãtitatẽ solam humidam intellexit, nequeat ex ea fructus constituerè: Sin humidum pro corpore affecto humiditate, non potuit

à materia segregare. Dixit autem, materias, in plurali, non inconsulto. Alia nanque florum est, alia fructuum. Eam accipit, quam propinquam uocant philosophi. Et illud examinandum: Cur flores, ac fructus exemerit à naturæ uis, quam statuebat effectricem. Quasi uerò seipsam informet materia. Verùm enim tanto minus ipsa qualitas humidæ. Hæc cum dixit, uult ad ipsas procedere causas generationis: quæ more suo uisum uocat, sicut & supra. Aristoteles in quarto de Cælo tres recenset motus, ad locum, quantitatem, generationem. Quia motum alterationis in primo libro declarasset, eam ob causam omisit ibi: & in secundo de generatione postea restituit. Plato in decimo de legibus aliter. In quinto physicorum negat generationem esse motum, sed solam credi iubet transmutationem. Quod & alibi dictum est à nobis aduersus hosce nouos adolescentiæ prauos introductores. A generatione discedens hic ad motum redit: quem attribuit primarium animalibus, ut cum plantis comparet. Abutitur oratione tamen. Nam primum motum recognoscit in animalibus. At primus motus, tum nobilitate, tum alia quauis ratione consistit in primo corpore naturali, quod Cælum appellatur, & animal æquiuoce dicitur. Præterea non omnia locum mutant animalia. Quædam enim propter eius generis immobilitatem Græci dicunt, uel  $\mu\acute{o}\nu\mu\alpha$ , uel  $\sigma\acute{\alpha}\sigma\mu\alpha$ , uel  $\sigma\acute{\alpha}\delta\epsilon\epsilon\sigma$ , quæ uox apud Platonem in Phædro est. Ad hæc, quod & hodie dicebamus, motus, quæ motus est, tamen si per se competit animalibus, non tamen primo, sed tanquam corpori naturali. More autem suo sententiam orationis flagitio deprauauit: uel  $\sigma\acute{\alpha}\delta\epsilon\epsilon\sigma$   $\mu\acute{o}\nu\mu\alpha$   $\sigma\acute{\alpha}\sigma\mu\alpha$   $\sigma\acute{\alpha}\delta\epsilon\epsilon\sigma$   $\mu\acute{o}\nu\mu\alpha$ . Imò uerò,  $\sigma\acute{\alpha}\delta\epsilon\epsilon\sigma$   $\mu\acute{o}\nu\mu\alpha$   $\sigma\acute{\alpha}\sigma\mu\alpha$   $\sigma\acute{\alpha}\delta\epsilon\epsilon\sigma$ . Nam si est in plantis, nobiliori lege fit in animalibus.

bus. Videtis uerò, quatenus hæc à superioribus disiunxit. Ad ea nanque pertinent, quæ supra de motu disputabat. Itaque nunc demum assignat causam incrementi. Planta, inquit, omnes ascendunt tandiu, quoad compleatur. Cuius rei causa est: quod animalis cuiusque longitudo prope est suam latitudinem: in plâta uerò procul. Propterea quod eius radix, ignem intelligo, & aquam, properè ascendit, quo planta fabricetur. Principio quod ita plantis ascribit, quasi differant hoc ab animali: id animali quoque commune est: crescere scilicet in longum, donec compleatur. Ratio præterea perobscura est: & quæ, si per nos perspicua facta fuerit, aduersetur auctori. Prope latitudinem est animalis longitudo. Vult, opinor, dicere: cor, & iecur in medio constituta: propter id animantes equaliter & uegetari, & crescere. Verùm haud ita est. In longum enim ad uicesimum primum ita crescimus: ut accretionibus haud parum latitudinis respondeat. Inde ad uicesimum septimum, ut aiunt, iustæ latitudinis ambitum capimus. Eadem ratio est à nobis in canibus & equis animaduersa. Et posteriora prius in iumentis, quàm anteriora. Atque hæc tamen tum cordi, tum iecori propiora. Quod autem contra ipsum faciat, sic uideamus. In plantis, inquit, longitudo distat à latitudine. Anteuertat ergo latitudo: propinquior enim. Profecto facilius est, in latum humorem diffundi, quàm ascendere. Neque opponamus ignis uim, cuius imperio pareat humor. Nam habet ille imperatorem: Formam, inquit: quod toties inculcauimus: cuius præscripto res agitur tota. Et plus aqua, longè plus terra est. Et quare non semper crescit arbor, quandiu uiuit? Ei sanè non desit humor, unde fiat additamenta perpetua. De huius uocis,  $\sigma\acute{\alpha}\delta\epsilon\epsilon\sigma$ , usu, supra sa-

tis: & nunc primum in mentem uenit, à Timæo Loco ita scriptum esse: ἡ φύσις δὲ πᾶσα ἀπὸ ἕξουσις ἢ κερδίας. Addit causam sanequam ineptam: ἡ δὲ φύσις ἀπὸ τῆς φύσεως. Quasi uero planta tota sit in longitudine sita adificatio. Perscrutemur in animantibus, secundum genera, modos incrementorum, atque uarietatem: facile deprehendemus hominis in iudicando festinationem. Angues, Anguilla, Mustela piscis, Gonger, Acus in longum penè tantum protenduntur: Orchis, Maia, Pagurus, Echinus in globum potissimum turgēt: Solea, Raia, Passer, in latum funditur. Homo autem arbori quam simillimus. Tum Minutius, Rectè admodum. Hoc enim inuersam arborem dicebant Veteres hominem. Ad quam significationem Grammatici nomen ipsum conuertere. Imò subuertere, inquit Ferrerius. Alia profectò uocis origo est: ὅτι ἄνω ἀπὸ τοῦ ὀπί. Vt illud sit: Os homini sublime dedit, cælumque uidere iussit. Cui Minutius. Cum auius id quidem commune habet. Quanto melius, cerebrum, id est intellectiōnem, non obtutum natura obuertisset ad cælum? Nunc uerò miseris mortalibus sursum spectat os: animus ad cellam uinariam, aut peius, quod mihi dicere nunc religio, atque etiam cautio est. Quod uerò subiicias, Baiuliam licet. Puto, inquit ille, nimis audacter additū aduerbium ἀδ. Nequit enim fieri, ut crescāt semper. Vel hyemis interpone incommoditates: uel ipsam operam hauriendi, antequam transmutetur, quod in tractu est. Quòd si ἢ ἀδ non tam crementi continuationem significat, quam extensionem in longum, donec iustam nanciscantur proceritatem: hoc etiam euenit accretioni, quæ fit in latum, quoad ea quoque nihilo secius expleatur. Neque uerum est, in longitudinem solum subiici,

quin

quin aliquid addatur etiam ab lateribus dimensionis. In septima decima uerò sectione querit Philosophus, cur in longum potius crescant omnia. Cuius responsionem suo loco sumus interpretati. Est enim Pythagorica, & in uerbis tantum posita, atque notionibus eorum. Et effectus ibi pro causa, pro effectu posita causa est. Non enim augetur longitudo rer, ut ibi dicitur: nisi quia crescant corpora. Longitudo nanque corporum, non corpora longitudinis. Verum Pythagorei numeros ac dimensiones pro rerum principiis statuebant. In secundo de Cælo, cum plantis confert animalia. Animalibus dextrum assignat, & sinistram: plantis nullum, sed superum, & inferum. Alia similitudo: cum medici, & plantarij philosophi uocant alas, & brachia. Ex situ uerò ponē, & antè designabitur: quibus habeamus ad Solem respectum. Quare etiam dextrum, & sinistrum: ex situ, inquam, nō ex officio. Plato ad motum, & operam æquè dextram, & sinistram natura comparatas: usu, & instituto defraudari putauit, in septimo de legibus, nimis ambitiose fortasse. Demonstratio nanque aduersatur euidentissima. Ne in specie quidem ipsa deprehenditur equalitas eiusmodi. Pauciores enim Scæuolæ. Sic sanè dicti priscis ij, quibus usus esset in læua potior: nunc ab Italis Mancini dicuntur. Latitudinem igitur, atque crassitudinem indiscretam habent, atque promiscuam in ipso tereti: qua ratione longitudo quoq; simul cum iis in globo est. Ideo neque anticam, neque posticam, neque dextram, neque sinistram dignoscere possimus, propter officiorum indifferentiam, & uniformitatis conditionem. Nam dextrum, & sinistrum sunt contraria. In dimensione corporis uniformis nulla est contrarietas, nisi eius

Gg ij

ratione, in quo per se inest dextrum & sinistrum. Sic enim nobis intuentibus plantam, quævis eius pars, pro ratione locorum à nobis mutatorum, fiet eadem modò sinistra, modò dextra: nunc anterioris, nunc posterioris adipiscetur appellationē. Queritur autem in XVI particula, quare teretes sunt stirpes. Sanè maxima pars talis. Quæ minus explet eam perfectionem, in ea terræ multum inest, humoris multum. Horum utrunque difficile concoctu: atque ad hoc naturæ diuersæ. Quocirca sequitur nōnihil inæqualitatis. Haud pauca uerò plantæ nō sunt teretes. Triquetra quædam. Iuncus, quem Ciperum nominant, & iuncus Africanus, quem uideamus grandioris baculi crassitudine, ferula leuitate. Quadrata uerò multæ. Quare non est uerum, quod aiebat Archita, æqualiter moueri succum, ut fiat planta, à puncto medio ad ambitus lineam. Præterea non respondet in cæteris partibus eadē proportio. Nam & folia plana sunt: & fructus plerique pressi. Leguminum siliquæ, Fœnu-graci, Papaueris, Thlaspeos, Opuli, Ceraciæ, Casiæ, tot semina. Ceterum hæc acrius cum disputare possem: impedit me uocis illius, quæ supra reiciebam, recordatio. Ea erat, aduerbium àè, quod temerè attribuerat incrementis, quæ perpetuò fierēt sursum uersum. Sanè huius erroris monuit nunc nuper Theophrastus in primo de causis. Prima, inquit, generatione prodit prius radix, quàm germina. Hoc nos quoque supra memorabamus. Id quod cum fiat ante plantæ absolutionem: ante absolutionem planta descendet prius, quàm ascendet. Quæ contemplatione facetus erat Empedocles. Radicum generi terræ naturam cum attribueret: æquum erat, illam primo quoq; uel loco, uel tempore uindicare. Germina uerò Aetheri

cure

cure esse. Qui cū sit remotior, posteriore iure serior ei pars deberi uideatur. Philosophus autem noster persequitur in ramis figuram mox, in quibus eam statuit aliam atq; aliam à raritate. Differentia, inquit, in ramis est à superflua raritate. Cōpressis enim succis natura calefit, & maturat coctionē: atque inde rami efformantur: extantq; ipsa folia, sicuti prædiximus. Quam igitur constituit differentiam? Non substantia: non enim ab accidente uariatur. Non figura: quoniam rarum & densum eadem capi figura potest. At quantitas? Hoc quoque fefellerit. Haud maiorem locum occupet rarum, quàm densum, superficie scilicet exteriori. Quid? eadem in arbore non differt raritas, & densitas, nisi per ætatem: qua alius alio ramo compactior sit. Nouelli ab imo stipite sunt teneriores, quàm ad summum uetuli. Quanquam equidem dixerim, differre quæ sunt obuersa Soli, & quæ auersa. Ad hæc superflua raritas superflua differentiae causa fuerit, non cuiuscunque. Raritatem ubi nominauit, ausus est subnectere uocem compressionis. Apertio nanque raritatis aut causa, aut comes. Compressio uerò utriusque contraria. Maturatio autem non est (ut loquuntur) de essentia differentia. Eadem forma in maturis, & in acerbis. Præterea si rami raritate prouenirent, rariores essent ramosiores. Hoc autem falsum esse, docet Arundo. Si à densitate, frequentioribus ramis constaret Quercus Populo. Hoc item à uero tantundem abest. Neutrum igitur erit pro causa. Tum non est necesse οὐρανὸν ἀναμιχρῆσαι, quo maturet natura coctionē. Quædam enim sunt ἰκκίρκο με μολυσμῶνα: quod multa inest materia, quæ percoqui non potest. Illud ambitiosè dictum, Σεραπίωνος ἢ Φύσις. Nam quis dicat, Naturam concalefcere?

Quin idem dicat, Solem calidum esse, uel ignis formam, uel ipsum etiam Deum. Dixit, φαίνου τοι φύλλα, apparent: id est exeunt. Nos, satis opinor commodè, extant. Sic φαῖνις Amor, Orphei deus ille priscus, qui ex Chao primus omnium extitisset. Deinceps alium aggreditur affectum partium: casum scilicet foliorum. Quo capite cum potuit, tum debuit de eorum scribere conuersione: quo modo, quò ue tempore, quà ue in plantas quam ob caussam fieret. Qua de re studiosius Theophrastus. Cuius tamen iudicium accuratè censeo dispiciendum. Ait enim circumagi, quia per idem tempus decidunt. Dimidiatū sanè motum esse obuersionem illam, si casui comparetur. Verùm neque omnium cadentium est inuersione, neque solstitio, sed bruma cadunt folia. Non ergo tum motus ille destinatur. Ad hæc factum oportuit, ut sciremus, qua de caussa quibusdam ad Solem conuertuntur, ut Maluæ folia: quarundam non item. Quamobrem flores aliqui ad idem sidus hiant, alij occluduntur. Id quod me hodie tractare memini. Proclus in libro de Sacrificiis etiam certas herbas nominat, αελνοσόπια, sicut ἰλιόσόπια. Addit: occulta iūgi necessitudine cū illis numinibus, quibus etiam hymnos concinant. Nec acquiescit huic superstitioni. Aliam addit: In iis herbularum conuersionibus plausum quendam non incompotum in aerem dari, qui caelesti illi respondeat harmonia. Latere uerò id aures omnium mortalium, quia nulla intercedat proportio sensilis ad sensum. Animos uerò non omnium latere, sed insipientum. Quis ergo illi palam fecit, inuidit nobis miseris? Ergo plausus ille materialis non est. Nam si accinit caelesti concentui, gradu tantum, nō specie differt ab illo. At nos illi isti ipsi, quos is uocat insipientes, hætenus arbitri

trati sumus, hæc omnia nostratia, & illa caelestia etiam plusquam genere differre: neq; ulla rerum serie nostris uocibus, & illis cōcentibus conuenire posse. Iam si percipitur animo, non sensu, diuinam sanè rem oportet esse. Mirum uero si plus diuinitatis ea in herba sit, ut agnoscat Solem, ac Luna, quibus gratuletur, quàm in cæteris omnibus hominibus, quæ que non traducant animas suas per corpora, heu, quæ ue ue fabæ statuunt aras. At nos hosce Pythagoreos, & ægyptios pictores mendaciorum, non alio plausu, quàm Ouidij transmutationes excipiamus. Quereret hic porro Philosophus noster, quare planta frons, quæ Solem spectabat, translata, si aliorum alia uergat facie, peius habeat? Nihil enim iactura factum uidebatur: quando tantundem uel cæli, uel Solis obtinet ad pristinorum commodorum compensationem. Nam si beneficij partem amisit: at alibi nihil minus repositum est. Haud difficilis solutio. Damnum citius percipitur quàm commodum. Priuatio, quàm habitus, facilior. Serò dispendiorum miseriæ sarciantur. Tum præter hæc illud quoque uestigaret, quod pertinet ad quarundam oppressiones, interitus, mutilationes. Abolentur aliqua tota uel intra ipsum annum, quo nata sunt. Aliarum partes tantum. In quibus non una natura. Nonnullis folia cadunt, aliis absistit cortex: aliquibus etiam perit stipes. Hanc ipse partem ut ieiunè attingit, ita caussam tegit obscuris uerbis. Amitti folia, & τὸ πρὸς τὸν ἄνω ἀφαιρῆσαι τὸν ἄνω φλοιόν. pronentum dicimus alibi: hic impressionem, interuentum, superuentum. τὸν ἰσὺν τὸν ἄνω uerò quid intelligam, nondum satis liquet mihi. Non conuenit huic loco propter qualitatem. Nemo enim dicat, Archigenis uestigia sequutus, acerbam, aut acutam ra-

ritatem. Neque, ut Iones solebant, accipi quit in significato celeritatis. Nam anni serum est, quo tempore cadunt folia. Vehementem fortasse uoluit. Caterum à raritate nulla fit. Quin potius obstructioni casus est attribuendus. Densat enim frigus oras uenularum, qua traducitur alimentum. Quocirca necesse est, frondes absistere. Non est igitur raritas. Quibus uero non decidunt folia: raritas iis permanet, per quam etiamnum comheat alimentum. Euenit id praesidij forma beneficio: cuius in fide atque clientela est succi constantia, copia, calor, uisciditas, pinguitudo. Eius generis arbores in libro agriculturae undecimo recensentur à Gracis, si rectè memini, quatuordecim. Palma, Citrus, Pinus, Laurus, Oliua, Cupressus, Ceratia, Picea, Buxus, Ilex, Myrtus, Cedrus, Iuniperus. Salix quoque addita non seruanit sententia ipsi naturae fidem. Et non paucas uidemus alias, qua non amittunt. Sanè Abieti non decidunt, non Sabinae. Plinius in XVI Pinum omisit: Pinastrum memorat: apponit Aquifolium, & Taxum, & Andrachnen in Gracia, Vnedonem apud nos. Suber tamen cum adiungit, miscet genera. Cadunt enim suberi non autumnis, sed uerè nouellis subeuntibus. Id quod uidemus quotidie trans Garumnam. Cupressum quoque tacuit: Terebinthum annumerauit. Noster uero sic prosequitur caussas. Percocctus humor cum materia fastigiatur in cacumen: ac postea attenuatur. Tum ubi materia extiterit perfecta coctione, ibi meatuum summa, quae sunt supernae, penitus obstruuntur. Itaque folia cum materia deficiuntur, arescunt, atque cadunt. Quod si eueniat contrarium, non cadit planta in priuationem suorum foliorum. Rursum uero cum uicerit plantam frigus: inclusus calor in-

tus

tus ipsam calefacit: & in extremis extrinsecus apparet frigus. Quo tempore casiae frondes euadunt, neque cadunt. Què admodum neque Oleis, neque Myrtis, neque aliis. Quid igitur intelligit humorem, quem dicit cum materia fastigiari? Ergo facit humorem aliud à materia? Praeterea quid est? Coctam materiam in Pyramidis educi formam. Nam tamen si folia sunt corpora, nemo tamen ea digna putet hac appellatione. Quamquam quot folia uidemus abesse à trianguli facie? Hoc enim nomen eis rectius conueniat. Nam quot ad orbis ambitum imitandum comparatae sunt à natura? Maluae, Umbilici Veneris, Violarum, Cyclamini, Asari, Chelydonij minoris, Alliariae, Terrestris ederae, Cucurbitarum, Personatae, aliarum? Quot eo in genere serratae? Quot sinuatae? Sed ita, nullum ut referant triangulum. Qua in classe digitata quoque comprehendam: Apiorum genera plurima, Batrachiorum, Crotonem, Staphysagriam, Pentaphyllon, Saniculam, Caryophyllatam, Sideritidas, Matricarias. Addam ne etià capillamentata, & cirros ipsos? Nam quod glaucescere frondes ait, quae in deciduae sunt, id falsum est. Non enim id in Ilicis generibus, non in Lauro, non in aliis agnoscimus. E sola penè Olea petas exemplum. Sed & glaucae sunt Salici, eademque deciduae. Ne uero phrasin praetereamus: κατισχαινωσι πασιuè. Et laxè dixit, νικιση. Nam planta uictoria est, non humoris. Attrahit enim illum ipsa: quippe sua natura non ascendet humor. Est in alio codice κριση, ut frigore obsessus humor intus agitetur. Et abusus est uerbo, εχρηλωται. Nulla sanè foliis à glaucedine proficiscitur perfectio. At πλος apud philosophos ubique perfectio. Contra potius glaucedo foliorum est affectio, quasi morbus. Morti ergo uel similis, uel quasi

Hb ij



semimors. Non igitur πλος. Quæ uerò sequuntur, & aliis  
 alibi assuenda, & dilucidius explicanda fuerant. Inquit e-  
 nim: Arbores & plantæ, cum attrahendi uim obtinent ue-  
 hementem, fit prouentus fructuum simul. Is prouentus con-  
 tingit, propterea quòd natura utitur coctione per continuam  
 successionem. Et in quaque coctione fructum producit mul-  
 tum. Ac propterea plantæ quædam, eæque sæpè in tempore  
 fructificant. Cum superioribus, inquam, decuit hæc coniun-  
 gi: in quibus de fructificandi officio, atque opera gignendo-  
 rum foliorum disputabatur. Igitur cum dixit, οὐδὲν: prodidit se  
 crimine repetitionis. Erat enim membrum tertium diuisionis  
 in superiore narratione. Quid autè sit οὐδὲν, sanè me latet.  
 Fortasse sit (nisi non placet uobis) οὐδὲν ὅτι οὐδὲν ὅτι: pro eo quod  
 est, simul. Dixit τὰ δένδρα, καὶ τὰ φυτὰ. Oratoris hoc potius,  
 quàm philosophi: ubi posita uoce amplioris significatus in-  
 tenditur oratio. Verùm prudentius nomen generis tacuisset.  
 Non enim plantæ omnes fructum ferunt. Et earum, quæ fe-  
 runt, haud pauca sunt: quæ tametsi magnam uim attrahē-  
 di nactæ sunt, nunquam tamen folia simul, & fructū edūt.  
 Nihilò uerò consultius repetit ea, quæ de aquæ natura plan-  
 tis ascribat: Aquaticas enim uix fructū ferre, tum ob hu-  
 morem nimium, tum propter meatuum dilationem. Item  
 quia radice fluxa sunt. At calore corroborato accelerari co-  
 ctionem: attenuari humorem, atque concrecere. Vix uerò  
 uidentur coherere posse, ut & multus insit humor, & πῶς  
 πῶς πῶς πῶς πῶς. Vt omittam etiam crassitudinem, cui mea-  
 tus non admodum laxi esse queat. Quod uerò crassum quo-  
 que intellexerit, ex sequentibus colligetur. Dixit enim, λε-  
 πτωδὲς ται. Nam si sit tenue, non est tenue? ὡς δὲ ται uerò est  
 uictoria,

uictoria, & oppressio à multitudine. Obscura, quæ subdit:  
 ἡ δὲ τῶς πῶς πῶς πῶς πῶς πῶς. Vult, opinor, dicere: occupa-  
 tas aqua plantas ad perfectionem perducit caloris ui. At nō è  
 contrario. Quæ satis habeant caloris, humoris nimij superuē-  
 tu amittere fecunditatē. Quòd si ita sensit, malè sensit. Ca-  
 uenda & illa: καὶ τῶς πῶς πῶς πῶς πῶς πῶς. Quid enī est, quod ait inueniri? Pusillas herbas fru-  
 ctū nō ferre propter humiditatis copiam, propterq; meatuū laxita-  
 tem? Medica tantū humoris inest: ut eam Arabes, Humidæ  
 appellatione designarint. Cytisus quoque non parū. Harum  
 utraque haud parum rara: & fructificant tamē. Nam fru-  
 ctū uocat omne semen Dioscorides. Fert Anagallis: fert Ocy-  
 mum istud minutum: fert Eufrasia: fert Centumgrana o-  
 mnium fortasse minima, omnium fortasse plurimum. Cate-  
 rùm à colore supra digressus ad hæc, ad eum redit pudētius,  
 quàm reliquerat. Fufcedo, inquit, in locis ualde calidis eue-  
 nit: in quibus parum fructus prodit ex humore: propterea  
 quòd arcti meatus sunt. Cum igitur ita instituit natura, ut  
 facere uelit coctionem: neque humorem, quantum satis ad  
 materiam sit, nacta est: tunc fiunt meatus angustiores. Re-  
 ciprocatur ergo coctio, quam continuam efficit calor: & tunc  
 apparet color medius inter album, & nigrum. Et cum ad  
 hunc modum fit hoc: tunc nigrum occupat, ut nigrescat, aut  
 coloretur quocunque genere coloris, quod accedat ad nigrū.  
 Id quod ex Ebena, atque Vlmo uidere est. Perpendamus  
 singula. Fufcedinem locorum attribuit caliditati: fructuum  
 paucitatem, meatuū angustias. Haud malè deducit ex adu-  
 sione colores atros. At iisdem locis ligna candida uidemus,  
 quibus & nigra. Eodem calo fruitur & Carpinus & Te-



rebinthus: item Sandalum album, & rubrum. Elephantii albi sunt ad extremam Aethiopiam sub torrida. Sūt fructus atrii, aut punicei, nec minus humidi. Vel Prunorum genera, uel Mora facient fidem. Sunt acerrimæ radices albæ, Rhabphani, Costi, Lepidij, Struthij, Cepullæ, Allij, Vri, & Vrsi in Germania nigri: in Syria, & Arabiis, & Africa niueo Equi candore. Quid ebore candidius? Quonam sub celo gignitur ipsum? Haud negarim candoris frequentiam locis frigidioribus: quales Vulpes in Prusia, Lepores in alpibus, Perdices in terra Allobrogum, & Mures quoque: quos etiam uesci niue credunt indigenæ. Causa est: quod aliquorum succus aut copia, aut alia ui, uel frigoris, uel lentoris resistit calori: quominus absumatur. Contrà, pali, qui piscinarum, sicuti dicebam, præfiguntur excipulis, in aqua diu cum manserint, adeo nigrescunt: ut etiam tessellatis operibus expetantur. De fructuum paucitate nihilo felicius. Nam & Cyrenaica, & Africa, & Cyprus, & Aegyptus, & Assyria, & Iana maior feracissimæ sunt. Iam pridem uerò confutatum est à nobis, coarctari meatus à calore. Quin contrarium euenit, exustis partibus liquidioribus. Tenuis enim est, implere. At liquidum tenue est. Hoc quotidie uidetur in pumicibus, & carbonibus. Habemus exēpla raritatis in locis calidis, Thapsis, Ferule, Galæge, Zedoarie, Ziziberis, Calami, Turbith. Cōsultius Theophrastus, neq; frigori, neq; calori tribuendā censet fœcūditatem. Quid autem sit φαῖον, declarat. ἢ μεταξὺ μέλαιος, καὶ λευκός. Sic in Timæo uerbis iisdem. In nono quoque de republica: ὁ παρὰ πῆδος μέλαιος, φαῖον ἀρσενικὸν ποικίλον ἀρσενικὸν λευκός: ut fuscum putarent album, albi ignoratione. Est autem φαῖον, qualis color oliuis. Apud Firmicum legimus λευκὸν φαῖον.

Hoc

Hoc cinereum est. Quod autem nigri tulit exemplum ab Vltimo, mendum esse putabit necessario, qui nolit illum temeritatis insimulare. Hinc alias aggreditur affectiones à propriis elementorum formis, leuitate scilicet, ac grauitate. Mergit scribit Ebenum propter densitatem. Rectè dictum, sed non rectè repetitum. Malè tamen eloquutus est: καὶ ἀπὸ τῆς ἀσπυρίας. Nam neque in alia ligna ingreditur aer, sed inest: & in Ebena inest aer: aut ne in illis quidem: ut temerè quidam recentiores eum amouent à mistorum compositione. Quid illud? Contrariam esse lignis candidis naturam. Quippe non summergi: quia nimiam ob humiditatem prohibeatur aer egredi. At nimiam ob humiditatem uiridia ligna summerguntur magis, quàm sicca. Non est igitur id, quod prohibet humiditas. Præterea mergitur Buxus, qui candida, quàm nigra nature propior est. Et Gaiaci candida pars item subit aquas. Ita falsus est, ubi dixit: ὅτι τὰν σενότη τὰ τῆν πῆρον. Arida namque ligna meatus habent laxiores, & Pumex, Arundo, Cucurbitæ cortex: quorum nihil mergitur. Quæ uerò sequuntur, neque illa huius sunt loci, neque uera. Siquidem post affectiones non est perscrutanda substantia. At hic de materia florum scribit. Sic Plato cum sacrificia, cerimoniaque prioribus libris & enarrasset, & legibus constituisset, in decimo demum disputat, an Dii sint, magna sanè ordinis iniuria, quem peruertit: præsertim quod ne ad Legislatorem quidem, sed ad Metaphysicum pertinet id negotij. Minus autem uerum esse, quod air: floris materiam tenuem esse, propterea que primo quoque tempore concreari: patet ex plurimis stirpibus, quarum partim crassiusculi flores citius, partim tenuiores serius emittuntur. Pruni flos, quàm Rosa compactiore

substantia: Lilia florent ante uitem. Persicus præuertit Mo-  
rum. Quemadmodum uerò sibi contradicat, satis compertū  
esse potest. Nanque supra dicebat, arborum folia confieri ex  
incocto succo. Ergo ex inchoato. Hic autem, ὅταν ἀρχῆται ἢ τῶν  
ἄλλων, malè dicat flores generari. Quare non iniucunda more  
nostro fuerit illa perscrutatio. Qua de causa per initia te-  
nera folia sunt, postea dura: contra, fructus initio duri, po-  
stea teneri. Ad hæc, si à proportione tenuis, & crassi fiat ordo  
p̄deūdi: scilicet flores, quia tenues, antequā folia, quia cras-  
sa: ergo folia, quæ prodibunt ante florē, erūt partiū tenuiorū.  
Hoc autē falsum in Fico, Moro, Vite, aliis. Illud etiam, quod  
subdit, haud negligenter excipiendum est. Duos recenset co-  
lores, alterum sapphirinum, alterum glaucum: meatū an-  
gustius illum attribuit, hunc æquali temperamēto. At enim-  
uero quis putet, Salicem mediocriter temperatam? Quis in  
Bistorta colorem inferiorem à meatuum angustius euenire?  
Sapphirinū sanè colorem tum ibi, tum in Ambubeis floribus  
conspicari licet. Nam glaucum diluti plus habere dicit in Ti-  
maeo Plato: λαμπρὸν δὲ λευκῶ σινελευθῶν, καὶ εἰς μέλαι καὶ τακρῆς  
ἐμπροσθεν κιναιουῶ ἡδῶμαι ἀπὸ πλεῖται. κιναιῶ δὲ λευκῶ κεραυνουμῆς,  
γλαυκόν. Sed de his alibi. Iste uerò ut confundit, ut repetit: ita  
partes dispartitas agglatinat importunè. Hic enim ἀπὸ τῶν ἰχθῆν,  
quod est unum ex prædicamentis, aggreditur disputare.  
Quasdam plantas carere floribus propter partium diuersi-  
tatem, quæ in ipsis sunt: tenuitatem, asperitatem, crassitu-  
dinem. Nulla igitur planta florem feret. Florum princeps  
rosa est. In ea planta quæ mollitudo alibi, alibi asperitas? In  
flore quæ partium tenuitas, si odoris uehiculum, si coloris in-  
telligas: quæ crassitudo, si capitis succum, si seminis, si unguinū  
ipsarum?

ipsarum? Verum id à forma contingere satis patet: ubi quis  
animalium species fuerit contemplatus, quarum individua  
nullum ferunt fætum. Idque neque à crassitudine fieri, ne-  
que duabus ab aliis affectionibus, quarum hic affertur na-  
tura pro causa sterilitatis. Summi autem opificis sapientia  
(Sapientia ipsemet) cum sui similia fecerit omnia quodam  
modo, æternitatem etiam quodam modo ipsis est imperitius.  
Quod ergo materiae denegarat propter contraria, formis at-  
tribuit propter uim, seriēque propagationis. Ea tamē haud  
semper solo semine uero fit, sed quædam principis proportio-  
nis. Idcirco aliter alia in materia communi proprio modo cō-  
tinuātur. Aliqua non nisi semine, ut Frumentum. Quædam  
non nisi spongis, aut auulsione, ut Iris. Nonnulla utroque,  
ut Lilia, & Spathula fætida. Ferunt enim utraque semen,  
hæc acinaceū, illa paleaceum in camerulis. Est etiam præ-  
ter hæc genus aliud: in quo cum ostentaret thesauros natu-  
ra suos, nullam sibi quæsuit à nobis opem. Nam quot aliæ  
plantæ sunt, quæ sponte prodeunt nullis excite præsidis?  
Adiantum, Scolopendria, Polypodium: quæ nullo nostro  
commento seminiorum occultis principis expediuntur. Nos  
uerò, sicuti materiae fatemur penuriam in iis, quæ non florēt:  
ita nullam exigi dicimus, aut expectari ab ea forma, qua it-  
le sunt hoc, quod sunt. Sunt autem steriles. Itaque etiam si  
suppeditaretur materia, nullum ferrent. Nam quid amplius  
uos suspensos animi detineam. Detur Equus. Mule: detur  
Asellus: admittatur Mulus ipse: quid tum postea? Materia  
est: conceptus nullus est. Non enim est forma. Quid enim  
materia sola fiat, absque forma? Atque ea quidem sic sunt  
perfectæ, nihil ut præterea desiderent. Non enim in Ficu Fi-

*cus forma florem appetit, neque semen Iris, neque in lingua Ceruina caulem, neque medullam in Arundine, neque in Tubere folium. Quemadmodum ne canis quidem animi religionem, quæ uni debetur homini. Sed præscripto limite contenta summi opificis dicto parent. His dictis cum porro uellet progredi: Licet ne, inquit Minutius, properanti iam tibi paululum faceffere negotij? quo mihi otium sit ab hisce litigatoribus. Cursus, inquit ille, totus hic uester est. Proinde tuo, quod hæctenus fecisti semper, arbitrato moderator. Extitit nuper, inquit Minutius, à Brutiis libellus quidam: in quo de coloribus satis accurate. Igitur ex eo didici: Glaucum quidem esse, quod omnes profitentur, Cesium. At Cesium non à cæli colore, sed à cæde dictum, igneo splendore nobilem. Hic cum Ferrerius subrisisset: utrumque tibi uides, inquit Baiulius, explicandum, & risus causfam, & ius huius controuersie. Unica, inquit ille, opera præstabitur. Perlegi ego quoque illum, ut soleo noua omnia. Argumenta ridicula: libido animi præceps: eruditio peruersa. Nam Catiline oculos fuisse cæcios, diuinat ex uerbis Ciceronis. Assentiamur. At quia ille sanguinarius, oculi propterea sanguinei? Tyberim flauum legit apud Horatium: eundem Maroni glaucum. Quid ni? Tumidus, & turbulentus, infectusque gleba, quam detergit ex Apænino fuit, cum iret deiectum monumenta Regis, ut canit ille. At Virgilianus, Mitis ut, in morem stagni, placidaque paludis, Sterneret aquor aquis, remo ut luctamen abesset. Itaque ex alio uultu color alius. Sic Garumnam sæpè Tarni colore flauum uidimus: aliquando uerò & Athesum tuum Cæsar ex montibus Tridentinis talem ex te audiui: qui alioqui ab eodem summo poëta-*

*rum*

*rum dicitur amœnus. Adeo uerò delirauit ille: ut Glaucum equum à Virgilio commendari scribat ex eo colore, quem baliium nominant. equifones. Cum tamen hunc sub spadice fulgore pinxerit Poëta: sub glauco illum, quem leardum Itali, Galli grisum nominant. Nam quem uult ille spadice dilutiorem, damnat eum Maro Gilui appellatione. Hoc enim est κελός. Quanam uerò illa eruditio? Vbi ex Aristotele statuit eundem glaucum, & χροπών: quos ille distinguit in primo historiarum. Ex Platone saltem didicisset ea, quæ supra narrabamus: constare glaucum ex cæruleo, & albo multo. Et Aristoteles equorum aliquot ait oculos glaucos. Sanè ij subcærulei. Ad hæc, Glaucoma in oculis uitrum, cuius esset coloris, perspectum oportuit. Quod autem scribit à Grecis Leonem χροπών, uerum est. Ii sanè sunt ignei oculi, quales illi bestia. At enim uero ne propterea huic adglutinet cesium Catulli Leonem: quo faciat idem glaucum, & χροπών. Frustra erit profecto cum multis aliis eruditis, qui illius epitheti causfam (quod equidem sciam) hæctenus ignorarunt. Sunt sanè iubati Leones χροπών. Ii non sunt barbari, nisi famelici, aut laceßiti. De eorum clementia pleni libri. Sunt uerò & non iubati, ex Pardis concepti, qui atroci feritate sunt, atque malefica perfidia. Horum oculos esse glaucos, siue cæcios is intelliget, qui apud Oppianum meminert, uniuersum Pantherarum genus esse glaucum. Sed ad rem. Tum Baiulius: Recensabit nunc iam partes alias, non secundum substantiam, sed à qualitatibus. Crassum, inquit, corticem quæ habent, secundum humoris extensionem protelantur. Facere uerò ad hoc etiam caloris occursum: idque euenire tum Pinastro, tum etiam Palma. Nolo hæc impugnare. Quasi uerò*

*Ii ij*

ea, quæ tenui cortice ambiuntur, non secundum humoris extensionem producantur. πάλω sum hic. Pinastrum interpretatus. Nam ἑσόβιλον supra ex agricultura libris Pinum dicebamus: πικρὴν uero Piceam. Fructus tamen sit ἑσόβιλος, πάλω arbor: ut qui Pinum, quàm Pinastrum malit: liceat. Nam neque Theodorus, neque is, quem ille sequitur, Plinius è Theophrasto hac eodem modo semper. Apud quos quid sit Laryx, alio loco animaduersum est. Hinc ad eas, quas quasi partes appellabamus, transfert orationem. Lac, inquit, quæ planta fert, id ea obrinet in medio. Subest enim calor fortior, atque ibi pinguedo manet. Cum igitur coquere cœperit calor, proprium in humorem uertitur pinguedo, ac modica eũ concretionem cogit. Tum concalesceto loco euadit humiditas lacti similis: excitaturque exhalatio ab humore, qui lac illud ad extrema trahit. Is humor calorem continet apparentem, atque hunc ad modum concrefcit lac. Natura enim caloris est effectio concretionis. Hic quoque separati capitis, qui uolet, segmentum facere queat. Partem enim, aut quasi partem nominat lac. Nominis addidit ab similitudine rationem. Assignat in planta locum: medium scilicet. Ponit efficientem causam, calorem. Agnoscit modum: ἰσχυρότερον. Statuit materiae preparationem a qualitate substantiali: πικρὴς. Et inde natura progressum ad transmütandum: ἑσέφεται. Dixit, ἐς τὴν οἰκείαν ὑπόστασιν: quæ certa, debita, propria sit ipsi. Astruit modum progressus illius: συμπήγνυσι. Et modi modum: βραχέϊα. Postremò declarat motum lactis illius, à medio ad extrema. Et moti uehiculum. Quippe humorem agnoscit quendam, illud qui uehat. Haud penitus sine causa. Sanè est pingue ineptius ad motum, propterea quòd hæret. Et profecto quidã

pro

pro glutino lacte ficus utuntur. Hac à nobis ita Peripatetico more digesta sunt, atque explicata. Verùm nonnulla queãt aptius intelligi. Nam si pro efficienti causa designat calorem simpliciter, hoc erit commune rebus omnibus naturalibus: Siquidem calor instrumentum est agentium formarum, quẽ admodum supra dicebamus. At si calorem intelligit qualitatis intensiõnem, quæ dicitur aliquid calidum: hoc falsum est. Lactuca enim, & Papauer, tum lactea sunt, tum frigida. Nigri uerò lac etiam frigore letali. Sententiam uerò illam destruit oratio: ἢ πικρὴν. Nanque articulus is, ut alibi dicebamus, uniuersalis ambitus nota est. Idem esset igitur, atque πᾶσαι συμπήγεις. Quantum uerò absit à natura opere contrario, multa sunt argumento, quæ frigore concrefcunt, non calore. Est idem ergo ἢ ῥῶον, καὶ πᾶν ῥῶον. Vtrunque ponunt aliquando philosophi: ut in primo de generatione Aristoteles, de uini gutta multam in aquam infusa. λίγεται γὰρ ἢ ἑσθῆς, καὶ μεταβάλλει εἰς ἢ πᾶν ὕδωρ. Sic etiam Plato in Atlantico. Notabimus: συμπήγνυται ἢ ῥῶλα. Est enim quod Græci, ἢ πύον. Dixit, ῥῶον καὶ τω, quod Aristoteles ἀνπαρχει. Et ἑσέφεται, motus localis est, nõ mutationis substantialis: sed μεταβάλλεται quemadmodum Plato quoque utitur in decimo de legibus. Posuit, βραχέϊα, pro ὀλίγη. Cuiusmodi loquutio etiam Galeni est in tertio de locis: ἐκ τῆς πῆσας οἴης βραχέϊ πλάγιος. Sicut haud multo post contraria statuit, μεγάλην καὶ βραχέϊαν. ἄκυρον autem illud: τὴν θερμότητα τὴν φαινόμενῶν. Calor enim per se nunquam φαίνεται. Dixit autem ἐκβάλλον: non solum φέρον. Non ut tantum intelligamus ἐκδιβόλλον, uerum etiã sponte quoque emitte. Quoniam ex emisso, siue emanante lacte gummi concrefcere dicat mox: Mutilus quoque hac

Ii iij

parte est. Nullam enim de succis mentionem facit, uel croceis, uel sanguineis, uel pinguibus; uel non pinguibus. Non pinguis est multarum. Pinguis, Phoni, & Hyperici, & eius, quam maiorem Centauream ridiculè uocarunt aliqui. Narrandum præterea fuit ei: quemadmodum quædam semper haberent lac, ut Tithymalli: quædam non semper, ut Lactuca. Hanc enim elactescere uetustate, absumique in medullâ quandam araneaceam. Cæterum qua ratione porro concre-  
 scat lac, uideamus. Vehementius, inquit, concre-  
 scit lac, cum  
 frigus exiit. Concretum nanque deinceps exit proprio de-  
 loco: atque tum gummi est. Gummi uerò calidum exit, dum  
 stillat. Concre-  
 scit igitur aeris actu, defluitque in loco be-  
 nè temperato, & aquæ simile est. Aliud funditur, & coale-  
 scit lapidibus simile, aut conchylis. Cum uerò guttatim fluit  
 propria manens in specie, sit quale uocant Smerium. Quod  
 autem alteratum est, ut lapis, secundum quod apparet, fri-  
 gidum est. At calor, tale ut sit, efficit. Cum uerò frigus fuerit,  
 & defluerit, lapidescit. Igitur Gummi genera à qualitate  
 frigoris, & caloris, quasi causa efficiente, discutit. Sanè con-  
 cretionis modum deducit inde. Lac autem esse gummi ma-  
 teriam ex eo colligi potest, quod eorum quædam in lac solu-  
 uuntur, si diluantur. Error esto igitur: si generibus attribuit  
 omnibus tanquam materiam. A frigore uerò cogi patet, sed  
 minutiore. Non enim ualido soluuntur calore, sed remisso.  
 Vruntur enim potius à uehementiore. Contradicit autem  
 sibiipse sic. Concre-  
 scere intra arborem à frigore: exire uerò  
 calidum. Bis aduersatur iis, quæ dicit. Frigoris, & caloris  
 idem locus intus. Item, concre-  
 scit intus: exit. Non enim po-  
 test exudare, nisi liquidum. Iccirco dicit: aquæ simile. Quid?

tertio

tertio quoque. Concre-  
 scit à frigore: calore lapidescit. At con-  
 cretio uia est generationis ad lapideitatem. Eius uerò, quod  
 lapidis induit naturam, nullum posuit exemplum. Succinum  
 igitur esto: quod & segnitiam arguat, qui omiserit: & in-  
 scitiam, qui cogi dixerit à calore. Lapidis uerò nomine peti  
 debere iubebit Dioscorides: qui illum etiam Lyncurium no-  
 minat. At hunc mauult è Lynce Theophrastus. Videndum  
 etiam, quæ prodat Plinius: ne in re manifesta uos obtundam  
 locorum ostentatione. Panthera nunc sunt in Gallia. Pardos  
 aliquot uidimus: Lynces complures. Ex horum omnium  
 generibus urinam multam: lapidem nullum. Pharmacarij  
 pro Lyncis lapide, quendam supponunt ab radicibus Cem-  
 meni montis specie non contemnenda. Oui facies perpusilli  
 desinens in umbilicum, ac metam utrinque obtusiusculam.  
 Furuus ei color sublustri subpuniceo. Diffra-  
 ctus medius ra-  
 diolos iaculatur à puncto, quasi modioli nouæ planicie ad  
 ambitum. Smerion uerò quid sit, equidem nescio. Haud sanè  
 Smiris ille uitrariorum. Et apud Pollucem σμύρις τεύχεος ἀσπί.  
 Interpres autem Nicandri addit, τῆς μηρῶν, καὶ τῆς βραχίονος,  
 καὶ τῆς μετώπου. Suidas σμύριν θοὴν ἀσπίδος, ἢ ῥοίνον. Fortasse  
 scriptum oportuit, σμύρις: sed non uulgaris. Sta-  
 cten potius  
 intelligas. Quanquam neque hoc laboro, neque uolo ascribi  
 mihi. Hac cum diceret, Ferrerium respiciebat. Is eum ubi  
 cōticescere animaduertit: Negas, inquit, te scire Baiuli, quid  
 sit Smerion. At ego non nescio, edoctus quidem ab hoc ante-  
 cursore meo. Transtulit enim, propolida. Propolin tamen ex  
 alueariis excipimus: stillatitiam ab arborum nulla uidi. An  
 uerò mihi liceat inter uos heroas, ac præsidēs ueritatis ali-  
 quid comminisci? Est Erithace, quod in mellificiis uocat Ari-

stoteles : doctiores Vernilaginem : quidam etiam Vernicem ab anni tempestate. Hoc eodem nomine uocant Iuniperi lacrymam . ut ex ea communionem dimanarit error huius auctoris. Hanc lacrymam recentiorum insolentia prohibere conata est Arabes, ne patrio uocabulo Sandarax appellarent: propterea quòd hæret uestigiis Græcorum Sandaracha . Ita suis istis caueant legibus, ne Brizo fuerit Delius dea uaticiniorum, quæ per somnia fierent: quando Βρῖζα fuit apud Thracas frugum genus. Hic nobis tum iudicij mirantibus acrimoniam, tum amplexantibus reconditam eruditionem, Baiulius sic est prosequutus. Nunc de colorum affectu à temporibus. Quædam stirpes, inquit, alterantur in hyeme. Fiunt enim uirides interdum, alias glauca: neque corrumpuntur ipse, ipsarum ue folia, fructus ue. Propterea quòd quibus id contigit, habent eæ in summo calorem crassum, atque in radicibus tenuem humiditatem. Itaque in ingressu anni obtinet humiditas calorem illum ob aeris frigiditatem. Atque ubi accedit ad frigus calor, impellit is extrorsum humiditatem unà cum eo, quo tinxit arboris superficiem calore consequente. Rursum uerò cum regreditur frigus, & ariditas ad effectum, & humiditas continet caliditatem: tum glaucus fit color. Qui affectus à concreione, atque substantiali eueniunt habitu, eosdem à consimilium tempestatum constitutione contingere posse par est. Quemadmodum iracundus ex intemperie sua solet ad iram concitari: sic frigidior præditus indole, si inedia, si uino, uel exercitio uehementi, uel æstu acuatur, facilius mouebitur ad illius proportionem. Simillima sanè causa tum constitutionum, quibus tempora sunt affecta, quas ἰσχυροῦς uocat Hippocrates, tum earum habitudi-

habitudinum, quæ sua cuiusque corporis est. Ergo quemadmodum plantæ sunt quædam siuapte natura glauca, cuiusmodi Salices, & Olea: nimirum tales efficiet hyems aliquas. Tamen addit, quod egeat disquisitione: Plantas aliquando fieri uirides hyeme. Nam uiriditatem affectum maximè communem plantarum generi, dixerat supra. Intelligamus igitur hic eas per id tempus fieri uegetiores, quæ frigore gaudeant. Quas inter duarum naturas imprimis aduersas animaduerti. Elleborum nigrum, dico, & Mandragoram. Pallescunt enim calore: ac miserè sanè Mādragora. Frigore uerò talem, ac tantam assequuntur uiriditatem, penè ut nigre uideantur. Harum ille causam reddidit nullam. Verum ita sit: nisi melius aliunde tanquam symbolum conferatur. In Mādragora terream absumi humiditatem calore nimio, qui eius humiditatis innata hostis sit. In Elleboro uerò facile resolui partes subtiliores, augerique calorem intimum ab extimo ambiente ad humoris perniciem. Attribuit iste glaucedinis causam calori crasso. Laxam orationem. Interpretemur calorem, calorisque uehiculum humidum, ut emolliamus hoc duriusculè dictum. Ipsum igitur ostendit per αἰτῖαν: cum dixit, αἶμα. Et contra, οἱ εἰς αἶμα ὑπερπικρὰ λεπία. Pictura tamè hac potius, quàm ratio. Glaucedo nanque plus pertinet ad aerem. Iccirco materiam crassiorem in radicibus contineri, par est, à frigore repercussam: tenuiorem aereo calore suo, pinguique resistere, atque superesse. Quare minus rectè est ab eo institutum, uti superante calorem humido putemus glaucedinem commodius concreari, quàm uiriditatem. Glaucedo nanque ex humido est aereo: uiriditas terreo. Theophrastus autem querit in quinto de causis, quare arbor ea-



dem colores diuersos reddat. Artem quoque docet ibi. Vidi-  
 mus nos in eodem racemo nigerrimos acinos, itemque candi-  
 dos. Quid mirum? Nam eodem quoque in animali sic na-  
 tura lusit: sic arte comparatum est. Notanda loquutio.  $\epsilon\sigma\tau\iota$   
 $\phi\upsilon\lambda\lambda\alpha\iota\ \eta\ \xi\eta\rho\acute{o}\tau\eta\varsigma\ \epsilon\iota\varsigma\ \alpha\iota\theta\epsilon\rho\alpha\iota\omega\upsilon$ : ad efficaciam suam redit. Hæc sic à  
 substantia, & affectibus, & sine plantarum: ut earum talis  
 sit finis, quo ipsæ sint aliis. Isque duplex, aut ad propagatio-  
 nem, aut ad cibum. Ab huius finis qualitatibus impræsen-  
 tia ordiri, ac texere instituit orationem. Amarum, inquit,  
 gignitur fructus: ubi calor, & humiditas non sunt absoluta  
 in coctione. Frigus enim, & siccitas impediunt perfectione:  
 atque ita fructus in amaritudinem uertitur. Huius ar-  
 gumentum rei est: quod amarum, in ignem si mittatur, dul-  
 cescit. Fateamur à calore & humido certa lege distributis,  
 atque temperatis, dulces fructus euenire. A cruditate fieri  
 negamus amaritudinem. Absynthium uetus amarum est  
 nouello. Sic Intubi genera: sic Lactucarum. A frigido autem  
 amarum prodire, sicuti dicebamus, falsum putant, qui ad  
 aras Galeni dixerunt sacramentum. Mel quoque porro co-  
 ctum amarescit. In partibus ergo terrestribus interdum esse  
 amarorem, quæ sint etiamnum incoctæ. Itaque per calorem  
 eas digerentem fit accessio dulcorationis in fructibus. Mellis  
 autem partes absumi teneriores ulteriore percoctione: relin-  
 qui terrestres, atque amarescere. Ab exemplis enim naturæ  
 petendas esse rationes nostras: non ab argumentis nostris re-  
 rum naturas subuertendas, iubet Aristoteles. Sic agnoscen-  
 dum partes in Opio, in quibus sit amaror. Cum enim pro  
 maximè frigido iactatum sit, non posse dari partes calidas,  
 quarum gustus uincat saporem frigidarum. Ab imperio na-  
 que

que, uictoriaque effectuum tum indicari, tum iudicari  
 qualitatum quantitatem. Neque illò fugiendum, ut nege-  
 mus Opium amarum: dicamúsque potius esse saporis horri-  
 bilis (sic enim loquantur) sed uerè amarum esse. Quid quod  
 Papauer album uulgo serit Asia, atque India, unde succum  
 premant (Amfiam uocant) & ad animi hilaritatem, & ad  
 Venereos usus? Verùm de hoc alibi: nunc hoc agamus. Acer-  
 ba quædam cum sint amara, eademque Solis ui maturata  
 dulcescant, eoque tempore sint calidiora, quæ antequam ma-  
 turescerent, fuerint frigidiora: non omnem amaritudinem in  
 calido consistere, concludendum, atque tenendum est: sed in  
 absentia, aut in excessu. Quid nos ad id cogit? Quid absurdi  
 propterea sequitur? Non enim in elementorum principis sa-  
 pores esse, sed à formis dari, per formas constitui, fuit aliàs à  
 nobis disputatum. Quis enim mentis compos ab elementis  
 afferri, apponi ue quantitates, figuras, numeros, ordines, si-  
 tus ausit profiteri? Etiam ne latratum, & cantus auium, &  
 risum hominis, atque etiam sermonem? Nam de intellectu,  
 & ratione, ipsa que anima, quæ contaminarint istæ nebula  
 Aphrodisienses, & pudet dicere, & piget meminisse. De  
 amaris hæc in humo dulci: nunc de dulcibus in aqua calida.  
 Dulcem his in aquis euenire fructum: propterea quod Solis  
 ui trahit aciditas eam, quæ sibi propria qualitas est. Hoc au-  
 tem est frigus, & siccitas. Atque inde remanent humores in-  
 tus quidam pauci, dulces. Et plantæ alius calefit, ubi astite-  
 rit, atque immoratus fuerit in ipsa Sol. Quocirca sit plantæ  
 fructus astringens parum. Vbi plus coctus fuerit is, dissolui-  
 tur aciditas paulatim, usq; dum absumatur ipsa, & existat  
 dulcor. Erit ergo fructus dulcis: at folia, & rami, aridi. Per-



22 feēta uerò maturitate magis ac magis amarescit fructus. Id  
 23 sanè fit ob calorem nimium cum humore pauco. Quippe cō-  
 24 sumitur humor: & fructus efficit, ut ascendat calor. Atque  
 25 ibi tum ipse fructus amarus est. Principio uidemus, uel  
 repetitum, uel dilatatum. Suprà nanque debuit hæc: ubi de  
 falsis, de dulcibus, de amaris scribebat aquis. Quibus uerò  
 locis aquæ hæc existant acidæ, nondum est compertum mihi.  
 Tamen ex hypothesi, tanquam in campo militari, genus hoc  
 exercitij meditemur ad palum. Nam è contrario in solo dul-  
 ci nascuntur Acidula genera multa. Quamobrem interea  
 singula uideamus. Primum illud occurrit: Acidam gigni,  
 quoniam trahat acidū sibi simile. Igitur acidū iam in plāta  
 est. Ergo non est ab attractione illius generatio. Interprete-  
 mur etiam illud liberalius, ὁ ἀσπιδὸς ἔλκεα. Non enim est acidi  
 trahere, sed pellerè: sicut est in Timæo, & apud Galenum,  
 atque iactatum uulgò. Simile uerò est, quod ait Philosophus  
 in sectione uicesima: Origanum musto iniectum efficere ui-  
 num dulce, quia parteis aquosas auferat ad sese, quemadmo-  
 dum Sol ab uuis. Passæ nanque sunt dulciores. Vt hoc quo-  
 que errorem arguamus illum, cum dicit: excedenti maturi-  
 tatem fructui fieri amaritudinis accessionem calore ulterio-  
 re. Fiat in Prunis, fiat in Ficibus periculum. Myxa quoque  
 & Ziziphæ profitebuntur idem. Philosophus autem Ori-  
 ganum acrimonia sua non tam attrahere ad se uini acrimo-  
 niam dicebat, quàm eius partes coquere dilutiores. Quod  
 uerò passæ ficus sint dulciores, præter gustus iudicium etiam  
 persuadent rationes. Quia tametsi ultima comeduntur, ta-  
 men si uomitus cieantur, postrema prodeunt. Nam & adha-  
 rescunt uisciditate: & à natura propter dulcedinem appe-  
 titæ

titæ retine ntur. Quod uerò dixit: καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ ἀκρότεροι  
 κῆροι, falsum est. Non enim necesse est, maturescente fructu,  
 arefcere folia: tanto minus ramos. Et illud ut infelix sit, uide-  
 te. ποῖα ὁ ἕρπης τὴν θερμότητι τὰ ἀκαβαίνῃ. Nam ubi maturitatē  
 fructus adeptus est, haud amplius quicquam trahit, sed ab  
 extraneo discoquitur calore. More uerò suo resilit, atque ad-  
 22 uicit sese ad figuras partium, & ait: acinos esse pyramidales  
 23 propter caloris attractionem, & superfluum tum frigus, tū  
 24 humorem, qui existunt intus ex genere aquæ acidæ. Manet  
 enim humor in medio, ac densatur. At summitates attenuā-  
 tur. Cæterum quis dicat πυρῆνας omnes esse pyramidatos?  
 Nominum affinitas elucet in Punicis, atque ipsam æquat  
 rem: at in aliis multis deficit ea ratio. Præterea quot noui-  
 mus acinulos ad eius figura modum à natura elaboratos,  
 ad acorem nequaquam? Iam in Frumento Indico paratum  
 habemus exemplum ad contradictionem. Quin illo in gene-  
 re Punica dulcia quis nescit? Ad hæc in Punicorum nullo  
 caloris uehementiam memini: propter quam ignis figuram  
 illam falso decantatam sibi uindicent. Quis denique som-  
 niet, intra ipsos humidum existere, quo in loco nucleus insit  
 ligneus? si tamen nuclei hoc in loco non refugitis appellatio-  
 nem. Haud absimilis in Moro naturæ opera. Qualis propor-  
 tio in acinulorum congestorum, confertorumque imitatione:  
 talis intus in ligneis filamentis. Figura uerò caussam in Pu-  
 nicis acinis petamus è schola mathematicorum. Ductæ nã-  
 que lineæ à puncto ad ambitum, ipsum ad punctum angu-  
 los conficiunt: ad ambitum statuunt basim. Eam ob rem an-  
 gustiore sede uideamus acinos illos herere carnibus internis,  
 quàm membranæ contegenti. Quapropter pro loci portione

corpulentia modum nacti sunt. Vt illud etiam explicetur: non ignis more mucrone sursum uersum surrecto consistere. Ex Pythagora somniis fluxit hoc delirium in Timaeum usque ἢ πνευματὸς σφαιρὸν ἔσθαι αἰῶνα πύργος. At ignis species cum sit maximè mobilis, mihi uidetur, non à corpore, quod haberet basim, super qua firmiter consisteret, sed ab eo, quod in puncto uersaretur (id uerò globosum est) ducere debuisse naturam suam. Sanè triquetra corporatura æquilatera omnium firmissima. Nam pondus est ad perpendicularum: à cuius cuspide introrsum ad basim ducta pendens linea rectum efficit angulum utrinque. Id quod cum Pyramide habet commune. Postremò Pyramis est πυρραμίδα. Quippe composita ex circulo, & angulo, qui in cuspide est. Quod si sit laterata, iam neutiquam representet ignem. Et cuspis ad subeundum apta est: planicies non item. Esset igitur ignis corpus compositum ex contrariis. Egregios uerò Aristotelicos, qui harum nugarum expugnatori Herculi hosce libros attribuerent. Primus Pythagoras à numeris & figuris, tanquam à primordiis rerum suam diduxit philosophiam. Quam exceptam ab Empedocle, Democrito, Platone, Epicuro, Lucretio, aliis, funditus euertit diuinus præceptor. In eodem quoque libro ignem in duo genera cum diducat Plato: scilicet in lucem, & hunc alterum uisionis autorem: non potuit luci pyramidem attribuerent. Non enim in globo posset contineri. At continetur in corpore Solis. Nam quod exeat in conum, id nequaquam propter figuram fit, sed quia non potest esse infinita, neque tractu, neque potestate. Idcirco & terminatur aliquando, & interea deficit paulatim. Sic finitur umbra quoque. At hæc illi contraria est. At figura nihil est contrarium. Ignis autem

autem noster hic facie sua miserè sefellit illos. Ostentauit enim meta cuspide, quasi suapte natura talis esset. Longè tamen res sese aliter habet. A corpore nanque, puta ligni, cum abit, tenuissima quæque pars primum quenque sibi occupat locum ad ascensionem: quas partes cum aliæ crassiores impari leuitate consequi non possint, subsequuntur. Illas aufert celeritas in angustum propter paucitatem. Hoc etiam supra. Verum absoluauius iam opus hoc. Video nanque me in extremo uersari iam. Redit ad classes atque recensiones temporum, & locorum, quorum beneficio maturitas accedat: In benetemperata regione ante brumam accelerari maturitatem: cum prope est, ut adsit bona temperantia, & humiditas extiterit luculenta, & aer fuerit purus: neque fructus multo calore opus habeat, egeat ue coctionis. Haud tamen satisfacit. Quod ante brumam tempus est, eius tractus sanè quam multus. Igitur æstate quoque plurima perficiuntur maturendo: etiam uere affecto. Et negare tamè ausus est, à fructu exigere calorem multum: oblitus frugum, de quibus uel solis, uel inter prima debuit uerba facere. Nam quod addit mediocre uel anni, uel loci temperiem, malè fecit, apposito uerbo, ἄδρα. Hoc enim conuenit calidioribus locis. Nihil uerò tutiora, quæ sequuntur. In omni, inquit, stirpe, cum primum sate sunt, præstat amarus aut acerbus sapor. Humor enim postquam est in extremis partibus, maturat loca, quæ in plantarum medio sunt. Ex quibus est etiam fructuum materia. Prodit siccitas, & sequitur humiditatem: atque hunc ad modum prima coctio fit acris, aut amara, aut acerba. Propterea quod à calore, atque humiditate coctio est. Cum uerò uicerit humor, & siccitas calorem: est eadem de

• *caussa fructus per initia immaturus. Quia fructus genera-*  
 • *tio per id tempus est absque dulcedine. Nihil, inquam,*  
*tutiora. Nam & paritio manca est illa: amarum, uel acer-*  
*bum: & eam mox auget ipse, cum dicit, σπιυύ. Et prater hec,*  
*est etiam σφοδρ: & genus ipsorum, αωσνεοι: & inspidum: &*  
*dulcia quaedam, ut Lactuca. Eo nanque tempore aut dolci,*  
*aut admodum est diluto sapore. Habet autem apud Latinos*  
*acerbi uox ætatis aliquando notionem, aliquando saporis.*  
*Sic dicimus apud Ciceronem, impolitas res, & acerbæ. Ita*  
*fructus erunt acerbi quidam ætate, gustui non acerbi, sed*  
*aut amari, aut astringentes, aut acidi. Hoc enim quoque ab*  
*acerbo differt. Est enim acerbus sapor inter astringentem, &*  
*acidum. Plus inest in astringente terra: plus in acido fer-*  
*uescentiæ illius, quam non ignorauit in Timæo Plato: Gale-*  
*nus agnouit in aceto, sub illarum partium notionibus, quas*  
*dixit esse tenues, quarum beneficio posse subire profitetur.*  
*Petatur exemplum familiare. Illico post exutū florem, astring-*  
*gens est in uite fructus. Is ubi adultus fuerit acerbus, etiam*  
*in uino, si ante maturitatem prematur. Postremò acidus est*  
*succus, ubi partes aereæ uaporarunt ex uino: unde etiam*  
*uapa dicitur: quo tempore quiddam igneum hæsit in parti-*  
*bis terreis. Perpendenda & illa. Humiditatem, cum in ex-*  
*tremis fuerit, coquere loca. Nam ὑγρότης abstractum est. Et*  
*τὸ ἄρεον nō sola obtinet. Neque sanè humiditas unquā quic-*  
*quam coxit. Quin coquitur, non coquit humor. Ipsa etiam*  
*loci quid unquam coxit? Sed de hoc supra quoque. Cum*  
*uerò dicit: consequente humiditatem siccitate, contingere*  
*primam coctionem, uel acrem, uel amaram, uel acerbam:*  
*nequit hoc constare sibi. Non enim amari, & acerbi princi-*  
*pia*

*pia dixerit eadem Galenus. Extrema uerba malè coherent,*  
*ὅταν δὲ ἀδικησῶσι ὑγρότης, καὶ ξηρότης τῷ θερμῷ. Nam quomo-*  
*do simul hæc duo queant uincere calorem? Aequalia facit*  
*igitur, ut sit temperamentum simplicis uictoriæ. Id quod sa-*  
*nè cum Galeno probatur mihi: tu Cæsar quare non probes,*  
*uidebis. Puto tamen uoluisse, ὑγρότης, ἢ ξηρότης. Haud malè*  
*uerò de saporibus. Sunt enim multo certissima indicia tem-*  
*perationum: quemadmodum rectè docuit idem medicorum*  
*princeps. Quinetiam in sacris libris sanctioris philosophiæ,*  
*non solum saporibus sua obtinent nomina, uerum etiam ipsa*  
*corpora subiecta: id adeò, ut fructus acerbi certa peculiari-*  
*que uoce cognoscantur. Super sunt de Myrobalanorum ge-*  
*neratione pauca, non tam necessaria ad cognoscendum,*  
*quàm ad refellendum, atque ostendendum, librum hunc fal-*  
*sò Philosophi nomine circumferri. Non enim de unguentaria*  
*glande agit hic, de qua ne alibi quidem uerbum ullum: sed*  
*de recentiorum historia, nec ipsi Galeno cognita. An Theo-*  
*phrastus inter Aegyptias aliquid designarit, uidebimus, Cæ-*  
*sar, in tuis commentariis. Inchoat autem caput hoc à cōtra-*  
*ditione. Etenim cum dixisset, uel amarum, uel acrem, uel*  
*acerbum saporem ἐν πᾶσι ἐν per initia: nunc ita statuit. Ar-*  
*borum Myrobalanorum fructus initio dulces esse. Verùm*  
*communi natura acerbos, & concretione amaros. Id eueni-*  
*re propter ramos arboris ipsius, quorum textura sit rara.*  
*Cum ergo maturescunt: sequitur, inquit, humorem calor: &*  
*maturantur fructus: atque initio dulces sunt. Rursus autem*  
*per eandem illam raritatem (sic enim interpretor uerba hæc*  
*corrupta, πάλιν ἀκαλοῦθως ἔλκει ὅτι τὴν ἀραιότητα τῆς τῶ δὲ*  
*σφοδρῶς) superat frigiditas, & siccitas calorem, & humi-*

• ditatem. Atque inde alterantur fructus in acerbitatē. Vin-  
 • cit rursus calore Sol propter attractionem superflua siccita-  
 • tis in illo semine, quod est in arborum superficie. Vincitque  
 • frigus siccitatē. Et sunt fructus uehementis acerbitatis. Inde  
 • ascēdit denuo naturalis calor adiutus à calore Solis exteriorio-  
 • re: & uincit calor, ac siccitas. Atq; ita euadūt amari fructus.  
 Satis erat, hac recitasse tantum, ne nos diutius obrunderem.  
 Quaedam uidetis ipsimet, quàm indigna sint, in quibus ope-  
 ra ponatur ad contradicēdum. Caterum me ut promissis li-  
 berem, attigero modicè. Ait, Myrobalanos amaras esse: gu-  
 stum tamen astringere. Ramorum affert pro caussa rarita-  
 tem. Arundo tamen, quæ est Sacchari matrix, rarissima.  
 Etiam Ficum attrectes: etiam Vitem cōtemplemur. At quasi  
 ueterem ludū, quē uocabant Troiā, cōponere uidetur, cur-  
 rendo, recurrēdo, intercurrendo. Miseret me illarum quali-  
 tatum relegētium laborum peregrinationes, quibus iam de-  
 functa fuerant. Nam quare calorem frigus occupet super-  
 uentu suo, cū iam in eo sunt, ut maturitatem consequan-  
 tur? Illud ita uerò nobis, cū dicit: corroborari calorem calore  
 Solis, ἄγ' ἢ ἐφελκυστῶς τῆς ποτῆς τῆς ξηρότητος. Vt aliquid ponat  
 siccum, tāquam substantiam. Nemo enim dixerit, trahi qua-  
 litatem. At hoc in loco est humoris absentia subleēti, subdu-  
 ēti, absorpti per calorem. Plato uerò, sicut alibi dicebam,  
 facit ignem ἀπομαλότητος δριμυτέρον. Igitur aut non maturat  
 calor: aut ὁ ἀμαλότητος non est dulcor. Quorum utrunque af-  
 firmat ille. A calore maturitatem: in ipsa æqualitate consi-  
 stere dulcedinem. Hoc alibi discussum est. Habetis, quæ pro  
 diuino præceptore opponamus, opinor, audacter aduersus  
 hosce quouis plagiatario peiores. Malim nanque mihi surre-  
 ptum

ptum nomen bonum, quàm impositum malum. Enim uero  
 præstat, de meo aliis benè esse, quàm ex alieno malè mihi. Et  
 quoniam uos assentiri uideo, eamus expuituri miseriam hanc  
 in sinum appetentis auroræ huius. Nos igitur, cū illud  
 probum os pia uerecundiæ plenissimum conticuisset: & iam  
 lucefceret: atque Gallorum cantus undique crebrescentes  
 exaudirentur: ei quam maxime fieri poterat, cumulatè  
 gratias egimus. At eas illo ad omnium bonorum ineffabilem  
 datorem merito referente, suum quisque concessimus in cu-  
 biculum.

GRATIAS TIBI  
 DOMINE  
 IESU.

